



Unio dissidentium, omnibus unitatis & pacis amatoribus utilissima : ex praecipuis ecclesiae christianaे doctoribus

<https://hdl.handle.net/1874/402916>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

H. BODIN
et al.
dissidentium


E. oca.


105











non poterò ad
eo & quo a facie
enderò metu
iderò ad infer
ero pennas me
taverò in ex
enim illuc ma
ne & tenebit
c duci forsitan
bunt me &
s. Quia tenebre
erat & nox
et siē tenebre
ta tu posse disti
isti me deuto
arbori tibi quia
inficatus es
& anima mea

cognoscet n
os meum at
e substantia
terre. In p
oculi tui et
bentur die
nemo mes-
honorificat
de nimis co-
cipatus eoz
et super arena
et surrexi et
Si occideris de
sanguinum de
dictis in cog-
nitione qui oder-
ram et super ill


Ex libris burgi

105

Theologia

Octavo n°. 105.

N. 47. C.



vnio

DISSIDENTIVM, OMNIBVS
unitatis & pacis amatoribus utilissima, ex
præcipuis Ecclesiæ Christianæ doctoribus
per Hermânum Bodium diuini uerbi con-
cionatore eximium selecta, & iam denuo
aucta & locupletata: uerum ea diligentia
curaq; à nobis nunc ab innumeris mendis
ita repurgata, ut priores æditiones quan-
tūm ad curatas longe tamen uincat. Nam
infinita penè loca male citata restitu-
mus, corrupta emendauiimus, mu-
tila suppleuimus. Quod faci-
le deprehendet, quisquis
hanc cum pristinis
æditionibus co-
tulerit.

¶ Doctores ex quibus hæc unio sele-
cta est uersa indicabit pagella.

Domini H. a Burchell.

Doctores ex quibus hic libellus selectus est.

| | |
|----------------|---------------|
| Augustinus, | Ambroſius, |
| Hieronymus, | Gregorius, |
| Cyprianus, | Origenes, |
| Chrysostomus, | Hylarius, |
| Bernardus, | Fulgentius, |
| Athanafius, | Cyrillus, |
| Theophylactus, | Tertullianus, |
| Beda, | Clemens, |

Lactantius.

Basilius, nazianzenz,

EPISTOLAM AD LECTO-
rem, require sub fi-
nem libri.



IN SIGNIUM

LOCORVM HVIVS LIBEL-

L I I N D E X .

A

| | |
|--|--------|
| A Bisque baptismo spiritus nullus saluatur | 12 |
| à carnibus quare quidā tēpore Pauli abstinebat | 237 |
| adam cur non perseverauit | 2 |
| adam immortalitatem perdidit per liberum arbitrium | 7 |
| ad fidem nullus cogendus | 249 |
| adhortatio pro studiosis | 264 |
| à domino præparatur cor ad bonum | 116 |
| aduocatum alium non habemus præter Christum | 315 |
| æs & lapides adorare non debemus | 456 |
| ædificatio proximi | 104 |
| affectus & effectus boni ex Deo sunt | 59 |
| affectus quarendi Deum ab illo accipitur | 133 |
| agit Deus etiam in cordibus malorum hominum | 55 |
| aliqua peccata etiam pœnæ peccatorum sunt | 54 |
| aliud spe possidemus quād re tenemus | 19 |
| alter alterius onera portate | 237 |
| ambitio & luxus sacerdotum | 232 |
| ambitio & luxuria funeris tollenda | 465 |
| amore omnia facere debemus | 119 |
| anathema quid sit apud nostrates | 418 |
| anathema quandam ex magna charitate siebat | Ibidem |
| anathema nos à Christo separari | 412 |
| angelus in Paradiso de suo proprio loculus est | 247 |
| ante peccatum nulla uerecundia in homine fuit | 18 |
| ante gratiam nulla merita | 114 |
| antichristi sunt omnes hæretici | 220 |
| antichristum multi sub nomine Christi dotent | 221 |
| antichristus unus est in genere | 497 |
| antichristi qui sunt | 498 |
| antichristus quomodo cognoscitur | Ibidem |
| antichristianorum dissensiones & schismata | Ibidem |
| antichristi opera & miracula | 481 |
| antichristi exercitus sunt hæreses | 485 |

V N I O N I S

| | |
|---|-----------|
| antichristi regnum quale erit | Ibidem |
| antichristus quare dicitur abominationis desolationis | 486 |
| antichristi ætas nunc est | 472 |
| antichristos quos Ioannes appellauit | Ibidem |
| antichristi sunt omnes hæretici | 220 & 473 |
| antichristus filius perditionis dicitur | 474 |
| antichristus dæmonium meridianum dicitur | 476 |
| antichristi aduentus signa | 480 |
| antichristi tempore fideles multa patientur | Ibidem |
| antichristi nominis proprietas | 471 |
| apostoli præceptum | 62 |
| apostoli etiam ordinem in ecclesia docent | 99 |
| apostoli sibi inuicem non sunt aduersi | 185 |
| apostoli de cœlestibus parum scriperunt | 257 |
| apostolicæ linguae sunt legendæ | 262 |
| apostoli nihil ex se elegerunt | 283 |
| apostoli uniuerso populo scriperunt | 286 |
| apostolus in epistola ad Tessalonicenses loquitur de corpora li, non de spirituali opere | 355 |
| apostoli in angulis prædicabat contra regum edicta | 472 |
| apud Deum homines aliquid sunt | 19 |
| apud Apostolum in reliquijs plenitudo censetur | 136 |
| apud Deum non est opus patronis | 443 |
| arbitrium nostrum gratia Dei liberum fit | 5 |
| arbitrium nostrum liberatur à Deo | 123 |
| arbor scientiæ boni & malī | 6 |
| arma nostra uerbum Dei | 279 |
| arrogantia duplex in inimicis gratiæ Dei | 146 |
| artem discere ab artifice debemus | 252 |
| auaritia erga defunctorum | 230 |
| auaritia quorundam sacerdotum | 263 |
| auditus legis tantum non sufficit | 77 |
| augustini præceptum de scriptis suis | 245 |
| autoritas legis | 82 |
| auroritates otiosorum hominum | 357 |
| autorisbus quantum tribuendum | 244 |
| B aptismus est duplex | 25 |
| baptismus aquæ & spiritus | 27 |
| bella | |

I N D E X.

| | |
|---|----------|
| bella & persecutiones Christianis profunt | 326 |
| beneficia Dei | 76 & 121 |
| beneficia Christi erga peccatores | 105 |
| beneficiorum Dei consideratio | 204 |
| bernardus mores ecclesie deplorat | 475 |
| bibere illum potum quid est | 376 |
| bona uoluntas in nobis opus Dei est | 132 |
| bona uoluntas germen omnium uirtutum | Ibidem |
| bonis omnia cooperantur in bonum | 34 |
| bonorum & falorum Christianorum differentia | 179 |
| bonum est ut etiam mala sint | 64 |
| bonum à Deo, malum à nobisipsis habemus | 122 |
| bonum quod agimus, donum Dei & opus nostrum dicitur | 125 |

| | |
|--|--------|
| C ananæa solum Christum inuocat | 345 |
| cananæa mulieris diligens oratio | 345 |
| canonice scriptura tantummodo fides adhibenda | 244 |
| canonica scriptura immaculata est propter linguas | 244 |
| cantum Ambrosius quare instituit | 343 |
| cantus diuinus monachorem depellit | Ibidem |
| caro & sanguis uerbi Dei | 381 |
| cathedra ecclesiæ | 227 |
| cauere à Iudaismo debemus & à superstitione gentilium | 234 |
| causas peccati Deus tollit à nobis | 122 |
| causa quare Moyses propinquos carnis non elegerit | 406 |
| certissimum signum nouissimi temporis | 302 |
| certi sumus per spiritum sanctum nos filios Dei esse | 202 |
| charitas nobis à Deo datur | 84 |
| charitas est Deus & Dei donum | 88 |
| charitas sola non peccat | 200 |
| charitas reuocat nos ad unum nomen | 316 |
| charitas nunquam desistit reprehendere | 318 |
| charitas Augustini circa haereticos captos propter uiolentiam quam fecerant | 324 |
| charitas nos unum facit cum Deo | 376 |
| charitas & patientia Pauli eximia | 413 |
| christus ex uirgine nasci uoluit | 12 |
| christus uiuuit etiam ex lege | 87 |
| christiani à grauiissimo onere liberati sunt | 90 |

V N I O N I S

| | |
|---|--------|
| christiani in scientia Christi isti sunt docendi | 246 |
| christianus solus professionis suæ ignarus | 272 |
| christianorum circa uerbum negligentia | 276 |
| christus est dominus legis & sabbati | 217 |
| christus frustatim consumi non potest | 376 |
| christianorum fidelium semper est pati, sed hæreticorum per sequi | 515 |
| cibo corporali sumpto spiritualem quærere debemus | 410 |
| cibus spiritualis non minuitur | 375 |
| claves ecclesiæ quid? | 204 |
| claves ecclesiæ sunt communes | 571 |
| clavis ecclesiæ uerbum Dei est, clauiculari sacerdotes | 312 |
| clavis ecclesiæ est uerbum Dei | Ibidem |
| coadiutores Dei quare dicimur | 151 |
| cogitatio bona non est à nobis | 116 |
| cogitatio fallorum sacerdotum | 415 |
| cognitio Dei uita æterna | 164 |
| comissiones & ebrietates reprobantur | 332 |
| communicatio passionis dominicæ | 204 |
| communia omnia cum Christo habemus | 182 |
| communicatio christiana | 327 |
| comparatio de sole | 44 |
| comparatio de doctore | 58 |
| comparatio Euangelica | 105 |
| comparatio de oculis | 346 |
| concilia priora posterioribus cedere debent | 247 |
| concordantia noui & uesteris testamenti | 108 |
| concordantia Iacobi & Pauli de fide & operibus | 184 |
| concupiscentia manet in renato | 22 |
| confessio Augustini | 283 |
| confessio iusti & peccatoris | 301 |
| confessionis utilitas | 304 |
| confessio Petri Apostoli | 303 |
| confessio unde sacramentum dicitur | 304 |
| confessio patrum antiquorum | 316 |
| consecratio & examinatio sacerdotis | 389 |
| constitutiones hominum non obligant ad peccatum | 234 |
| constitutiones humanæ in scripturis fundatae sint | 343 |
| contemptus facultatum | 103 |

contem⁹

I N D E X.

| | |
|--|--------|
| contemptus effusus super principes | 266 |
| contemptus doctorum uirorum | 459 |
| continentia ipsa est donum Dei | 78 |
| contra eos qui dicunt peccatorem obicem ponere gratia | 57 |
| contra liberum hominis arbitrium | 78 |
| contra false gloriantes de meritis | 106 |
| contra uoluntatum patronos | 139 |
| contra mandata hominum | 217 |
| contra doctores subtile | 255 |
| contra excommunicantes | 322 |
| contra humanam indulgentiam | 363 |
| conuersio nostra ex Deo est | 142 |
| conuersio & auersio unde est | 275 |
| cordis auditor est Deus | 347 |
| cornelius Centurio ex gratia credidit | 114 |
| coronat Deus dona sua | 118 |
| corporeum tantum baptisma nihil prodest | 25 |
| corporis nostri contemptus summa uictoria est | 334 |
| corpus Adæ ante peccatum quale fuit | 30 |
| corpus Adæ ante peccatum dici poterat mortale uel immor- tale | 32 |
| corpus Christi nos sumus | 368 |
| corpus Christi quomodo fiunt peccatores | 371 |
| corpus suum quare in pane C H R I S T V S nobis comen- dauit | 372 |
| correptio fieri debet ex compassione | 319 |
| correctionis modus | 320 |
| corripientem diligere oportet | 321 |
| creatio Adæ primi hominis | 6 |
| creatio, sanatio, saluatio ex Deo sunt | 149 |
| credere in Christum est medicina animæ | 155 |
| credere & uelle quomodo nostrum dicitur | 157 |
| credere est corpus Christi manducare | 161 |
| credere quid est | 172 |
| credere in Christum est uita æterna | 182 |
| credere est manducare in spiritu | 380 |
| cubiculum orationis quale erat | 339 |
| cultus superfluus & nimius apparatus in templo reproba- tur | 384 |
| | cultus |

V N I O N I S

| | |
|---|-----|
| cultus Dei non est in operibus externis | 440 |
| cultus Dei est secundum illius voluntatem agere | 451 |
| cultus Dei in inuisibilibus consistit | 454 |
| cur Deus permisit hominem tentari | 8 |

| | |
|--|-----------|
| D | |
| Eccm præcepta opera legis sunt | 171 |
| declinare ad dexteram & ad finitram quid | 223 |
| de his qui studia liberalia & rationalia docent | 259 |
| de Iacob & Esau | 39 |
| dei iudicia non sunt à nobis discutienda | 138 |
| de nostris temporibus scribitur Matthæi 24 capite | 481 |
| deplorat statum ecclesiæ Chrysostomus | 411 & 417 |
| de præscientia Dei | 3 |
| de purgatorio | 207 |
| de satisfactione & merito | 175 |
| desponsati sumus in fide | 153 |
| deus non uult mortem peccatoris quomodo accipiendum | 9 |
| deus mali autor non est | 10 |
| deus uincit cum iudicatur ab homine | 18 |
| deus non est personarum acceptor | 42 |
| deus omnia quæcunq; uoluit fecit | 44 |
| deus elegit uasa misericordiæ ante constitutionē mundi | 48 |
| deus dominatur uoluntatibus hominum | 54 |
| deus non omnes docet | 58 |
| deus saluandos præuenit, damnandos inuenit | 61 |
| deus nullum genus hominum respuit | 62 |
| deus quos uult saluat | 65 |
| deus quare iubet ea quæ non possumus | 83 |
| deus facit ut bonum uelimus | Ibidem |
| deus coronat hominem in miseratione & misericordia | 106 |
| deus homines nos idem & iustos facit | 107 |
| deus iustificat uolentem, quia ipse dat uelle | 110 |
| deus operatur nobiscum, id est, in nostra uoluntate | 125 |
| deus per nos operatur tanquam per instrumenta | 133 |
| deus ipse ducit nos ad Deum | 141 |
| deus dat incrementum ad bonum | 142 |
| deus nos elegit | 152 |
| deus umbras non respicit | 164 |
| dies festi quare inter christianos constituti sunt | 93 |
| | diffe |

I N D E X.

| | |
|---|-----------|
| differentia inter posse non mori, & non posse mori | 3 |
| differentia inter figuram & ueritatem | 173 |
| differentia doctrinarum | 274 |
| differentia inter Psalmos Hymnos & cantica | 346 |
| differentia generis humani | 62 |
| dilecti non idem qui inimici | 45 |
| dilecti sumus à Deo ante omne meritum | 47 |
| dilectio ex Deo est | 83 |
| dilectionis quatuor gradus | 326 |
| disciplina primitiæ ecclesiæ | 314 |
| discretio iusti & iniusti | 176 |
| disputatio simplicis sensis laici | 427 |
| distantia non est in fide Christi | 98 |
| diuersa hæresum genera | 488 |
| docens alium seipsum instruit | 430 |
| docere & facere debemus | 227 |
| doctor nisi laborauerit indignus est | 420 |
| doctrina Christi de oratione | 347 |
| doctrina Christi aquæ comparatur | 278 |
| doctrina apostolorum æterna | 432 |
| doctrinæ Christi inhærendum | 269 |
| dogma peruersum abominatio est | 228 |
| dolor Themistoclis | 283 |
| dominus imperat non per diuites sed per fidèles | 409 |
| dominus custodit suos | 516 |
| domi etiam laici Biblia diuina legant | 431 |
| domus Dei quid significat | 313 |
| dona Dei fixa manent | 48 |
| dono Dei boni à malis discernuntur | 48 |
| dono Dei dicimus promererí | 110 |
| duces ecclesiæ nomen opere destruunt | 409 |
| duæ sunt laudabiles personæ in scripturis | 206 |
| duo sunt dies, Heri & hodie | Ibidem |
| duplex est gratia | 129 |
| duplex est gratia p̄sentis uitæ, scilicet credēdi & patiēdi | Ibidem |
| duplex est fides | 171 & 181 |
| E A quæ Deo placent nobis placere debent | 133 |
| eadem est fides noui & ueteri Testamenti | 209 |
| | eadem |

E

A quæ Deo placent nobis placere debent

AA 5

V N I O N I S

| | |
|--|------------|
| eadē opera externa possunt habere iusti & iniusti | 461 |
| eadem ecclesia nunc patitur quæ & olim passa est | 522 |
| ecclesia in euangelio stabulum dicitur | 105 |
| ecclesia sola claves à C H R I S T O accepit | 310 |
| ecclesia neminem persequitur pœna corporis | 248. & 325 |
| ecclesia quando est spelunca latronum | 365 |
| ecclesia omnis est sacerdotium sanctum | 424 |
| ecclesia persequutionibus credita est | 472 |
| ecclesia Christi non cognoscitur nisi per uerbum Dei | 486 |
| eleemosynas quare Paulus accipere noluit | 351 |
| electio & abiectione est in uoluntate Dei | 43 |
| ementes & uendentes dona Dei eadem pœna plectuntur | 365 |
| episcopatus seruitus est non principatus | 391 |
| episcopatus opus & ministerium est non dignitas | 399 |
| episcopi uel sacerdotes neminem damnare possunt | 413 |
| episcopi & pastores ecclesiæ nihil possidere debent præter uitrum & uestitum | 420 |
| episcopum etiam docilem esse oportet | 246 |
| episcopus & presbyter unum sunt | 397 |
| error Petri apostoli | 92 |
| error multorum non excusat | 214 |
| errores extirpandi sunt non homines | 414 |
| etiam si Deus oës damnaret nullus iuste conqueri posset | 41 |
| euangelium etiam in ueteri testamento prædicabatur | 91 |
| euangelium recipit qui donum Dei habet | 141 |
| euangelium omnia continet | 268 |
| eucharistia quid significet | 389 |
| ex adoptione saluamur | 166 |
| ex aliarum meritis non pendeamus | 446 |
| ex bonis operibus Deo debitores efficimur | 128 |
| excellentia ceremoniarum legis | 454 |
| excōmunicatus à Paulo postea plus illum dilexit | 323 |
| excommunicationis periculum | 324 |
| exemplum charitatis | 68 |
| exemplum habemus in Petro curationis peccatorum | 303 |
| ex origine damnati, ex gratia saluati sumus | 40 |
| exordium nostræ salutis à Deo est | 151 |
| ex parte cognoscimus | 21 |
| expositiones legi pñt quoq; dogmatibus nō est aq;escendū | 252 |
| ex spiri- | |

F

| | |
|---|--------|
| F acere & perficere bonum quō differunt | 79 |
| famam abstinentiae aliqui querunt delitijs | 30 |
| fames uerbi Dei plaga maxima | 292 |
| fide & spe saluati sumus | 23 |
| fideles latebunt in nouissimis temporibus | 487 |
| fidem non omnes habent | 59 |
| fidem à Deo accipimus | 156 |
| fidem & corda querit Deus, non munera externa | 364 |
| fides præsentia non cupit | 85 |
| fide saluati sunt patres ueteris testamenti. | 95 |
| fides est genitrix bonæ actionis | 140 |
| fides credentium Dei est donum | Ibidem |
| fides principium meritorum | 141 |
| fides plena & perfecta | 157 |
| fides datur homini ex misericordia Dei | 158 |
| fides ad Christum nos trahit | 159 |
| fides est opus Dei | 161 |
| fides nostra Christus est | 162 |
| fides ipsa necesse est ut operetur | 186 |
| fides à Deo data facit hominem iustum | 186 |
| fides facit opera bona | 203 |
| fides habet claves ecclesiæ | 314 |
| fides nostra simplex ac sufficiens describitur | 427 |
| fides orationis fundamentum est | 489 |
| fidutia qualis erit nobis in Deum | 147 |
| filij Dei sunt qui spiritu Dei aguntur | 114 |
| filij uel nepotes ad sacerdotium non sunt eligendi | 406 |
| finibus non officijs uirtutes à uitijs discernuntur | 178 |
| fomes peccati manet in carne post baptismum | 12 |
| fortitudo nostra ex Deo | 123 |
| fragilitas nostra ad Deum festinare cogit | 25 |
| frater quomodo fratrem absoluti à peccato | 304 |
| fratribus compati est pia tristitia | 328 |
| fraud & fallacia diaboli | 216 |
| fructus hominis christiani est confessio fidei | 179 |
| fugere debemus docentes contra dominum | 363 |

fundamentum

V N I O N I S

| | |
|-----------------------------------|-----|
| fundamentum ecclesiæ est Christus | 310 |
| funeris nimius sumptus reprobatur | 464 |
| furtum quid sit | 358 |

G

| | |
|---|--------|
| G audium parentum in persecutione filiorum | 517 |
| gentes peccatores dicuntur | 95 |
| gloria dialecticorum | 261 |
| gradus ecclesiasticus non gratia sed ex merito dandus | 397 |
| gratia quæ datur electis post lapsum | 3 |
| gratia Dei omnia peccata soluit | 11 |
| gratia Dei qui sunt ingratii | 105 |
| gratia & meritum contraria sunt | 110 |
| gratia Dei liberamur non meritis nostris | 111 |
| gratia pro gratia datur homini | 112 |
| gratia Dei nouam creaturam facit | 133 |
| gratia datur malis & impijs | 138 |
| gratia Dei per uoluntatem hominis, tanquam per instrumentum operatur. | 144 |
| gratia hominis uoluntatem primo reparat | Ibidem |
| gratia Dei in homine non est otiosa | 145 |
| gratia, quæ agit in homine | Ibidem |
| gratia Dei penitentiam in nobis operatur. | 337 |
| gratia totum ascribendum, nihil meritis | 152 |
| gratis Deus omnes saluat | 110 |

H

| | |
|--|----------|
| H abitus sacerdotalis sit humilius | 399 |
| hæreses unde dicantur | 282 |
| hæreses à philosophia subornantur | 283 |
| hæresis ualde utilis sed periculosa | 178 |
| hæresis propter gulam construitur | 240 |
| hæretici omnia mysteria ecclesiæ habent | 179 |
| hæretici depravant testimonia scripturarum | 219 |
| hæretici per quæ decipiunt homines | 243 |
| hæreticis omnia opera externa non prosunt. | 243 |
| hæretici sua querunt, nō proximos suos | Ibidem |
| hæretici habent manus otiosas, & repositoria plena | 353 |
| hæretici etiam scripturas & sacramenta habent | 456 |
| hæretici & fideles easdem ferme ceremonias habent | 481 |
| hæretici etiam iniuciem contrarij sunt | 495 |
| | hæretici |

I N D E X.

| | |
|---|--------|
| hæretici quare Christianos occidere uolunt | 520 |
| hæretici non sunt comburendi | 522 |
| hæretorum impietas quomodo manifestatur | 520 |
| hæreticos dominus occidere prohibet | 503 |
| hæreticus probatur uerbis & factis | 492 |
| helena non lignum sed pendentem adorauit | 461 |
| hic nullus hominum est sine peccato | 199 |
| hieronymus dubitat de autore epistolæ ad Hebræos | 86 |
| hieronymus uocat negotiationem uitium | 358 |
| historici etiam in multis falluntur | 282 |
| holocausta & sacrificia christiani hominis | 422 |
| homini reluctant Deus gratiam inspirat | 116 |
| hominis perfectio est imperfectionis suæ cognitio | 120 |
| hominis descriptio absq; gratia Dei uiuentis | 131 |
| homo quantum ad se nihil est | 19 |
| hominum miseria & malitia | 26 |
| homo cecidit per liberum arbitrium | 108 |
| homo de suo Satanas est | 121 |
| homo uniuersa uanitas & umbra mortis | Ibidem |
| homo ædificatio Dei est | 142 |
| homo ex fide uiuens | 177 |
| humilitas Ioannis confitentis se peccatorem | 315 |
| homo per se nihil est | 194 |
| honores & diuitiae non sunt à Deo petendæ | 349 |
| honor imaginis Dei | 458 |
| humana Deo non patrocinantur | 472 |
| humilitas Ioannis apostoli | 315 |

I

| | |
|---|--------|
| I acula præuisa minus feriunt | 489 |
| ieiunandum est omni tempore | 330 |
| ieiunia quare instituta sunt | 93 |
| ieiunium Iudæorum reprobratur | 329 |
| ieiunium uerum christianorum | 329 |
| ieiunium quas uirtutes operatur | 330 |
| ieiunium superstitiosum | Ibidem |
| iesus crucifixus aliquibus est Dei uirtus, aliquibus stultitia. | 136 |
| ignorantia circa claves ecclesiæ | 306 |
| iluminamur per lucem illuminantem Christum | 139 |
| imago Dei quam perdidit Adam | 38 |
| | imago |

V N I O N I S

| | |
|--|-----|
| imago Dei uera quæ sit | 443 |
| imaginis Dei uerus cultus | 443 |
| imaginis Dei iniuria | 459 |
| immutabilia sunt dona Dei | 35 |
| impatientia hominum | 20 |
| impium est lignis & lapidibus gratiam referre | 449 |
| impossibile est saluari nisi per Christum | 202 |
| in Adam tanquam in radice omnes damnati sumus | 2 |
| in Aristotelem & philosophos | 261 |
| in baptismo aliud uisibiliter aliud inuisibiliter agitur | 27 |
| in baptismo omnia peccata sunt remissa, sed nō extirpata | 105 |
| in cantum musicum | 346 |
| in Christo requiem habemus | 197 |
| in creaturis nulla sit nobis fidutia | 418 |
| in confessione Dei & agnitione eius tota salus nostra | 208 |
| in defensores liberi arbitrij | 4 |
| in defensores meritorum | 203 |
| in dialecticos & solum eloquentes | 359 |
| indigna res est iudicium ab infidelī querere | 103 |
| in dilectione nullus excipitur | 326 |
| indulgentia delictorum est reparatio uitæ prioris | 365 |
| indulgentiam peccatorum in nobis inuenimus | 359 |
| indulgentiam accipit sola confidentia in meritis Christi | 362 |
| indulgentiam peccatorum per uerbum Dei inuenimus | 360 |
| indulgentiam peccatorū meretur is qui ab ipsis abstinet | 366 |
| in eos qui sectas faciunt & pharisæos | 216 |
| in fine mundi populus per se uerbum Dei leget | 287 |
| in hac uita inuicem adiuuare possumus | 349 |
| inimici hominis domestici eius | 500 |
| iniquitas non est apud Deum | 55 |
| iniquius est qui timore pœnae non peccat | 119 |
| initium corrigendi cor fides est | 84 |
| in iudicio peccatum raro uitatur | 103 |
| iniuriam facit Deo qui diffidit | 165 |
| iniustus non est Deus | 42 |
| in latores legum importabilium | 227 |
| in nobis Adam sumus, in Christo iusti | 75 |
| innocentia perfecta nobis in baptismo non datur | 174 |
| in nouo testamento etiam est litera occidens | 380 |
| in peccato | |

I N D E X.

| | |
|---|------------|
| in peccatis nascimur | 13 |
| in primitiva ecclesia christiani cognoscebant ex moribus | 487 |
| in prohibitores nuptiarum | 236 |
| in quo corpore renouabiuntur | 31 |
| in resurrectione perfecte prius renouatur homo | 22 |
| in sacerdotes negotiatores | 417 |
| in scripturis saepius pars pro toto accipitur | 136 |
| in seruitium Dei etiam rustici sunt admittendi | 352 |
| in solo Deo confidendum | 209 |
| intercedere potest christianus pro sceleratis | 99 |
| in uerbo domini permanere debemus | 214 |
| inuidia Arianorum in ueros fideles | 515 |
| ira Dei quae est | 30 |
| iudaei unde erant scandalizati | 378 |
| iudicamus mala quae pati nolumus | 68 |
| judices etiam in misericordia punire debent | 100 |
| iudicia Dei abyssus multa | 34 |
| iudicio contendere non licet | 102 |
| iudicium cum misericordia datur electis | 112 |
| ius ciuile non frustra institutum est | 99 |
| iussioni & uoluntati Dei tantum obediendum | 6 |
| justitia non datur per legem | 74 |
| justitia Dei nostra dicitur | 213 |
| justitia quae ex lege est quid sit | 106 |
| justitia quando dicitur nostra | 127 |
| justitia Dei iusti sumus | 194. & 203 |
| justitia nostra est confessio iniustitiae nostrae | 203 |
| justitia DEI in ueteri testamento uelata, & in nouo reue- lata | 203 |
| iuustificatio bona opera praecedit | 139 |
| iuustificatio praecedit omnia bona opera | 188 |
| iuustificamur gratis | 75 |
| iuustis non est lex posita | 29 |

L

| | |
|---|-------|
| L Abore nostro ad penitentiam non peruenimus | 337 |
| labor & diligentia Apostoli | 356 |
| labor noster fratribus prodeesse debet | 354 |
| lachrymæ in penitentia laudantur | 303 |
| | laici |

V N I O N I S

| | |
|--|-------|
| Iaici etiam ab episcopis inuitabantur ad prædicandum | 426 |
| uerbum | 426 |
| Iaici disputare & docere possunt | 426 |
| Iaici i uerbū Dei non solū audire sed & docere debent | 428 |
| Iauari & sanari necessarium | 13 |
| Iaus epistolarum Pauli apostoli | 278 |
| Legem nobisip̄s fecimus | 88 |
| Legem charitatis boni habent | 89 |
| Legem non seruat qui timore uel cupiditate seruat | 90 |
| Legem quomodo naturaliter implemus | 188 |
| Legis opera bipartita sunt | 89 |
| Lento gradu ad ministeria ecclesiæ est ueniendum. | 391 |
| Leprofi quare ad sacerdotes mittebantur | 307 |
| Lex abundare facit delictum | 75 |
| Lex ad gratiam nos cogit | 78 |
| Lex à Moysé tradita etiam à nobis seruari debet | 90 |
| Lex charitatis non querit quæ sua sunt | 87 |
| Lex domini animas conuertens | 87 |
| Lex infirmum non sanat | 76 |
| Lex infirmabatur per carnem | 81 |
| Lex iudicialis coercet humanam malitiam | 99 |
| Lex libertatis & seruitutis | 89 |
| Lex naturæ à Deo in corde hominis scripta est. | 67 |
| Lex naturalis quid est | 70 |
| Lex non solam fidem exigit | 169 |
| Lex omnes homines damnat | 111 |
| Lex peccati & mortis | 1 |
| Lex siue doctrina nihil prodest sine opere Dei | 60 |
| Liberamur à p̄dagogo per fidem | 81 |
| Liber primus homo uoluntate peccauit | 50 |
| Libertas mali hominis est peccare | 113 |
| Liberum arbitrium fuit in primo homine | 1 |
| Liberum arbitrium ad malum sufficit | 2 |
| Litera legis sine spiritu non sufficit | 80 |
| Literarum sacrarum profunditas | 281 |
| Locus hominem non sanctificat uel orationem | 346 |
| Locus sanctorum in anima est | 423 |
| Locus sanctus est sacra scripture | 494 |
| Locutione nostra Deus non querit doceri | 342 |
| | lotio |

INDEX.

| | |
|--|-----|
| lotio pedum discipulorum quid significat | 309 |
| fugere mortuos stultitia est | 465 |
| lux euangelica quotidie magis aperitur | 213 |
| luxus maxima seruitus est | 332 |
| luxus ecclesiasticorum reprobatur | 476 |
| M | |
| M Agis Deo debitores sumus, quā ipse nobis | 148 |
| maledictio prima | 14 |
| male uelle est in potestate malorum, sed non male | |
| operari | 45 |
| malis omnia cooperātur in malum | 34 |
| malorum uitia persequuntur bonos | 328 |
| mandata Dei condemnant | 164 |
| mandati forma simplex seruanda est | 213 |
| mandatum generale, Non concupisces | 77 |
| mandatum magnum | 269 |
| manducare Christū est cōmunicare passionibus eius | 380 |
| materia prædestinationis ad humilitatem nos cogit | 38 |
| maximum malum christianorum | 220 |
| maximus honor Dei est si uoluntatem illius impleamus | 384 |
| mediatore opus habebamus | 29 |
| meditatio & scientia scripturarum ad quæ ualent | 284 |
| memoria mortuorum | 349 |
| memoria mortuorum post hanc mortem completa est | 36 |
| mendacium loquitur, qui de suo loquitur | 267 |
| mendicitas reprobatur in ecclesia Dei | 355 |
| merita hominis Dei munera sunt | 112 |
| merita nulla præcedunt gratiam | 824 |
| meritum in primo homine fuisset, si perseuerasset | 3 |
| meritum hominis nullum est | 43 |
| meritum nostrum miseratio domini | 165 |
| militans ecclesia non est sine macula aut ruga | 199 |
| militia est uita christiana | 145 |
| militia est uita hominis super terram | 333 |
| ministratio mortis est lex | 79 |
| misericordia Dei præuenit hominem in bonis operibus | 126 |
| misericordia peruersa non sit in nobis | 107 |
| misericordia præuenit hominis uoluntatem | 113 |

BB

misericordia

V N I O N I S

| | |
|---|------|
| miseri esse non solum nolumus, sed nec uelle possumus | 7 |
| modus persecutionis christianorū aduersus christianos | 516 |
| monachi laborare debent | 358. |
| montanus hæreticus leges ieiuniorum primus instituit | 330. |
| montes Dei qui sunt | 457 |
| mores etiam nostri temporis | 290 |
| mortuis nihil emolumenti ex impensa funeralis | 464 |
| mortuorum ornamentum est eleemosyna | 465 |
| mors Christi mortem nostram occidit | 75 |
| mors Christi tota spes nostra est | 165 |
| mors ex peccato defluxit | 13 |
| mors per Adam uitā per Christum | 12 |
| mulier primo peccauit | 15 |
| multa errata in libris Augustini | 245 |
| multa ex Adam adhuc portainus | 24 |
| multa mala ex neglectu uerbi Dei | 216 |
| multi antichristi nondum manifesti sunt | 492 |
| multi christiani nunc peiores sunt Iudeis | 106 |
| multi sunt sacerdotes nomine, sed pauci re | 430 |
| multitudo peccantium ab ecclesia non punienda | 322 |
| multitudo Psalmorum in oratione reprobatur | 344 |
| mundus regitur opinionibus | 234 |
| munera Dei gratuita sunt | 50 |
| murmurare non oportet aduersus Deum | 138 |
| murmur maximum peccatum contra dominum | 374 |
| mutatio hominis ad bonum, opus Dei est | 127 |

N

| | |
|--|-----|
| N atura bona à Deo, uoluntas mala à nobis | 9 |
| natura nostra peccato est obnoxia | 174 |
| nec infans unius diei immunis est à peccato | 38 |
| ne decipiātur per inanem philosophiam | 235 |
| negociatores ecclesiæ qui sint | 362 |
| nemo ex lege saluatur | 168 |
| nemo iustificatur præceptis bonæ uitæ | 170 |
| neq; locus neq; uestis indulgentiam largiri potest | 363 |
| neque per legem neq; per naturam saluamur | 107 |
| neq; ueritas neq; agnitiō Dei super terram | 219 |
| ne seducamur uimbris | 234 |
| nihil | |

INDEX.

| | |
|--|-----|
| nihil habemus quod non accepimus | 823 |
| nihil luminis est in natura nostra | 828 |
| nihil nisi uitium à voluntate aufertur | 333 |
| nihil nobis tribuendum | 170 |
| nihil sine Dei adjutorio possumus | 111 |
| nitimus in uetitum | 77 |
| nomina ministrorum ecclesiae | 404 |
| non est potestas nisi à Deo | 101 |
| non in umbris confidendum | 97 |
| non necessarium testibus præsentibus confiteri | 308 |
| non patrum, sed scripturæ autoritas seruanda | 288 |
| non perseverantes usq; in finem, non sunt prædestinati | 35 |
| non quod uolunt bonum hoc agunt | 78 |
| non solum studium sed etiam oratio nobis est necessaria | 277 |
| non sperandum in hominibus | 409 |
| notitia Dei quid est | 86 |
| noua tormentorum genera ab Arianis inuenta | 517 |
| nouissima hora iam est | 502 |
| nouuum & uetus testamentum quare dicitur | 94 |
| nulla ætas ad omnia discenda sufficit | 281 |
| nulla lex nobis danda in oratione | 341 |
| nulla mandatorum Dei in nobis perfecta custodia | 175 |
| nulla merita hominum Christus inuenit | 144 |
| nulla sanctitas nobis ab hominibus | 446 |
| nulli credendum præter scripturam | 487 |
| nullis præcedētibus meritis Deus nos uulneratos curauit | 121 |
| nullum imitemur præter Christum | 228 |
| nullus ad fidem uenit nisi doctus à Deo | 57 |
| nullus ad altare accedat nisi uerus penitens | 374 |
| nullus Deo resistere potest | 61 |
| nullus est beatus in ista uita | 23 |
| nullus est episcopus episcoporum | 248 |
| nullus est excommunicandus nisi propter peccatum famosum | 324 |
| nullus est ex se sanctus | 452 |
| nullus ex retributione, sed gratis saluamur omnes | 139 |
| nullus hic implet primum præceptum | 192 |
| nullus per legem sed per fidem saluamur omnes | 95 |
| BB 2 nullus | |

V N I O N I S

nullus uiuens implet legem

117

| | | |
|---|------------|-------|
| O | | |
| <i>Bedientia maxima uirtus</i> | | 6 |
| <i>occulta opera Dei, iudicia quare uocantur</i> | | 36 |
| <i>oculum pro oculo, dentem pro dente</i> | | 101 |
| <i>officia apostolorum</i> | | 417 |
| <i>omne bonum homo uolens agit</i> | | 146 |
| <i>omne bonum in dilectione fit</i> | | 115 |
| <i>omne donum perfectum à Deo est</i> | | 124 |
| <i>omne meritum gratia Dei est</i> | | 113 |
| <i>omne quod habemus ex gratia est</i> | | 109 |
| <i>omnes christiani unum sunt, sic & omnes antichristiani</i> | | 497 |
| <i>omnes doctores legere possumus</i> | | 264 |
| <i>omnes fideles à patre Deo fidem accipiunt</i> | | 134 |
| <i>omnes fideles in sacerdotes unguntur & reges</i> | | 422 |
| <i>omnes homines sunt peccatores</i> | 200. & 453 | |
| <i>omnes in Christo uitam æternam percipiunt</i> | | 62 |
| <i>omnes in primitiva ecclesia baptizabant & prædicabant</i> | | 404 |
| <i>omnes peccatores nascimur</i> | | 29 |
| <i>omnes pro debitis orant</i> | | 23 |
| <i>omnes qui saluantur ab æterno prædestinati sunt</i> | | 50 |
| <i>omnes sancti pronunciant se peccatores</i> | 14. & 190 | |
| <i>omnia bona Dei dona sunt</i> | | 143 |
| <i>omnia bona Deo attribuenda</i> | | 158 |
| <i>omnia bona Deus in homine facit</i> | | 116 |
| <i>omnia bona opera nostra imperfecta sunt</i> | | 190 |
| <i>omnia in potestate Dei sunt</i> | | 54 |
| <i>omnia membra Christi sacerdotes sunt</i> | | 424 |
| <i>omnia munda mundis</i> | | 236 |
| <i>omnia nos in commemorationem facimus</i> | | 386 |
| <i>omnia præcepta decalogi seruanda sunt opere extero præ-</i> | | |
| <i>ter unum</i> | | 90 |
| <i>omnia præcepta Mosaica sunt litera occidens</i> | | 170 |
| <i>omnia sciens difficile corrigitur</i> | | 275 |
| <i>omnis doctor est seruus legis</i> | | 217 |
| <i>omnis potestas à domino Deo est</i> | | 415 |
| <i>omnis sanctitas ex uno solo Deo est</i> | | 452 |
| <i>omnis scriptura est infra canonicam scripturam</i> | | 257 |
| | | Omnis |

I N D E X.

| | |
|--|--------|
| omnis sermo falsus antichristius est | 493 |
| omnium creator est Deus | 107 |
| opera Abrahæ secuta sunt fidem | 186 |
| opera absq; fide non sunt bona | 153 |
| opera bona fide non præcedunt | 184 |
| opera Dei imminutabilia | 134 |
| opera hominis fide m habentis | 177 |
| opera hypocritica quæ sunt | 178 |
| opera legalia etiam nunc sunt licita si absit fiducia | 91 |
| opera sine fide inania sunt | 166 |
| Operatio & solicitude differunt | 357 |
| opera trinitatis sunt inseparabilia | 57 |
| opera ueri regis | 423 |
| opere & uerbo simul docere debemus | 429 |
| operum merita futura non respicit Deus | 39 |
| oportet mandationem esse spiritualem cū corporali | 375 |
| oportet sacerdotem testimonium habere bonum ab his qui foris sunt | 389 |
| oportet sacerdotes esse uigiles | 250 |
| opus Dei in hominis uoluntate | 4 |
| opus & utilitas legis Mosaice | 73 |
| opus fidei dilectio est | 186 |
| oratio est sacrificium | 200 |
| orandum & prædicandum est in omni loco | 341 |
| orationē sacerdotis in tēplo oēs intelligere debent | 341 |
| orationes nostræ quare non exaudiuntur | 348 |
| orationes nostras audit Christus in omni loco | 347 |
| orationis modus & uirtus | 338 |
| orationis nostræ tria obstracula | 350 |
| oratio non est in multiloquio | 340 |
| oratio propria maxime Deo placet | 442 |
| oratio sine clamore fieri debet | 339 |
| oratio uera est in cogitationibus cordis | Ibidem |
| ordinatio principis | 407 |
| ordinatio sacerdotis fiat secundū traditionē diuinā | 396 |
| ordo correptionis ex euangeliō | 320 |
| ordo in ecclesia qualis iam sit | 405 |
| ordo seruandus est inter christianos | 98 |

V N I O N I S

| | |
|--------------------------------------|-----|
| ornamenta ecclesie | 417 |
| ostenso legis Mosaicę | 74 |
| otii quanta mala | 356 |
| otiositas omnem malitiam docuit | 357 |
| otium quosdam ad seruitum Dei trahit | 353 |

P

| | |
|---|-----|
| P aedagogus est lex | 82 |
| panis dominicus quomodo facti sumus | 370 |
| panis & aquae significatio | 280 |
| panis intrat in os, Christus uero ad cor | 382 |
| panis quomodo fit | 368 |
| panis super substantialis Christus | 382 |
| paruo omnes pauperes alere possumus | 418 |
| paruuli baptizati ctiā participes sunt corporis domini | 368 |
| paruuli non renati damnantur | 50 |
| paruulorum damnatio siue saluatio | 49 |
| paterfamilias uerbum Dei domi tractare debet | 433 |
| pauci fideles inueniuntur in nouissimis temporibus | 489 |
| paulus fuit hic perfectus, &c imperfectus | 192 |
| paulus in descriptione episcopi uitia uirtutibus opposuit | 400 |
| paulus missus est ad Ananiam ut uerbū Dei ab eo audiret | 307 |
| paulus noluit Titum circumcidere | 92 |
| paulus non omnibus placebat | 61 |
| pauperum curam præ omnibus habere oportet | 385 |
| paupertas in uidea laudatur | 420 |
| pax charitas, fides sunt à Deo patre | 159 |
| pax uera christianorum | 478 |
| peccata inueterata quomodo tolluntur | 332 |
| peccata remittuntur per nomen Dei | 316 |
| peccata remittuntur per uerbum | 309 |
| peccator & hæreticus compassione corrigendi sunt | 412 |
| peccator nihil manducat nisi signum | 372 |
| peccatorum continuata memoria utilis est | 302 |
| peccatum alterius nulli nocet sine consensu | 28 |
| peccatum à nobis est fugiendum | 324 |
| peccatum post mortem non remittitur | 336 |
| peccatum quare ab Apostolo uiro ascribitur | 15 |
| peccatum quid est | 69 |
| peccatum | |

I N D E X.

| | |
|---|--------|
| peccatum uocatur etiam sacrificium | 81 |
| pelagianorum error | 83 |
| per Adam omnes expulsi sumus de paradiso | 16 |
| perditus nihil boni operari potest | 113 |
| perfectio hominis in quo consistit | 523. |
| perfectio nostra Dei uirtutibus est coaptanda | 191 |
| perfectio nostra est imperfectiois nostræ cognitio 118. & 191 | |
| per fidem Christus in corda nostra intrat | 205 |
| pericula nostri temporis | 231 |
| persecutiones primitiæ ecclesiæ | 475 |
| persecutio quantum malum est | 510 |
| perseuerantia in bono ex solo Deo est | 4 |
| per uerbum ad Deum conuertimur | 275 |
| per uerbum Dei peccata soluuntur | 314 |
| per uerbum humana natura est sanata | 298 |
| peruersa opinio Pelagianorum | 48 |
| petri potestatem is habet qui illius opera facit | 311 |
| petrus missus est ad Cornelium | 307 |
| philosophi patriarchæ sunt hæreticorum | 191 |
| pietas est cultus Dei | 183 |
| piscatores nobis regulam uiuendi scripsierunt | 432 |
| plebs à criminoso præposito se separare debet | 395 |
| plenissima charitas in nemine est uiuente | 23 |
| plus humana quam diuina querimus | 276 |
| pena peccati quæ sint | 18 |
| penitentia est ex gratia Dei | 114 |
| penitentiæ diffinitio | 301 |
| possimus omnia sed in domino | 310 |
| post mortem nullum meritum | 335 |
| post mortem prius sanamur perfecte | 106 |
| præcepta diuina intellectu omnibus facilia | 432 |
| præcepta necessaria sunt de uiribus suis confidenti | 84 |
| præceptum Dei non atramento inscribitur, sed spiritu | 69 |
| præciosissimum margaritum quod sit | 181 |
| prædestinati à Deo mundantur | 33 |
| prædestinatio & gratia non differunt | 33 |
| prædestinatio & propositum differunt | Ibidem |
| prædestinatio necessitat | 35 |

V N I O N I S

| | |
|--|--------------|
| prædestinati soli uniuersitatem quandam faciunt | 61 |
| prædicantes uerbi Dei quotidie à labore excusant | 352. &c. 355 |
| prædicatio pseudoprophetarum | 98 |
| prælati non nisi lachrymis suas ulciscantur iniurias | 252 |
| prælatura sacerdotum quæ sit | 428 |
| præsumptionibus hominum subiçimur | 223 |
| præuaricatio etiam legis Mosaice | 70 |
| præuaricatio legis naturalis | 70 |
| prauo corde Christus ab aliquibus prædicatur | 326 |
| prima libertas uoluntatis | 4 |
| primus homo meritum per liberum arbitrium perdidit | 4 |
| principes sint iudices uerbi | 291 |
| principium medicinæ est causas languoris incidere | 309 |
| prius id quod animale, deinde id quod spirituale | 32 |
| prius legendum postea despiciendum | 253 |
| promissione Dei saluamur | 149 |
| promissio quandam nunc adimpletio facta est | 372 |
| prophætæ in nouo testamento qui sunt | 423 |
| prophetæ nunc dicuntur interpretes scripturarum | 404 |
| propositum bonum à Deo accipimus | 47 |
| propria opera Pauli, non nisi peccata erant | 120 |
| propria uoluntas grauis est sarcina | 88 |
| proprium nouæ creaturæ est operari bonum | 148 |
| propter peccata populi dux malus ecclesiæ datur | 403 |
| propter transgressionē legis naturæ lex Mosaica data est | 69 |
| proximi nomen adaliquid est | 326 |
| proximus noster omnis homo est | 325 |
| publica confessio qualis erat | 316 |
| pueri sint in sacris literis occupati | 413 |
| pugnat uerborum uanam gloriam querunt | 293 |

Q Væ docet lex naturæ

| | |
|--|-----|
| quæ gratia Adæ data erat ante peccatum | 62 |
| quæ in Paulo sit operatus Deus | 3 |
| quæ in sanctis uidere debemus | 149 |
| quæ maior destructio ecclesiæ | 458 |
| quæ modo in ecclesia queruntur | 401 |
| quæ præcedunt in capite sequantur in membris | 261 |
| | 522 |
| | 542 |

I N D E X.

| | |
|--|-----|
| quæ sunt merita sanctorum | 49 |
| quæ supra nos nihil ad nos | 256 |
| quale aurum requirit C H R I S T V S pro indulgentia peccatorum | 360 |
| qualitas uoluntatis mutatur in hominis conuersione | 132 |
| quam grande peccatum hominem anathematizare | 412 |
| quando fratrem iudicare possumus, & quando non | 238 |
| quare cōcupiscentia manet in renatis | 79 |
| quare lex Mosaica data est | 68 |
| quare pater uerbum genuit | 297 |
| quare uetus lex adeo fuit secura | 100 |
| quatuor dies mortis | 78 |
| quatuor gradus hominis | 378 |
| querela sacerdotum ad Christum | 415 |
| quicquid foris agitur sanctitatis nihil prodest | 364 |
| qui dam in ecclesia contra ecclesiam sentiunt | 499 |
| quicquid electis hic deficit in futuro perficietur | 28 |
| quid eligit Deus in prædestinatis | 157 |
| quid est mortis aculeus | 20 |
| quid sit fugere ad montes | 486 |
| qui non credunt, Abrahæ filij non sunt | 134 |
| qui non uenit ad Deum ab eo non audiuit | 59 |
| qui sacerdotes eligendi sunt | 394 |
| qui sint docentes liberum arbitrium | 219 |
| qui sint uere beati | 203 |
| qui sint ueri Christiani | 410 |
| quis sit honor sanctorum | 437 |
| qui sunt uere manducantes | 377 |
| quod tibi ab altero uis fieri, ipse alteri fac | 68 |
| quomodo Deus dicitur corda hominum indurare | 40 |
| quomodo mali sunt à Deo prædestinati, nō ad culpam sed ad peccatum | 60 |
| quotidiana extirpatio uitiorum | 366 |
| quotidie cibus est querendus | 357 |
| R | |
| R aritas honorum prælatorum | 219 |
| rapina & auaritia prælatorum | 230 |
| recta fides est initium bona uitæ | 156 |

V N I O N I S

| | |
|--|-----|
| Refugium nostrum Christus est | 195 |
| refutatio quæstionum & litium | 293 |
| regale sacerdotium omnes sancti dicuntur | 137 |
| regnum cœlorum diuinitus fidelibus præparatum est | 129 |
| regnum cœlorum est prædicatio Euangeli | 260 |
| regnum cœlorum præparatur nobis à Deo, non meretur | 176 |
| regnum cœlorum scripturæ dicuntur | 312 |
| regula generalis in constitutionibus humanis | 342 |
| religionem Christianam Deus liberam fecit | 223 |
| religionis consummatio | 269 |
| remittere peccatum solius Dei est | 373 |
| reprehensio fieri debet ex dilectione | 318 |
| repropositio delictorum quæ sit | 390 |
| requiescere debemus ab omnibus operibus nostris | 197 |
| resistendum eis qui liberum arbitrium prædicant | 105 |
| resurrectio nostra est in Christo | 182 |
| reticendo pollumur peccatis alienis | 320 |
| retractatio Augustini de fundamento ecclesiæ | 311 |
| retributio nostra æterna damnatio est | 109 |

S

| | |
|--|-----|
| S Abbatum non per otium celebrare obligamur | 93 |
| sacerdos eligendus ex consensu populi | 395 |
| sacerdotes caluitum facere non debent | 408 |
| sacerdotes ex optimis laicis eligendi sunt | 410 |
| sacerdoti à Deo, & populo electo obedire oportet | 392 |
| sacerdotis officium ierum | 390 |
| sacerdotium non est sanguini deferendum | 397 |
| sacerdotum timor | 263 |
| sacramenta etiam indigni ministrant | 28 |
| sacramenta signis diuersa sunt, sed re & uirtute spiritualia eadem | 375 |
| sacramenta ueteris testamenti quid valeant Christianis | 89 |
| sacramentū corporis mysteriū est unitatis & charitatis | 368 |
| sacramentum eucharistiæ fide indiget | 367 |
| sacramentum pacis | 384 |
| sacramentum unionis | 183 |
| sacrificium nostrum est memoria sacrificij Christi | 385 |
| sanguinis Christi pretium | 137 |
| | |
| sanguis | |

I N D E X.

| | |
|--|--------|
| sanguis noster & corpus nostrum sunt uerum uinum et uerus panis | 377 |
| sanguis signum nostrum | 250 |
| sancta rusticitas solum sibi prodest | 279 |
| sanc <i>tis</i> unde tristitia | 457 |
| sanctorum uirtutes imitari debemus | 445 |
| sanctorum p <small>re</small> teritor <small>e</small> cultores sumus, non p <small>re</small> senti <i>um</i> | 319 |
| sanctos colimus & sanctitatem contemnimus | 440 |
| sanctos nos dicere possumus | 451 |
| scelus ortum Constantinopoli ex confessione | 317 |
| Scribae & Pharisaei qui dicantur | 227 |
| scripta doctorum quant <i>a</i> autoritatis | 245 |
| scriptura autoritatibus legis plena est | 84 |
| scriptura canonica omnibus scripturis p <small>re</small> ponitur | 247 |
| scriptura diuina est mare | 278 |
| scriptura diuina non ad solos monachos pertinet | 435 |
| scriptura diuina spiritu legi desiderat | 281 |
| scriptura omnibus accessibilis, sed non omnibus penetrabilis | |
| scriptura omnibus data | 277 |
| scriptura principum qu <i>ae</i> sit | 286 |
| scriptur <i>as</i> legere & sequi debemus | Ibidem |
| scriptur <i>ae</i> gentilium nug <i>ae</i> & mendacia | 352 |
| secundum Deum non secundum hominem uiuendum est | 282 |
| seipso <i>s</i> omnes diligunt | 283 |
| sepultura Christianis ab h <i>ereticis</i> denegata | 327 |
| sepulturam Christiani parui facere debent | 517 |
| sermonem inuestigare est gloria Dei | 465 |
| seueritas iudicis bonis prodest | 280 |
| signa & prodigia Antichristi | 100 |
| signum ueri pastoris | 498 |
| si ipsi iustos nos faciamus, ergo oratio est inanis | 516 |
| silentium domini erga Canan <i>ae</i> am | 107 |
| silentium p <small>re</small> latorum est periculosum | 443 |
| simonia eccles <i>ie</i> | 319 |
| sine fide uirtus etiam peccatum est | 232 |
| sine gratia Dei nihil sumus | 926 |
| sine intermissione orate | 94 |
| | fine |

V N I O N I S

| | |
|--|-----------|
| sine querela conuersari quid est | 117 |
| sola charitas diuidit inter filios regni & Diaboli | 461 |
| sola fide sine operibus homo iustificatur | 166 & 167 |
| sola gratia discernit bonos à malis | 41 |
| sola misericordia Dei est causa salutis, non meritū nostrū | 63 |
| sola unitas & charitas uere manducat | 378 |
| soliciti esse uetamur, laborare tamen debemus | 358 |
| soluere & ligare inuicem quomodo possumus | 305 |
| solus Christus audiendus est | 214 |
| solus Deus est increatus | 448 |
| solus Deus est iustus & iustificans | 193 |
| spe tantum saluatis sumus | 20 |
| spiritualia magis quam carnalia curanda sunt, | 434 |
| spiritus communis in omnibus regenerat | 23 |
| spiritus Dei erigit nos ad bonum | 125 |
| spiritus est qui iustificat, non lex neq; litera | 124 & 204 |
| spiritus ipse postulat pro nobis | 349 |
| spiritus Psalmos solum intelligit | 346 |
| spiritus sanctus dilectio est | 259 |
| spiritus sanctus habitat in baptizatis paruulis | 19 |
| spiritus sanctus quare dicitur donum Dei | 298 |
| spiritus solum scit quae sint in homine | 301 |
| studij laus | 274 |
| studium hæreticorum circa uerbum Dei | 353 |
| studium querendi & inueniendi Deum, nobis à Deo est | 128 |
| sua docere nullus præsumat | 226 |
| super cathedram Moysi qui recte sedent. | 226 |

T

| | |
|---|------|
| T empora nostra sunt periculosissima | 475 |
| tempore Ambrosij baptizabant certis diebus | 405 |
| tenemus promissiones, non figuras ipsas | 170 |
| tentatio eorum qui prædicant uerbum Dei | 295 |
| terra est exercitium nostrum, cœlum corona | 333 |
| testamentum siue pactum quid est | 36 |
| timor à martyrio nos non reuocet | 334 |
| timor & amor Dei | 194 |
| timor non est in charitate | 119 |
| tradi Satanae quid sit | 323 |
| | tria |

I N D E X.

| | |
|--|--------|
| tria peccata principaliora | 331 |
| tria quæ à Deo petere debemus | 350 |
| trinitatis uera confessio | 299 |
| triplex testimonium quod filij Dei sumus | 347 |
| turba iniquorum quando corripienda | 322 |
| V | |
| Visa iræ prosunt uasis misericordiae | 45 |
| uelle & nolle quomodo nostrum dicitur | 130 |
| uæ illis qui propter lucra indulgentiam peccatorum | |
| promittunt | 362 |
| uelle nos facit gratia Dei | 322 |
| uentris cura prohibetur | 356 |
| uera conuersio ad Deum | 276 |
| uera pœnitentia quæ sit | 301 |
| uera spes omnium Christianorum | 177 |
| uerba Cypriani ad Pompeium | 246 |
| uerba Dei spiritus & uita sunt | 84 |
| uerbi Dei collatio & repetitio prodest | 273 |
| uerbi Dei ignorantia gentiles scandalizat | 272 |
| uerbi Dei neglectus piaculum grande | 271 |
| uerbi Dei obscuritas prodest | 280 |
| uerbi Dei operatio in anima | 271 |
| uerbi Dei prohibitio | 295 |
| uerbi Dei summa laus | 270 |
| verbis Christi insistere debemus | 216 |
| uerbi simplicitas non crassa ignorantia laudatur | 272 |
| uerbo Dei dupliciter resistitur | 318 |
| uerbo Dei homo secularis facile conuertitur | 275 |
| uerbo Dei nutrimur & consolamur quotidie | 314 |
| uerbo Dei saluamur | 271 |
| uerbum Dei igni comparatur | Ibidem |
| uerbum Dei ignis exæstuans est | 294 |
| uerbum Dei lucro & auaritiae contrariatur | 290 |
| uerbum Dei pœnitentes consolatur | 317 |
| uerbum Dei sine argento discitur | 288 |
| uerbum Domini manet in æternum | 296 |
| uerbum falso aliquando sedet in ecclesia | 495 |
| uerbum quare pater genuit | 297 |
| uerbum | |

V N I O N I S

| | |
|--|--------|
| uerbum patris filius Dei est | 297 |
| uerbum quare descendit in carnem | Ibidem |
| ueritas paupertatem parit | 295 |
| ueritas promissa nobis exhibita est | 373 |
| ueritas uinci non potest | 291 |
| ueritatem non consuetudinem sequi debemus | 224 |
| uerum purgatorium | 366 |
| uerus cultus Dei est incorporeus | 463 |
| uerus honor hujus sacrificij | 384 |
| uerus modus manducandi | 378 |
| uetus & nouus homo | 80 |
| uia domini misericordia & ueritas | 38 |
| uinum quomodo fit | 368 |
| uirginitas non potest præcipi sed optari | 262 |
| wirtutes & uiria cum morte finiuntur | 335 |
| uisiones quando à nobis credendæ | 426 |
| uita æterna non per opera, sed per Christum datur | 187 |
| uita æterna gratia dicitur | 112 |
| uita ista sine remissione peccatorum non agitur | 189 |
| uita ista transitus est | 24 |
| uita sacerdotalis non sit communis cum cæteris | 403 |
| uita sacerdotalis sanctior & melior esse debet uita laicorum | 402 |
| uita sacerdotum quotidiana | 421 |
| una massa perditionis omnes per naturam sumus | 108 |
| unde Christus populum suum auget | 144 |
| unde est ruina ecclesiasticae disciplinæ | 421 |
| unde facta sunt schismata | 315 |
| unde Iudeis iactantia contra gentes | 166 |
| unde quidam apostatae fiunt | 36 |
| unde scripturarum negligentia oritur | 418 |
| unicuique de proximo cura commissa est | 434 |
| unicum confilium domini in nouissimis temporibus est, fuge re ad scripturas | 487 |
| unitas ecclesiæ laudatur | 348 |
| uniuersitas quomodo in solis electis describitur | 135 |
| uno spiritu omnes regeneramur | 28 |
| unum Deum colere debemus | 437 |
| unum est peccatum scilicet incredulitatis | 156 |
| unus | |

I N D E X.

| | |
|--|-----|
| unus dies celebris sit in septimana | 433 |
| unus est praeses ecclesiæ, non autoritate diuina sed consuetudi- | |
| ne | 398 |
| unus & idem spiritus fidei in nouo & veteri testamento | 205 |
| unusquisq; onus suum portabit | 437 |
| uoca operarios & redde illis mercedem, quid | 138 |
| uoluntas bona ab ipso homine non est | 142 |
| uoluntas bona Dei donum est | 82 |
| uoluntas boni hominis gratia Dei agitur | 4 |
| uoluntas Dei à nemine impeditur | 64 |
| uoluntas Dci est causa omnium | 138 |
| uoluntas Dei regula omnium | 39 |
| uoluntas Dei semper bona est | 65 |
| uoluntas & operatio bona à Deo sunt | 128 |
| uoluntas nunquam est sine aliquo amore | 133 |
| vox ad Dionysium Alexandrinum cœlitus auditæ de libris he- | |
| reticorum | 426 |
| usus eleemosynarum ecclesiæ | 408 |
| utrum fides parentum baptizatis proficit | 27 |

Z

| | |
|---|-----|
| Z Elus Dei non secundum scientiam, quid | 194 |
|---|-----|

F I N I S.

Themata theologica in p*re* sent libello contenta.

| | | |
|----|---|-----|
| 1 | De lapsu Adæ, & Peccato originali | 1 |
| 2 | Omnis homines prævaricatores sunt per Adam | 10 |
| 3 | Quomodo liberamur à peccato, & de baptismo parvulo- rum | 19 |
| 4 | De Prædestinatione, Vocatione, Iustificatione & Glorifi- catione | 32 |
| 5 | De Duplici lege, scilicet Naturali & Positiua | 72 |
| 6 | De Operibus legis | 89 |
| 7 | De Lege Iudiciali, & Gladio seculari | 96 |
| 8 | De Gratia & Merito | 104 |
| 9 | De Fide & operibus | 153 |
| 10 | De Preceptis & mandatis hominum | 209 |
| 11 | De Utile uerbi Dei | 270 |
| 12 | De Pœnitentia & triplici confessione | 299 |
| 13 | De Correptione fraterna | 317 |
| 14 | De Abstinentia & Ieiunio | 328 |
| 15 | De Oratione | 338 |
| 16 | De Labore Manuum | 350 |
| 17 | De Indulgentijs | 358 |
| 18 | De Sacramento corporis & sanguinis Christi | 367 |
| 19 | De Ordine ecclesiastice constitutionis | 388 |
| 20 | Quod omnes fidèles sunt Sacerdotes, Reges et Prophetæ, sed non omnes ministri ecclesiæ | 421 |
| 21 | De honore erga sanctos, & impensa funeris | 435 |
| 22 | De Antichristo | 457 |
| 23 | De Fuga & persecutione Christianorum | 513 |
| 24 | De Essentia diuinitatis | 427 |

HIERONYMVS:

Legant prius, & postea despiciant, ne ui-
deant nō ex iudicio, sed ex odio præsum-
ptione ignorata damnare.

DE LA-

DE LAPSV.

Adæ & peccato originali. Genesi tertio.

Romanorum quinto:

SICVT PER VNVM HOMINEM
peccatum in hunc mundū intravit, & per pec-
catū mors, ita & in omnes homines mors per
transiit: in quo omnes peccauerunt, & cætera.

Prima Corinthiorum decimoquinto: Quoniā qui
dem per hominem mors, & per hominē resurrectio
mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita
& in Christo omnes uiuiscabuntur.

Augustinus libro contra Fortunatum in disputa-
tione secunda.

Liberum uoluntatis arbitrii in illo homine fuisse dico, qui Liberū ar-
primus formatus est. Ille sic factus est, ut nihil omnino uolun bitrium in
tati eius resisteret, si uellet præcepta dei seruare. Postquam au primo ho-
tem libera uoluntate ipse peccauit, nos in necessitatem præci-
pitati sumus, qui ab eius stirpe descendimus. Quandiu ergo por-
tamus imaginem hominis terreni, id est, quandiu secundum
carnem uiuimus, qui uestus etiam homo nominatur, habemus
necessitatem consuetudinis nostræ, ut non quod uolumus fa-
ciamus. Cum autem gratia Dei amorem nobis diuinum inspi-
rauerit, & nos suæ uoluntati subiectos fecerit, quibus dictum
est: Vos in libertatem uocati estis, & gratia Dei liberauit me Galat. 5
a lege peccati & mortis. Lex autem peccati est, ut quiunque Roma.
peccauerit, moriatur: ab ista lege liberamur, cum iusti esse cœ Lex pecca-
perimus. Lex mortis est qua dictum est homini: Terra es & in ti.
terram ibis. Ex ipsa enim homines sic nascimur, quia terra su- Genesis 2
mus, & in terram ibimus propter meritum peccati primi ho- Genesis 3
minis: propter autem gratiam Dei, quæ liberat nos a lege pec Lex mor-
cati & mortis, ad iustitiam conuersi liberamur, ut postea eadē tis,
ipsa caro quæ nos in poenis torcit in peccatis manentes, subi-
cial nobis in resurrectione, & nulla aduersitate nos quatiat,

a quo

2 DE LAPSV.

quo minus legem Dei, & præcepta diuina seruemus.

Ecclesiastici decimoquinto: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta, si uolueris mandata cōseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquā & ignem, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum.

Augustinus libro de Nouo cātico capite octauo.

Quid enim ualeat liberum arbitrium non adiutum, in ipso Liberū ar- Adam demōstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonū non, bitrium ad nīsi adiuuetur à Deo. Primus em̄ ille homo accepit liberū ar- malum subbitrum rectum, & posuit ante eum sicut scripture dicit, ignē ficit. & aquam, ad quod uolueris, inquit, porrige manū tuam. Ele- git ignem, reliquit aquam: uidete iustum iudicem. Quod ele- git homo liber, accepit: malum uoluit, hoc illum secutum est.

Videte rursum illum iustum iudicem misericordiam facien- In Adā tā- tem. Cum enim uideret, quod homo totam stirpem suam ma- q̄ in radice le usus libero uoluntatis arbitrio, in se tanquam in radice da- oēs dānati inasset, ipse non rogatus de cōlo descendit, & humanum ge- nus superbia pereunte, sua humilitate sanauit, errantes perdi- xit ad uitam, peregrinos perduxit ad patriam. Non ergo glo- rietur humana natura de se, sed in eo glorietur qui fecit se.

Ecclesiastici decimo: Initium superbie hominis, apostatare à D E O, quoniam ab eo qui fecit illum re- cessit cor eius: quoniam initium omnis peccati est su- perbia.

Augustinus libro de correptione & gratia capi- te decimo.

Quæritur enim à uobis (quantum attinet ad hoc donum quod est in bono perseverare usq; in finem) quid de ipso pri- Adam cur- mo homine sentiamus, qui certe sine ullo uitio factus est re- non perse- cūtus. Quapropter saluberrime cōfitemur, quod rectissime cre- terauit. dimus, Deum dominum q̄s rerum omnium, qui creauit omnia bona ualde, & mala ex bonis oritura esse præscivit, & sciue magis ad omnipotentissimā suam bonitatem pertinere, etiā de mā-

A D A E.

De malis benefacere, quam mala esse non sinere. Sic ordinasse angelorum & hominum uitam, ut in ea prius ostenderet, quid possit eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiae beneficium, iustitiaeque iudicium.

Cap. ii. Istam gratiam nō habuit primus homo, qua nunquam uellet esse malus. Sed sane habuit in qua si permanere tia uellet, nunq̄ malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitriū deserere posset. Nec ipsum ergo Deus esse uoluit sine sua gratia, quē reliquit in eius libero arbitrio, quoniā liberum arbitrium ad malū sufficit, ad bonū autem parum est, nisi adiuetur ab omnipotenti bono; quod adiutoriū si homo ille per liberum nō deseruerit arbitrium, semper esset bonus: sed deseuit & desertus est. Tale quippe erat adiutoriū quod desereret cum uellet, & in quo permaneret si uellet, nō quo fieret ut uellet. Hæc est prima gratia quæ data est primo Adam, sed potenter in secundo Adam. Prima est enim qua sit ut habeat homo iustitiā si uelit. Secunda ergo plus potest, qua etiā sit ut uelit, & tantum uelit, tantoq; ardore diligat, ut carnis uoluptatem contraria concupiscentem, uoluntate spiritus uincat. Est psalmus. quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo & perseveranter tenendo, non solum posse quod uolumus, Verum etiam uelle quod possimus. Quod nō fuit in homine primo. Tunc ergo dederat deus homini bonā uoluntatem, in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectū. Dederat adiutoriū sine quo in ea non posset permanere si uellet, ut aut uellet in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si uellet, quia dederat adiutorium per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod uellet. Sed quia uoluit permanere, profecto eius culpa est, cuius meritum fuissest si permanere uoluisset. Et acceperat posse si uellet, sed non habebat primo hominē quo posset, nam si habuisset perseverasset. Posset perseuerare etiam si uellet, quod ut nollet, de libero descendit arbitrio, si per se: quod tunc ita liberum erat, ut bene uelle posset & male. uerasset. Quapropter bina ista quid inter se differant, diligenter & uigilanter intuendum est. Posse non mori, & non posse mori. Differētia Posse nō peccare, & nō posse peccare. Bcnū posse nō deserere, inter posse & bonum nō posse deserere. Potuit enim non peccare primus non homo, potuit non mori, potuit bonum nō deserere. Nunquid rī, & non

4 D E L A P S V

posse mori dicturi sumus, nō potuit peccare, qui tale habebat liberum arbitrium? Aut non potuit mori, cui dictum est: **Si peccaueris morte morieris?** Aut non potuit bonum deserere, cum hoc peccatum do deseruerit, & ideo mortuus sit: **Prima ergo libertas uoluntatis erat, posse non peccare, nouissima erit multo maior, non posse peccare.** **Prima immortalitas erat posse non mori, nouissima erit multo maior, non posse mori.** **Prima erat perseverantiae potestas, bonum posse non deserere, nouissima erit felicitas perseverantiae, bonum non posse deserere.**

Cap. 12. **Nunuero posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas.** Placuit enim Deo quo maxime superbia humanae presumptionis extingueret, ut non glorietur omnis caro coram ipso, id est, omnis homo. **Vnde aut non gloriet caro coram ipso, nisi de meritis suis, quae quidem potuit habere, sed perdidit: & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberum arbitrium, propter quod non restat liberandis nisi gratia saluatoris.** Non enim gloriantur iusti, qui nō habent unde. Nec iusti, quia ex ipso habent unde, nec habent gloriam suam, nisi ipsum, cui dicunt: **Gloria mea & exaltans caput meum.** Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni, uoluit Deus sanctos suos in uiribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis non so-

Homo primus meritum per liberum arbitriu[m] perdidit. **Psalmo 3:** **lum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint si uelint, sed in eis operatur etiā & uelle, quoniam non perseverabunt, nisi ut possint & uelint, perseverandi eis possibilis & uoluntas, diuinæ gratiæ largitatē donetur. Tantum est.**

Perseuerātia in bono ex solo Deo **Opus DEI** **in hominis uoluntate.** **quippe spiritu sancto accenditur uoluntas eorum, ut ideo possint, quia sic uelint: ideo sic uelint, quia Deus operat ut uelint.** Nam si in tanta infirmitate uitæ huius, in qua tamen infirmitate, propter elationem reprimendam, perfici uitutem oportebat, ipsis relinqueretur uoluntas sua, ut in adiutorio Dei, si ne quo perseverare non possent manerent si uellent, nec Deus operaretur in eis ut uellent: inter tot & tantas tentationes infirmitate sua uoluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare nō possent, qui deficientes infirmitate nec uellent, aut non ita uel-

Voluntas bona **in hominis uoluntate ut possent.** **Subuentū est ergo in infirmitati uoluntatis humanæ, ut gratia diuina indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo quamuis infirma, nō tam deficeret, neq[ue] aduersitate aliqua uinceretur.** Ita factum

est ut

A D A E.

est ut uoluntas hominis inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo perseueraret per uirtutem Dei, cum & uoluntas primi hominis fortis & sana, in bono ampliore non perseuerauerit, habens uirtutē liberī arbitrii, quamvis nō de futuro adiutorio Dei, sine quo non posset perseuerare si uellet, non tamen tali quo Deus in illo operaretur ut uellet. Fortissimo quippe dimisit atq; permisit facere quod uellet, infirmis se seruauit, ut ipso donante inuictissime quod bonum est uellent, nec hoc de serere inuictissime nollent. Dicente ergo Christo: Rogavi pro te ne deficiat fides tua, intelligitur ei dictum, qui ædificatur super petram. Atq; ita homo Dei non solum misericordiam cōsecutus est, ut fidelis esset: uerum etiam quia fides ipsa non deficit, ut qui gloriatur, in Domino glorietur.

Luce 22

1.Cor.1

Augustinus Epist. cvi. ad Paulinum.

Ne offendāt in lapidem offensionis, uelut argute defendendo naturam & liberum arbitrium, quemadmodum Philoso-
phi huius mundi, qui uehementer egerunt, ut putarent uel res liberi putarent sibi beatam uitam uirtute propriæ uoluntatis effice arbitrii.
re. Caeuant ergo isti ne per sapientiam uerbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidem offensionis. Natura enim humana, etiam si in illa integritate in qua cōditā est permaneret, nullo modo seipsum creatore suo nō adiuuāte seruaret. Cum igitur sine gratia Dei salutem non posset ei stodire quam accepit, quomodo sine gratia Dei potest reparare quam perdidit?

Idem Epist. cvij. ad Vitalem.

Si uere uolumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus unde sit liberum. Nam qui oppugnat gratiā, qua nō nostrū gratiū ad declinandū à malo & faciendū bonum liberatur tria Dei arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc uult esse captiuum. berum sit.

Primo Regum decimosexto: Ait ergo Saul ad David: Benedictus tu fili mi Dauid. Et quidem facies factis, & potens poteris.

Psalmo quadragesimo octavo. Et homo cū in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Augustinus de Genesi ad literam libro octauo capite sexto.

Obedientia
maxima
virtus.

Arbor sciē
tiae boni &
malū.

Iussioni &
uoluntati
Dei tantū
obediendū

Neq; enim qui fecerat omnia bona ualde , in paradiſo insti-
tuerat aliquid mali, sed malum fuisse homini trāſgressionem
præcepti . Oportebat autem ut homo ſub domino Deo po-
tius aliunde prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum,
uitus eſſet ipsa obedientia, quam poffum ueriffime dicere fo-
lam eſſe uitutem, omni creature rationali agenti ſub Dei po-
tentia, priuumq; eſſe & maximū uitium tumoris ad ruinam
ſua potestate uelle uti, cuius uitij nomen eſt inobedientia:
Nō eſſet ergo unde ſe homo dñm habere cogitaret atq; ſenti-
ret, niſi aliquid ei iuberetur. Arbor itaque illa non erat mala,
ſed appellata eſt ſcientiæ dignoscendi bonum & malum , qui-
ſi poſt prohiſionem ex illa homo ederet, in illa erat præce-
pti futura transgressio, in qua homo per experimentum po-
neſſe diſceret, quid intereſſet inter obedientiæ bonum, & inobe-
dientiæ malum. Proinde hoc non in figura dictum, ſed quod-
dam uere lignum accipendum eſt , cui non de fructu uel po-
mo quod inde naſceretur, ſed ex ipſa re nomē impositum eſt,
quæ illo contra uitum tacto fuerat ſecutura.

Cap. 13. Denique à peccante nihil aliud appetitum eſt, niſi
non eſſe ſub dominatione Dei , quando illud admiuſum eſt, in
quo ne admitteretur, ſola deberet iuſſio dominantis attendi.
Quæ ſi ſola attenderetur, quid aliud quām Dei uoluntas atten-
deretur, quid aliud quām dei uoluntas amaretur? quid aliud
quām dei uoluntas humanae uoluntati præponeretur? Domi-
nus quidem cur iuſſerit uiderit, faciēdum eſt à ſeruente quod
iuſſit, & tunc forte uidendum eſt à promerente cur iuſſerit.

Sapientiæ ſecundo: Quoniam Deus creauit homi-
nem inexterminabilem: & ad imaginem ſimilitudi-
nis ſuę fecit illum . Inuidia autē Diaboli mors introi-
uit in orbem terrarum. Imitant̄ autem illum qui ſunt
ex parte illius.

Augustinus in Enchiridio. Capite ciij.

Creatio Sic enim oportuit priuus hominem fieri, ut & bene uelle po-
ſet & male, nec gratis ſi bene, nec impune ſi male , poſteā ue-
minus Adæ roſic erit ut male uelle non poſſit, nec ideo libero carebit ar-
bitrio,

A D A E.

bitrio. Multo quippe liberius erit arbitrii, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque enim culpanda est uoluntas, aut uoluntas non est, aut libera dicenda non est: qua beati esse sic uolumus, ut esse miser non solum nolimus, sed nequaquam prorsus uelle possumus. Sicut enim nunc etiam anima nostra nolle infelicitatem, ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo praetermittendus non fuit in quo Deus uoluit ostendere, quod bonum sit animal rationale, quod etiam peccare posset, quamvis sit melius quod peccare non posset: sicut minor fuit immortalitas, sed tamen fuit in qua possit etiam mori, quis major futura sit in qua non possit mori.

Cap. 10. Illam natura humana perdidit per liberum arbitrii Adam im-
trium, hanc est acceptura per gratiam, quam fuerat si non pec- mortalita-
casset acceptura per meritum, quis sine gratia nec tunc ullum me- tem perdi-
ritum esse potuisset. Quia & si peccatum in solo libero erat arbitrii dit per libe-
trio constitutum, non tamen iustitiae retinendae sufficiebat liberum arbitrii
arbitrii, nisi participatione immutabilis boni diuinum au- trium.
xilium preberet. Sicut enim mori est in hominis potestate cum Comparatur
uelit, nemo est enim qui non seipsum (ut nihil aliud dicam) uelatio.
non uescendo possit occidere, ad uitam uero tenendam uoluntas
non satis est, si adiutoria siue alimento, siue quorumcumque
medicaminum desint: sic homo in paradyso ad se occidendum, re-
linquendo iustitiam idoneus erat per uoluntatem, ut aut ab eo te-
neretur uita iustitiae parum erat uelle, nisi ille qui cum fecerat
adiuaret. Sed post illam ruinam maior est misericordia Dei,
quando & ipsum liberum arbitrii liberandum est seruitute, cui
dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per seipsum, sed
per solam Dei gratiam, quae in fide Christi posita est libera est,
ut uoluntas ipsa, sicut scriptum est, a domino præparetur.

Quarto Esdræ quarto: Seminatum enim est ma-
lum, & necdum uenit destructio ipsius. Si ergo non
inuersum fuerit quod seminatum est, & discesserit
locus ubi seminatum est malum, non ueniet ubi se-
minatum est bonum. Quoniam gramen seminis ma-
li seminatum est in corde A D A M ab initio, & quan-
tum impietatis generauit usque nunc, & generat us-
que cum ueniat area? Aestima autem apud te gra-

8 D E L A P S V

men mali seminis, quantum fructum impietatis generavit, quando secatæ fuerint spicæ quarum non est numerus quam magnam aream incipient facere? Et respondi & dixi: Quomodo & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri? Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus. Nónne de his interrogauerunt animæ iustorum in promptuarijs suis dicentes, usquequo spero sic, & quādo ueniet fructus areæ mercedis nostræ? Et respondit angelus: Quādo fuerit impletus numerus seminum in uobis: quoniam in statera ponderauit seculum, & mensura mensurauit tempora, numero numerauit, & cætera.

Augustinus libro undecimo capite quarto de Genesi ad literam.

Cur Deus permisit hominem tentari. Si ergo queritur cur Deus tentare permisit hominem, quem tentatori consensurū esse præsciebat? altitudinem quippe consilij eius penetrare non possum, & longe supra uires meas hoc esse confiteor. Non mihi uidetur magnæ laudis futurum si se hominem, si propterea posset bene uiuere, quia nemo male uiuere suaderet: cum & in natura posse, et in potestate habeant uelle non consentire suadenti, adiuuante tamen illo, qui super bis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cur itaq; tentari eum finaret, quem consensurū esse ipse præsciebat, altitudine quidem consilij eius, cum id facturus esset propria uoluntate per culpam, & ordinandus esset illius equitate per poenam, ut etiā sic ostenderet animæ superbæ ad eruditionem futurorum sanctorum, quam recte ipse uteretur animarum uoluntatibus etiā malis, cum illæ peruersæ uterentur naturis bonis.

De præscientia. Cap. 9. Sed præsciebat quid eos factura esset uoluntas malæ: præsciebat sanè, & quia falli non potest eius præscientia, ideo non ipsius, sed eoz est mala uoluntas. Cur ergo eos creauit quos tales futuros esse præsciebat? Quia sicut preuidit quid mali essent facturi: sic etiam preuidit de malis factis eoz quid boni

boni ipse esset facturus. Sic enim eos fecit, ut eis relinqueret unde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligarent, illum laudabiliter de se operante inuenirent. A se quippe habent uoluntatem malam, ab illo autem & naturam bonam, & iustum pœnam sibi debitum locum, alijs exercitatio-
nis adminiculum, & timoris exemplum. Natura bona à Deo, uoluntas

Cap. 10 Sed posset inquit etiam ipsorum uoluntatem in bona mala à nonum conuertere, quoniam omnipotens est. Posset plane. Cur bis. ergo non fecit? Quia noluit. Cur noluerit penes ipsum est, de Rom. 12 beimus enim nos non plus sapere, quam oportet sapere.

Ecclesiastici decimo sexto : Misericordia enim & ira est cum illo: potens est exoratio & effundens iram secundum misericordiam suam: sic correctio illius hominem secundum opera sua iudicat, & cetera. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis illius.

Quarto Esdræ tertio : O dominator domine, tu dixisti ab initio quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figuratum manuum tuarum erat: & insufflasti in eum spiritum uitæ & factus est uiuens coram te: & adduxisti cum in Paradisum quem planauerat dextera tua antequam terra aduentauerat. Et huic mandasti diligere viam tuam, & præteriuit eam: & statim instituisti in eo mortem & in nationibus eius: & natæ sunt gentes & tribus & populi & cognationes quarum non est numerus. Et ambulauit unaquæque gens in uoluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua, & cetera.

Augustinus libro primo Retractionum capite uigesimo primo.

Nullius mortem Deus querit, quod sic accipiendū est, quia Deus non homo sibi acquisiuit mortem, deserens Deum, & acquirit qui uult mor-

tem pecca- non recurrit ad Deum, secundum quod scriptum est, Sapien-
toris. tiae primo: Deus mortem non fecit. Sed & illud non minus

Eccle. xi uerum est: Vita & mors à domino Deo est. Vita scilicet à do-
nante, mors à uindicante.

Eodem libro capite uigesimo sexto,

*Deus mali
autor non
est.*

Vtrum Deus mali autor non sit? Vbi uidendum est ne male
intelligatur quod dixi: Mali autor non est qui omnium quæ
sunt autor est: quia in quantum sunt, in tantum bona sunt. Et
ne hinc putetur non ab illo esse peccatum malorum, quæ utiq;
malum est his qui puniuntur. Malorum ergo pena, quæ à do-
mino deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei ope-
ribus est, quoniam iustum est ut mali puniantur, & utiq; bo-
num est omne quod iustum est.

Omnis homines præuari-

catores sunt per Adam.

Sapientia se primo:

SVm quidem & ego mortalis homo similis omni-
bus, & ex genere terreno illius qui prior factus
est, & in uentre matris figuratus sum caro: decem men-
sium tempore coagulatus sum, & cetera. Nemo enim
ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Vnus er-
go introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus.

In oratione Hieronymi Trenorum quinto: Patres
nostrí peccauerunt & non sunt: & nos iniquitates eo-
rum portauimus.

Esaiæ quadragesimotertio: Pater tuus primus pec-
cauit, & interpres tui præuaricati sunt in me.

Quarto Esdræ tertio: Cor enim malignum baiu-
ians primus Adam, transgressus & uictus est, sed &
omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanēs infir-
mitas, & lex cum corde populi cum malignitate ra-
dicis: & decessit quod bonum est, & mansit mali-
gnum.

Oleæ

Ose⁹ quinto: Ipsi autē sicut Adam transgressi sunt pactum meum: ibi præuaricati sunt in me.

Hieronymus super Oseam to. vi. Fo. xi.

Hoc est, in Paradiso omnes præuaricati sunt in me in simili tūdinem præuaricationis Adam. Non enim mirum si quod in parente præcessit, etiam in filiis condemnetur. Vide Tertullia num aduersus Marcionem libro secundo, folio centesimo octo gesimosecundo de lapsu primi hominis, & cetera.

Ad Romanos quinto: Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt, per unum I E S V M C H R I S T V M. Igitur sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: Ita per unius obditionem, iusti constituuntur multi.

Augustinus de uerbis domini sermo. xxxi.

Primus enim homo quando peccauit, folijs scilicet pudenda uelauit. Hæc uelauit unde nati sumus membra. Quæ enim ante peccatum fuerant glorianda, post peccatum pudenda sunt facta. Deniq; antea nudi erant & non confundebantur. Non enim erat unde erubescerent quando peccatum non præcesserat, nec poterant de sui creatoris operibus erubescere: quia operibus sui creatoris bonis, nullum adhuc malum opus suum miscuerant. Nondum enim manducauerant de ligno scientiæ boni & mali, unde manducare prohibiti erant. Postea ergo manducauerunt & peccauerunt, natum est de illis genus humandum, id est, homo de homine, obnoxius de debitore, mortalis de mortali, peccator de peccatore.

Agustinus ad Hilarium. Epist. lxxxix.

Quid est enim ex uno delicto in condemnationem, nisi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid est ex multis delictis in iustificationem? Nisi quia C H R I S T I gratia non solum illud omnia pec delictum

cata soluit. delictum soluit quo obstringuntur infantes, ex illo uno homi
Roma. ne procreati, sed etiam multa delicta, quæ cum creuerint ho-
Afsq; ba- mines addunt malis moribus suis. Tamen & illud unum, quo
ptismo. spi est obligata propago carnalis, quæ ab illo primo homine ori-
ritus nul- ginem ducit, sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est
lus saluat. superflius baptimus parvulorum, ut qui per generationem
illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem liberen-
tur. Et sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemna-
tione solvatur: sic non inuenitur homo, qui præter Christum spi-
ritualiter regeneretur.

Augusti, ad Dardanū. Epist. lvij.

Mors per Peccatum enim factum est relictō deo, iustitia non sit sine
Adā, uita deo, ac per hoc nec moreremur, nisi per carnalem propaginē
per Chri- de membris illius ueniremus: nec uiueremus, nisi per spiritua-
stum. lem connexionē membra Christi essemus. Inobedientia nan-
que concupiscentiæ quæ habitat in carne mortali, qua sit ut ea
dem etiam membra præter uoluntatis moueantur arbitrium,
ad eum modum redigitur, iustitia coniugali, ut licet copula-
ti parentibus generentur, quibus sit necessarium regenerari.

Christus Non tamen per huiusmodi conuentientiam maris & fœminæ,
ex uirgine uenire uoluit carnem suam Christus, sed ex uirgine, nihil tale
nasci uo- in eius conceptu concupiscente, similitudinem carnis peccati
luit. sumpfit ille pro nobis, qua caro peccati mundaretur in nobis.
Nemo enim nascitur nisi operante concupiscentia carnali, quæ
tracta est ex primo homine qui est Adam, & nemo renascitur
nisi operante gratia spiritali, quæ data est per secundum ho-
minem, qui est Christus.

Bernardus sermone in cæna domini.

Post ba- Sed forte querat aliquis & dicat: Si deletum est in baptismo
ptismū fo- quod contraximus a parentibus, cur adhuc manet cupiditatis
mes pecca- fomes, & uelut incentiuum quoddam peccati? Neq; enim du-
ti manet- bium quin a primis parentibus in nos traducatur sit ista lex.
in carne. Omnes siquidem in peccatrice uoluptate generamur, propte-
rea licet iniuti, illicitos quosdam moros coquimenteriarum &
tanquam bestiales sentimus. Dixi uobis sepius nec mente exci-
dere debet, quoniā in casu primi hominis cecidimus omnes.
Cecidimus autem super acerū lapidum, & in luto, unde non
solum inquinati, sed etiam vulnerati & grauiter quassati su-
misi.

mus. Lautari siquidem cito possumus, ad sanandum uero opus Lauari & sanari necessarium,

Sapientiae duodecimo : Semen enim erat maledictum ab initio, nec timēs aliquem ueniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi quid fecisti ? Aut quis stabit contra iudicium tuum ? Aut quis in conspectu tuo ueniet uindex iniquorum hominū ? Aut quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti ? Nec enim est alius deus quam tu, cui cura est, de omnibus, ut ostendas quoniam non iniuste iudicas iudiciū. Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. Cū ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque qui non debet puniri condemnas, & exterum aestimas à tua uirtute.

Esaiae quinquagesimo septimo: Nunquid non uos filii scelesti, semen mendax ?

Augusti. de uerbis Apostoli. sermo. iiiij.

Videte ergo fratres, uidere genus humanum, à prima illius Mors ex primi hominis morte defluxisse. Etenim peccatum à primo homine intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita defluxit. in omnes homines pertransiit. Pertransiit uerbum attendite, quod audistis considerate, uidete quid est pertransiit. Pertransiit, inde est parvulus reus, peccatum nōdum fecit, sed traxit. Etenim illud peccatum non in fonte mansit, sed pertransiit: Roma, s non in illum aut in illum sed in omnes homines pertransiit. Genuit peccatores morti obnoxios primus peccator, primus praeuicator. Venit ad sanandos de uirgine saluator, qui ad te non qua uenisti uenit. Non enim ille de concupiscentia maris & feminæ, non de illo uinculo concupiscentiæ. Quia ergo In peccatis non quā uenisti, ad te uenit, liberat te. Vbi tē inuenit? Venum datum sub peccato, iacentem in morte primi hominis, trahētem peccatum primi hominis, habētem reatum antequam habere possis arbitrium.

Quarto Esdræ sexto: Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nihil esse, & quoniam saliuat

affili-

assimilare sunt: quasi stillicidiū de vase similari abundantiam eorum. Et nunc domine, istae gentes quae in nihilum deputatae sunt cōperunt dominari nostri & deuorare: nos autem populus tuus, quem uocasti primogenitum, unigenitum, æmulatorē tuum traditū sumus in manibus eorum, & si propter nos creatum est seculum: quare non hæreditatem possidebimus cū seculo?

Septimo: Quando transgressus est Adam constitutions meas iudicatum est quod factum est. Et factū sunt introitus huius seculi angusti & dolentes & laboriosi, & cætera.

Romanorum septimo: Ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato.

Esaiae quinquagesimo secundo: Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini.

Augustinus sermo. de tēpo. dominica quarta post octauas Epiphaniæ:

Vis nosse causam uenditionis tue? Audi ipsum redemptorem, per Esaiam prophetam apertissime proclamantem: Ecce inquit nō est abbreviata manus domini, ut saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius ut non audiat, sed iniquitates uestræ diuiserūt inter uos & Deum uestrum, peccata uestra absconderūt faciem eius a uobis ne audiret. Quia ergo carnales

Maledictio prima nos fecit, & sp̄inis ac tribulis cōdemnauit illa prima Dei male dictio, nosq; ita iniquo pater noster commerito uenundedit, ut bonum quod uolumus, agere nequeamus, dum diuisi a memoria summi boni, ea quae humanæ fragilitatis sunt cogitare compellimur: dum puritatis amore flagrantes, incentiis naturalibus quae penitus ignorare uelimus, etiam iniuiti plerūq; compungimur. Et inde est quod beatus Apostolus dicit, cum

Oes sancti apertissime fateatur inuitabilis uel omnes sanctos peccati peccatores huius necessitate constrictos, tamen neminem eorum ob hoc

Roma. 8 esse damnandum audenter enuntiat dices: Nihil ergo damnatoris his qui sunt in CHRISTO IESY.

Idem

Idem libro de diffinitionibus ortho. fidei.

Nulus sanctus uel iustus caret peccato, nec tamen ex hoc de finit esse iustus uel sanctus, cum affectu teneat sanctitatē. Nō enim naturae humanae uiribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo ueraciter se oēs sancti pronuntiant peccatores, quia in ueritate habent quod plangent, & si non reprehensione conscientiae, certe mobilitate & inuicibilite præuaricaticis naturae.

Genesis tertio: Vedit igitur mulier quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulchrum in oculis, asperituq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, deditq; uiro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum.

Ecclesiastici uigesimoquinto: A muliere initū factum est peccati, & per illam omnes morimur.

Primo Timothei secundo: Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Origenes in Epistolam ad Romanos libro quinto capite quinto:

Et primo uideamus quomodo per unum hominē peccatum Roma. 5 introiuit in hunc mundum, & per peccati mors. Fortassis cīn Mulier pri requirat aliquis, si ante Adam mulier peccauit de qua dicit, mo peccata quia seducta in præuaricatione facta est, & rursum ante ipsam uit. peccauit serpens. Si ergo ante Adam mulier peccauit, & ante mulierē serpēs, ut dicit Apostolus, quia Adam nō est seductus mulier aut seducta est, quomodo per unum hominē, & nō magis per unam mulierē uidebitur introisse peccatum? A muliere Eccle. 25 enim initū peccati, & ante mulierē a serpente fuit a Diabolo, de quo dicitur in Euāgeliō, quia ille homicida erat ab initio. Iohan. 8 Sed uide in his Apostololum naturae ordinem tenuisse, & ideo Peccatum quoniā de peccato loquebatur, ex quo mors in oēs homines quare ab perpetrāferat, successionē posteritatis humanae, quae huic morti Apostolo succubuit ex peccato ueniēti, nō mulieri ascribit, sed uiro. Nō uiro ascri em ex muliere posteritas, sed ex uiro nominal, sicut & ipse in bitur. alij in locis dicit: Non enim est uir ex muliere, sed mulier ex 1.Cqr. 11 uiro, & iterum: Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir non ex mu-

ex muliere, sed per mulierem, & ob hoc mortalis posteritas,
& corporalis successio, uiro potius autori, & non mulieri deputatur. Sed ut adhuc euidentius fiat quod dicimus, addeamus

Heb. 7 et iam hoc quod idem Apostolus ad Hebreos scribit: Sed & Leui qui decimas accepit, decimatus est: Adhuc enim in lumbis erat patris Abraham, cum obuiauit ei Melchisedech regreso a cede regum. Si ergo Leui qui generatione quarta post Abraham nascitur, in lumbis Abrahæ esse perhibetur, multo magis oes homines qui in hoc mundo nascuntur & nati sunt, in lumbis erant. Adæ, cum adhuc esset in paradyso. Et omnes homines cum

Per Adam ipso, uel in ipso expulsi sunt de paradyso, cum ipse inde pulsus oes expulsi est, & per ipsum mors, quæ ei ex præuaricatione uenerat, consumus de sequentur & in eos pertransiunt, qui in lumbis eius habebatur, paradyso. & ideo recte Apostolus dicit: Sicut enim in Adam omnes mo-

1. Cor. 15 riuntur, ita & in Christo omnes uiuiscabuntur. Neque ergo ex serpente qui ante mulierem peccauerat, neq; ex muliere quæ ante uirum in præuaricatione facta est, sed per Adam ex quo omnes mortales originem ducunt, dicitur introisse peccatum, & per peccatum mors.

Ecclesiastici decimo octavo: Quid est homo, & quæ est gratia illius: & quid est bonum aut quid nequam illius: & cætera. Propter hoc patiens est dominus in illis: & effundet super illos misericordiam suam. Vedit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est: & cognovit subuersiōnē illorū quoniam nequam est. Ideo adimpleuit propiciationem suam in illis, & ostendit eis uiam & uitatis, & cætera.

Ecclesiastici quadragesimo: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, ad inuentiones, expectationis dies & finitionis ad preſidentem super se dem gloriosam, usq; ad humiliatum in terram & cinerem: ab eo qui utitur hyacintho & portat coronā,

usq;

usq; ad eum qui cooperitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis: iracundia perseverans, & cōtentio: & in tempore refectionis in cūbili somnus noctis immutat scientiam eius, & cætra. Ad hæc mors, sanguis, contentio & romphea, oppressiones, fames & contritio & flagella. Super ini- quos creata sunt hæc omnia.

Capite quadragesimo primo: O mors quam amara est memoria tua homini pacem habentii in substansiis suis: uiro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnibus, & adhuc ualenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & cætera. Noli metuere iudicium mortis.

Iob quarto: Nunquid homo Dei cōparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: & in angelis suis repredit prauitatem. Quantomagis hi qui habitat domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumētur uelut à tinea. De mane usq; ad uesperam succident, & quia nullus intelligit in æternum peribunt.

Idem decimoquinto: Quid est homo ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli nō sunt mundi in conspectu eius: quantomagis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.

Secundum Septuaginta: Nemo mundus à forde, neq; infans cuius est unius diei uita super terram.

Idem capite uigesimoquinto: Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quantomagis homo & putredo, & filius hominis uermis!

Psalmo decimotertio: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non b est usq;

est usque ad unum.

Esaie quinquagesimo tertio: Oes nos quasi oves eravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit dominus in eo iniuriam omnium nostrorum.

Idem sexagesimoquarto: Et facti sumus ut immūdi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiae nostræ.

Romanorum tertio: Est autē Deus uerax, omnis autem homo mendax.

Omnis enim peccauerunt & egent gloria Dei.

Ambrosius in apologia David. Capite decimo.

Roma. 3. Sit enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Ut iusti ficeris in sermonibus tuis. Sermones Dei pleni ueritatis sunt atq; iustitiae, ideoq; uera sunt quæ locutus est dominus de fragilitate humana, quia inclinatum est cor eorum ad nequitia, propendit ad fraudem, & quia definiuit, eo quod non sit homo qui non peccet. Omnes enim declinauerunt, & inutiles facti sunt, ideo uincit Deus cum iudicatur, quoniam prolapsione uniuersorum probauit quæcunq; de nostra iudicauit fallacia. Ergo si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem facimus Deum, sed impossibile est mentiri eum. Nos igitur omnes sub peccato esse manifestum est.

Bernardus sermone quinto de dedicatione.

Poenæ peccati quæ sint. Quid modo necesse est singulas uitæ huius miseras numerare, quam sit onerata peccatis, obfusa tenebris, irretita illecebribus, pruriens concupiscentijs, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum, in uitio omne proclivis, potestrem totius cōfusionis & ignominiae impleta. Nimirum si ipsæ quoq; iustitiae nostræ omnes ad lumen ueritatis inspectæ, uelut pannus menstruatæ inueniunt, iniustitiae deinceps quales

Esaie 64. reputabuntur? Si lumen quod in nobis est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Facile est cuicunque nostrum si sua melius uniuersa, & sine dissimulatione uestigere, & judicet sine acceptatione personæ, attestari per omnia Apostolicæ ueritati, & liberè proclaimare, qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se

Matth. 5. seducit. Quid est homo quia magnificas eum (ait fidelis & deuota

Galat. 6.

Job 7.

ta confessio) aut quid apponis erga eum cor tuum? Quid sine
 dubio, uanitati similis factus est homo, nihil est homo. Quo-
 modo tamē nihil penitus est, quem magnificat Deus? Quomo-
 do nihil, erga quem appositum est cor diuinum? Resipemus Homo quā
 fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde tum ad se
 Dei potest aliud latere de nobis. O pater misericordiarum, o nihil est.
 pater miserorum, quid apponis erga eos cor tuum? Scio, scio,
 ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quomodo ergo ni-
 hil sumus, si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non Esaia 40
 sint, sic sunt ante te, & tanquam nihilum, & inane reputabun-
 tur. Siquidē ante te, sed nō sic intra te. Sic in iudicio ueritatis
 tuæ, sed nō sic in affectu pietatis tuæ. Nimirū uocas ea quæ nō Roma 4
 sunt tanq; ea quæ sunt. Et nō sunt ergo, quia quæ nō sunt uo-Apud Deum
 cas, & sunt quia uocas. Licit em̄ non sint quantum ad se, apud homines
 te tamen sunt, utiq; iuxta Apostolū: Non ex operibus, sed ex aliquid
 uocante. Sic nimirū sic consolaris in tua pietate, quē in uerita-sunt.
 te tua humiliasti, ut magnifice dilates in tuis, qui merito an-Roma 9
 gustiatur in uisceribus suis. Siquidē uniuersæ uitæ tuæ miseri-Psalmus 24
 cordia & ueritas, requirentibus testamentū tuum & testimo-
 nia tua. Testamentū utiq; pietatis, & testimonia ueritatis. Le-
 ge homo in corde tuo, lege intra te ipsum, de te ipso testimo-
 nia ueritatis, etiā hac commuui luce iudicabis te indignū. Le-
 ge in corde tuo Dei testamentū, quod firmatum est sanguine Aliud spe
 mediatoris, & inuenies q; longe aliud spe possidere, q; re tene posside-
 re uideris. Quid est homo quia magnificas eū? Magnus utique mus, q; re
 sed in illo, siquidē magnificatus & ab illo. Aut quomodo non tenemus.
 magnus apud illum, cui tam magna cura est de illo? Ipsi em̄
 cura est de uobis ait Apostolus Petrus, & Propheta: Ego autē 1. Petri 5
 mendicus sum & pauper dominus sollicitus est mei. Psalmus 30

De liberatione a peccato ori- ginali. Et baptismo parvulorum.

Augustinus lib. ad Dardanum de præsentia Dei.
 Capite duodecimo & decimoterio.

Dicimus ergo in baptisatis parvulis q; quis id nesciant,
 habitare spiritum sanctum. Sic enim eum nesciunt,
 quamvis sit in eis, quemadmodum nesciunt & men-Spiritus
sanctus ha-
bitat in ba-
tem

ptisatis tem suam cuius in eis ratio qua uti nondū possunt, uel ut quæ
 paruulus. dam scintilla sopita est, excitanda ætatis accessu. Neq; hoc in
 paruulis mirum debet uideri, cum Apostolus quibusdam etiā
 i. Cor. 3. maioribus dicat: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus
 i. Cor. 2. Dei habitat in uobis? De qualibus paulo ante dixerat: Anima
 lis autē homo non percipit quæ sunt spiritus Dei, quos etiam
 paruulos uocat non carnis ætate, sed mentis. Non itaq; percí
 piebant cognitione spiritum sanctum qui habitat in eis, & ha
 bitante in se spiritu sancto, adhuc animales, nondum spiritu
 les erant, quia nondum poterant inhabitatorem suum spiri
 tum cognitione percipere. Habitare autem ideo & in talibus
 dicitur, quia in eis occulte agit, ut sint templum eius, idq; in
 proficiētibus & proficiēdo perseuerantibus perficit. Spe em
Ad Tit. 3. salui facti sumus, sicut Apostolus dicit, cū alio loco dicat: Sal
 uos nos fecit per Iauacrum regenerationis. Cum ergo hic di
 cat, saluos nos fecit, tanq; salus ipsa iam data sit, quemadmo
 spē rantiū
 salutati su
 mus. dum intelligendum sit, illic exponit ubi ait: Spe enim salui fa
 cti sumus. Spes autem quæ uidetur nō est spes. Quod enim ui
 dit quis, quid sperat? Si autem quod non uideamus, speramus,
 per patientiam expectamus. Multa itaq; dicuntur in scriptu
 ris, tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligatur. Vn
Johan. 15. de est & illud quod dominus discipulis ait: Omnia quæ audi
Johan. 16. ui à patre meo, nota feci uobis. Quod usq; adeo secundū spēm
 dictum est futurorum, ut eis postmodum dicat: Multa habeo
 uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Agit ergo in
 quibus mortalibus adhuc habitat, ipsam ædificationem habi
 taculi sui, quam non in ista sed in alia post hanc uitam perf
 cit, quando absorbebitur mors in uictoria, dicitur illi: Vbi est
i. Cor. 15. Quid est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tuus? Quid est autem
 mortis acu
 leus. mortis aculeus, nisi peccatum? Propter quod nūc etiam rena
 tiex aqua & spiritu, omnibusq; peccatis siue originis ex Adā
 in quo omnes peccauerunt, siue factorum, dictorum, cogita
 tionum nostrarum, in illius Iauaci mundatione deletis, ta
 men quia manemus in hac uita humana, quæ tentatio est su
Matth. 6. per terrā, merito dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Tunc
 utiq; perficietur in re, ubi nūc proficiendo ambulatur in spe.
 Et merito dicitur habitare in eis quos secundum propositum
Nora. uocatos, iustificandos, glorificandosq; suscepit, etiā anteq; in
 corpoream quæ ubiq; tota est ualeat eius nosse naturā, quant
 tum nos

tum nosse ex parte per speculum & in ænigmate ab homine Ex parte
in hac vita cum plurimū profecerit potest. Sunt enim in qui- cognoscie-
bus habitat multi tales, qualibus dicit Apostolus: Non potui mus.
uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanq; par-
uulis in Christo lac uobis potū dedi non escam. Nondum em̄ 1. Cor. 1
poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. His quidem etiam il-
lud dicit: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habi-
tat in uobis? Hos tales etiam si antequam perueniant ad spiri-
talem mentis ætatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo,
dies uitæ huius extremus inuenierit, perficiet in eis habitator Quicquid
illorum, quicquid hic intelligentiae minus haberunt, quoniā electis his
& ab unitate corporis Christi, qui nobis via factus est, & à tē deficit, in
pli societate non recesserunt. Vnde ut non recedant, regulam futuro per
fidei pusilli magnisq; communem in ecclesia perseveranter sicutur.
tenent, & in quod peruerterit, in eo ambulat, donec eis Deus
reuelet, si quid aliter sapiunt, cogitationes carnales non do-
gmatizant: quia non obdurant contētiosis defensionibus im-
inanendo, sed quodammodo ambulando, id est, profiendo
desudant, intelligentiae perspicuitatem impetrantes per fidei
pietatem.

Exodi uicesimotertio: Non ejiciam eos à facie tua
uno anno, ne terra in solitudinem redigatur, & cre-
scant cōtra te bestiæ. Paulatim expellā eos de conse-
ctu tuo donec augearis & possideas terrā, & cetera.

Deuteronomij septimo: Si dixeris in corde tuo,
plures sunt gentes istæ quam ego: quomodo potero
dele eos: noli metuere, sed recordare que fecerit do-
minus Deus tuus Pharaoni & cunctis Aegyptijs, pla-
gas maximas, quas uiderunt oculi tui, & signa atque
portēta, manumq; robustam & extētum brachium:
ut educeret te dominus Deus tuus & cetera. Dabitq;
dominus Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet il-
los donec penitus deleantur, & cetera.

Augustinus de nuptijs & concupiscentia ad Vale-
xium libro primo capite uigesimoquinto.

Siautem quæritur quomodo ista concupiscentia carnis ma- Con-

Scientia maneat in regenerato, in quo uniuersorum facta est remissio peccatorum, quandoquidem per ipsam seminatur, cum ipsa carnalis gignitur proles etiam baptisati: aut certe si in parente baptisato potest & esse peccatum, & non esse, cur eadem ipsa in prole peccatum sit? Ad hoc responderetur, diuiniti concupiscentiam carnis in baptismō, non ut sit, sed ut in peccatum nō imputetur.

In resurrectione per donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione prius ne interioris hominis de die in diem, cum exterior inducerit renouatur incorruptionem. Cuius uitiosis desiderijs ad illicita perpetranda, non obedire praeципimur, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficiētibus & continentibus, accedente etiam senectute multo maxime.

Iudicium sexto: Humiliatusq; est Israël ualde in conspectu Madian. Et clamauit ad dominū postulans auxilium cōtra Madianitas. Qui misit ad eos uirum prophetam, & locutus est. Hęc dicit dñs Deus Israël: ego uos feci concendere de Aegypto, & eduxi uos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorum & omnium inimicorū qui affligebant uos. Eieci eos ad introitum uestrū, & tradidi uobis terram eorū, & dixi: Ego dñs Deus uester, & cetera. Obscro mi dñe, si dominus nobiscū est: cur ergo apprehenderunt hęc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri, atq; dixerunt: de Aegypto eduxit nos dominus: Nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madian. Respexitq; ad eum dominus, & ait: Wade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian. Scito quod miserim te. Qui respondens ait: Obscro mi domine, in quo liberabo Israël: Ecce familia insīma est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Dixitq; dominus: Ego ero tecū, & percuties Madian quasi unum uirum.

Augu-

Augustinus in Epist. ad Ianuarium cxix.

An ignoratis quoniam quicunq; baptisati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptisati sumus. Conseptuli ergo illi Fide & spe sumus per baptismum in mortem. Vnde nisi fides Neque enim iam saluati sumus in nobis perfectum est, adhuc in nobis in ipsis ingemiscemus. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidimus speramus, per patientiam expectamus. Quod memento In ista uita saepe commemoremur, nec iam nunc in ista uita nos beatos fieri nullus tri debere arbitremur, & ab omnibus difficultatibus liberos, est beatus. ac sic in angustiis regni temporalium aduersus Deum ore sacri lego murmuramus, quasi non exhibeat quod promisit. Promisisti quidem huic uitæ necessaria. Sed alia sunt solatia miserorum, alia gaudia beatorum. Domine, inquit, secundum multitudinem Psalmo 93 dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ iucundaue runt animam meam. Non ergo murmuramus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis, de qua dicitur: Spe gaudentes, quia sequitur: In tribulatione patientes. Noua ergo uita in fide nunc inchoatur, & spe geritur. Conseptuli ergo illi sumus per baptismum in mortem. Ut quemadmodum Christus surrexit ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis, in carne uetus tatis, sed in fide nouitatis.

Augustinus ad Hieronymum. Epistola xxix.

Charitas est uirtus, qua id quod diligendum est diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima uero Plenissima quæ iam non potest augeri, quandiu hic homo uiuit est in necharitas inmine, quandiu autem augeri potest, profecto illud quod minime est nus est quod debet, ex uirio est. Ex quo uirio non est iustus in terra uiuente, ra qui faciat bonū & non peccet. Ex quo uirio non iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens. Propter quod uirij si dixerimus quia peccatum non habemus, nos in ipsis seducimus, & 1. Iohann. 1 ueritas in nobis non est. Propter quod etiam quantumlibet profecimus necessarium est nobis dicere: Dimitte nobis debita non obitis orant stra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissemus. Matth. 6. fa sint. Quis itaque recte uidet unde & quando & ubi speranda sit illa perfectio cui non sit quod adiungi potest?

Sapientiae nono: Corpus enim quod corruptitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

Deuteronomij duodecimo: Neq; enim usq; in praesens tempus uenisti ad requiem & possessionem quam dominus Deus uester datur⁹ est uobis. Trabsibitis Iordanem & habitabitis in terra quam dominus Deus uester daturus est uobis, ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum, & absq; ullo terrore habitetis in loco quem elegerit dominus Deus uester, ut sit nomine eius in eo, & cetera.

Augustinus prima quinquagena, Psalmo trigesimo octavo: Dixi custodiam uias meas. Versu.

Ecce ueteres posuisti dies meos. Veterascunt enim haec, ego nouos uolo, nouos nunquam ueterascentes, ut dicam uetera

2. Cor. 5 Multa ex transierunt, ecce facta sunt noua, nunc in spe, tunc in re. Innuati enim fide & spe, quanta adhuc uetera agimus. Non enim Adam ad huc portavimus, ut ex Adam iam nihil portemus. Vi de ueterascentem Adam, & innouari Christum in nobis. Et si exterior inquit homo noster corruptitur, sed interior renouatur de die in diem. Ergo ad peccatum, ad mortalitatem, ad præteruolati tempora, ad gemitum & laborem, & sudorem, ad ætates succedentes non manentes, ab infancia usq; ad senectutem, sine sensu transeuntes, ad haec attendentes: uideamus hic ueterem hominem, ueterem diem, uetus canticum, uetus testamentum. Conuersi autem ad interiore, ad ea quæ innouanda sunt pro his quæ immutabuntur, inueniamus hominem nouum, canticum nouum, testamentum nouum, & sic amemus istam nouitatem, ut non timeamus uetus statum. Nunc ergo in hoc cursu transimus a ueteribus ad noua, ipse transitus agitur cum corruptuntur exteriora, & innouantur interiora, donec etiam hoc ipsum quod exterius corruptitur reddat debitum naturæ, ueniat in mortem, renouetur & hoc in resurrectione, tunc fieri reuera omnia noua reliqua, quæ nunc sunt in spe. Agis ergo nunc aliquid a ueteribus te exuendo, & in noua currendo, In noua ergo currēs iste, & in ea quæ ante sunt

Vita ista transitus est
nouum, canticum nouum, testamentum nouum, & sic amemus istam nouitatem, ut non timeamus uetus statum. Nunc ergo in hoc cursu transimus a ueteribus ad noua, ipse transitus agitur cum corruptuntur exteriora, & innouantur interiora, donec etiam hoc ipsum quod exterius corruptitur reddat debitum naturæ, ueniat in mortem, renouetur & hoc in resurrectione, tunc fieri reuera omnia noua reliqua, quæ nunc sunt in spe. Agis ergo nunc aliquid a ueteribus te exuendo, & in noua currendo, In noua ergo currēs iste, & in ea quæ ante sunt

sunt extensus: Notum fac mihi, inquit, domine finem meum, Psalm. 38
 & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Ecce trahit adhuc Adam, ut sic festinet ad Christum. Ecce Fragilitas inquit, ueteres posuisti dies meos. Veteres dies ex Adam, uete nostra ad res illos posuisti, ueterascunt quotidie, & sic ueterascunt, ut alii Deum festinare cogit quando etiam consumentur.

Hieronymus in Commentaria super illud Esaiae iiiij.

Cum abluerit dominus frides filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu Duplex est combustionis. De quo iudicij spiritu, & spiritu combustionis, baptismus Iohannes Baptista in Euangelio loquebatur: Ego baptizo uos Matth. 3 in aqua, qui autem post me uenit, ipse uos baptisabit in spiritu & igne. Ex quo discimus, quod homo tantum aquam trahit, Deus autem spiritum sanctum, quo frides abluuntur, & sanguinis peccata purgantur.

Iob nono: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ manus meæ: Tamen frides intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea.

Hieremiæ quarto: Circuncidimini domino & austeræ præputia cordium uestrorum uiri Iuda, & habitatores Hierusalem: ne forte aggrediatur ut ignis indignatio mea & succendat, & non sit qui extinguat.

Hieronymus libro Commentario ad Galatas.

Si igitur qui in Christo baptisati sunt Christum induerunt, Galat.: manifestum est eos qui non sunt induiti Christum, non fuisse Coloss.; baptisatos in Christo. Ad eos em qui fideles & baptismus Christi consecuti putabantur dictum est: Induite uos dominum Iesum Christum; Si quis hoc corporeum, & quod oculis carnis aspicitur, aquæ tantum accipit lauacrum, non est induitus dominum Iesum Christum. Nam & si Simon ille in Actibus Apostolorum accepérat lauacrum aquæ, uerum quia spiritum sanctum non habebat, induitus non erat Christum.

Iob tricesimo sexto: Cauē ne declines ad iniuriam: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.

Deuteronomij uicesimotertio: Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut

promisisti domino Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo locutus es.

Augustinus libro quinginta homeliarum Homilia decima.

Ephe. 5
De homi-
num misé-
ria & ma-
litia.

Videte quomodo caute ambuletis, non ut insipientes, sed uz sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ergo dies malos due res faciunt: Miseria hominū, & malitia. Sed miseria hominum communis est, non debet malitia esse communis. Ex quo enim de peccato Adam omnes miserati sumus, communis est miseria. Sed contra generationem quae nos miseris fecit prouidit Deus regenerationem, unde nos a miseria liberaret. Generatio mittit in miseriā, regeneratio designat ad beatitudinem. Non enim quia dixi regeneratio liberat a miseria, iam nos continuo ut regenerati sumus, beati essemus. Si mox regenerati, iam beati essemus, & dies bonos ageremus, non nobis Apostolus diceret, qui iam regeneratis & fidelibus loquitur: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, & regenerati dies malos dicimus, quousque finiatur poena mortalitatis, & succedit gratia summæ felicitatis.

Genesis tertio: Inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuum & semē illius. Ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

Secundo Regum septimo: Quis ego sum domine Deus, & quae domus mea quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum uisum est in conspectu tuo domine Deus: nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum. Ista est enim lex Adam dñe Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid ut loquatur ad te? Tu enim scis seruum tuum domine Deus. Propter uerbum tuum & secundum cor tuum fecisti omnia magnalia haec, ita ut notum faceres seruo tuo. Iccirco magnificatus es domine Deus, quia non est similis tui: neque est Deus extra te in omnibus quae audiimus auribus nostris. Quae est autem ut populus tuus Israël gens in ter-

ta, propter quam iuit Deus, ut redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, & cætera.

Ammbroſius ad Demetriadem. Epistola ultima.

Sed quia filius Dei uenit, ut solueret opera diaboli, & ut quereret ac salvaret quod perierat, manifestū est omnes in Adam damnationi obnoxios esse nascendo, nisi in Christo liberati fuerint renascendo. Vnde uigilanter in nobis considerandum est, in ipso regenerationis munere quid geratur. Quamuis enim ad unum cōcurrant omnes eiusdem mysterij portiones, aliud tamen est quod uisibiliter agitur, aliud quod inuisibiliter celebatur. Nec idem in sacramento forma, quod uirtus, cum formā aliud in humani ministerij adhibeatur obsequio, uirtus autem per uisibiliter diuini operis præstetur effectum. Ad cuius utiq; potentia refe aliud inuisibiliter agitur. De impijs iusti, de captiuis liberi, de filijs hominum sunt filii DEI.

Idem Ambroſius in Lucam capite tertio.

Nam cum ex durabus naturis homo, id est, ex anima constitut & corpore, uisibile per uisibile, inuisibile per inuisibile mysterium consecratur. Aqua enim corpus abluitur, spiritu anime delicta mundantur. Aliud agimus, aliud inuocamus. Licit aqua & terra in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. Nō em aqua spiritus, omnis ablutio est, sed hæc inter se diuisa esse non possunt. Et ideo aliud fuit baptisma poenitentia, aliud gratia est. Istud ex utroque, illud ex uno. Nam cum communia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoq; debet esse communis.

Augusti, Bonifacio episcopo. Epistola xxij.

Quæris à me utrum parētes baptisatis paruulis suis noceat, cum eos dæmoniorū sacrificiis sanare conantur. Et si non nocent, quomodo eis profit cum baptisantur parentū fides, quo parentum eis nō potest obesse perfidia. Vbi respōdeo tantam illius baptisatis sacramenti, hoc est, baptismi salutaris, esse uirtutem in sanctis prodest, compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorū carnalem uoluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorū spiritualem uoluntatē, deinceps non possit uinculo alienae iniuritatis obstringi, cui nulla sua uoluptate cōsentit. Et anima

Ezech. 18 enim pater meus est, inquit, & anima filii mea est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino nesciēti, uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuēs, id est, altera anima de qua diceretur: Et anima patris mea est, & anima filii mea est. Iam itaq; cum homo in seipso est, ab eo

Peccatum al. qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua consensione terius nul- non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia unus erat cū illo & in illo à quo traxit, quando quod traxit admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoq; pro-

Vno spiri- tui omnes regenera- mur.

Iohan. 3: uel ministrantium uoluntate aut fide: Sed nisi quis renatus fue-

Nota. rit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacra- mentum gratiæ, & spiritus operans intrinsecus beneficium gra- tiæ, soluens iunctum culpe, reconcilians bonum naturæ, re- generat hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum.

Spūs com- munis in omnibus regenerat. Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus, & paruu- lo oblato renatoq; communis est. Ideo per hanc societatem unius eiusdemq; spiritus prodest offerentium uoluntas paruu- lo oblato. Quando autem in parvulum maiores peccant, offre- rentes eum atq; obligare conantes dæmonum sacrilegis iunculis, non est anima utrorunque communis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur cul- pa per alterius uoluntatē, quemadmodum communicat gratiæ per sancti spiritus unitatem. Non autem potest spiritus ho- minis esse & huius & illius, per quem peccante altero, & alte- ro non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc po- test parvulus semel ex parentum carne generatus, Dei spiritu regenerari, ut & illius obligatio contracta soluatur. Spiritus autem ille sanctus qui habitat in sanctis, ex quibus una columba deargētata charitatis igne conflatur, agit quod agit etiam per seruitutem, aliquādo non solum simpliciter ignoratiū, uerum etiam damnabiliter indignorum. Offerunt quippe par- vuli ad percipiendum spiritualē gratiam, non tam ab eis quo- rūni

Sacra- men- ta etiā in- digni mi- nistrant.

Yum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis, si & ipsi boni fi-
deles sunt, quam ab uniuersa societate sanctorum atq; fideliū.
Ab omnibus namq; offerri recte intelliguntur, quibus placet
quod offeruntur, & quorum sancta atq; individua charitate
ad communionem sancti spiritus adiuuantur. Tota ergo
hoc mater ecclesia quae in sanctis est facit, quia tota omnes to-
ta singulos parit. Quod baptisimus extra ecclesiam susceptus ne-
mini prodest, uide Augustinum to. 3. pagina 160. c. & 165. b. c.

Ecclesiastici .icesimoquinto: Et dominus nō elon-
gabit, sed iudicabit iustos & faciet iudicium: & fortis-
simus non habebit in illis patientiam ut contribulet
dorsum ipsorum: & gētibus reddet vindictam donec
tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquo-
rum contribulet: donec reddat hominibus secundum
actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum pre-
sumptionem illius: donec iudicet iudicium plebis sūg,
& oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa miseri-
cordia Dei in tempore tribulationis quasi nubes plu-
uiæ in tempore siccitatis.

Augustinus in Enchiridi. capite tricesimotertio.

Tenebatur itaq; iusta damnatione genus humanum, & oēs Psalm. 89
erant filii iræ, de qua ita scriptum est: Quoniā omnes dies no- Oēs pecca-
tri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut atra tores nasci
nea meditabuntur. De qua ira dicit etiam Iob: Homo enim na mur.
tus ex muliere, breuis uita & plenus iræ. De qua ira dicit etiā Iob 15
dominus Iesus: Qui credit in filium, habet uitam æternam, qui Iohan. 8
autem non credit in filium, non habet uitam æternam, sed ira
Dei manet super eum. Nō ait ueniet, sed manet super eū. Cum
hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit Aposto
lus: Fuimus enim & nos natura filii iræ sicut & cæteri. In hac Ephe. 2
ira cum essent homines per originale peccatum, & tanto gra Mediator
uiss & perniciosius, quanto maiora & plura addiderunt, ne re opus ha
cessarius erat mediator, hoc est, reconciliator, qui hanc iram sa bebamus.
criticū singularis (cuius erant umbræ omnia sacrificia legis &
prophetarū) oblatione placaret. Vnde dicit Apostolus: Si em̄ Rom. 15
cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij
eius,

DE LAPS V

38

Ira Dei inus ab ira per ipsum. Cum autem Deus irasci dicitur, nō eius
qua est significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis homi-
nis, sed ex humanis motibus trāslato uocabulo, vindicta eius
Roma.8 qua non nisi iusta est, irae nomen accepit. Quod ergo per me-
diatorem recōciliamur Deo, & accipimus spiritum sanctum,
ut ex inimicis efficiamur filii: quotquot enim spiritu Dei agun-
tur, hi filii sunt Dei: hæc est gratia dei per I E S V M C H R I-
S T V M dominum nostrum.

Lactantius libro de ira Dei, capite primo.

Nec tamen nos tam arrogantes sumus, ut comprehensam
nostro ingenio ueritatem gloriemur: sed doctrinā Dei squiri-
mur, qui scire solus potest, & reuelare secreta. Cuius doctrinę
philosophi expertes existimauerūt naturam rerum omnium
conjectura posse deprehendi. Quod nequaq̄ fieri potest, quia
mens hominis tenebrioso corporis domicilio circūsepta, lon-
ge à Dei perspective summota est. Et hoc differt ab humani-
tate diuinitas, quod humanitatis est ignoratio, diuinitatis sciē-
tia. Vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras
quibus offusa est hominis cogitatio: quoniam in carne morta-
li agentes, nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen au-
tem mentis humanę Deus est: quē qui cognouerit, & in pectus
admisserit, illuminato corde mysteriū ueritatis agnoscer. Re-
moro aut̄ Deo, cœlesti⁹ doctrina, oia erroribus plena sunt.

Prima Corinthiorū decimoquinto: Factus est pri-
mus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus
Adam in spiritum uiuificantem. Sed non prius quod
spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale.
Primus homo de terra terrenus, secundus homo de
cœlo cœlestis.

Augustinus libro sexto, capite decimonono de Ge-
nesi ad literam.

Corpus Solet item quæri, utrum animale corpus homini formatū
Adæ ante peccatum sit ē limo, quale nunc habemus, an spirituale quale resurgen-
tes habebimus? Quanquam enim hoc in illud mutabitur, semi-
quale fuit. natur ēm corpus animale, surget corpus spirituale, tamen quid
prius homini factum sit, ideo discepitur, quia si animale fa-
ctum

Etum est, nō hoc recipiemus, quod in illo perdidimus, sed tan
to melius, quanto spirale animali p̄eponendum est, quan
do erimus æquales Angelis Dei.

Cap. 24 Renouabimur ergo à uetustate peccati, non in pri In quo cor
sinum corpus animale in quo fuit Adam, sed in melius, id est p̄ore ren
in corpus spiritale cum efficiemur æquales Angelis Dei, apti uabimur.
ælesti habitationi, ubi esca quæ corrumpitur non egemus.
Renouabimur ergo spiritu mentis nostræ secundum imagin
hem cuius qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. Re
nouabimur autem etiā carne, cum hoc corruptile induit in
corruptionem, ut sit spiritale corpus, in quod secundum muta
tus, sed mutatus erat Adam, nisi mortem etiam corporis ani
malis peccando meruisset.

Cap. 25 Illud quippe ante peccatum, & mortale secundum Corpus
aliam, & immortale secundum aliam causam dici poterat: Id Adæ ante
est mortale, quia mori poterat: Immortale quippe, quia pote peccatum di
rat non mori. Aliud est enim non posse mori, sicut quædam naturæ ci poterat
turæ immortales creauit Deus: Aliud est autem posse nō mori, mortale
secundum quem modum primus creatus est homo immortalis, uel immor
quod ei præstabatur de ligno uitæ, non de constitutione na
ture, à quo ligno separatus est cum peccasset, ut posset mori
qui nisi peccasset, posset nō mori. Mortalis ergo erat conditio
ne corporis animalis, immortalis autem beneficio cōditoris. Si
enim corpus animale, utiq; mortale, quia & mori poterat, quis
& immortale ideo, quia & non mori poterat.

Cap. 27 In hoc ergo renouamur secundum id quod amisit
Adam, id est, secundum spiritum mentis nostræ. Secundum au
tem corpus quod seminatur animale & resurget spiritale, in Roma. 6
melius renouabimur, quod nondum fuit in Adam. Dicit item Ephe. 4
Apostolus: Expoliates uos ueterem hominem cum actibus suis,
induite nouum qui renouat in agnitione Dei, secundum imaginem
enī qui creauit eū. Hanc imaginem in spiritu mentis impressam Imago dei
perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iustificationis perdi
tiae: Non spiritale atq; immortale corpus, in q̄ ille nondum fuit, dit Adam
& in q̄ erunt oēs sancti resurgentēs a mortuis. Hoc enim primum
est illius meriti quod amisit: Proinde illa stola prima, aut ipsa
iustitia est unde lapsus est, aut si inducentum corporalis im
mortalitatis significat, etiam hanc ille sic amisit, cum propter
peccatum ad eam peruenire nō potuit. Dicitur etiam & ami
sisse

sisse uxorem, & amisisse honorem, qui speratum non accep-
rit, illo à quo sperabat offensio.

Augustinus libro secundo capite octauo de Gene-
si contra Manicheos.

Nondum spiritalem hominem debemus intelligere, qui fa-
ctus est in animam uiuentem, sed adhuc animaliem. Tunc enī
spiritualis effectus est, cum in paradiſo, hoc est, in beata uita cō-
stitutus, prēceptū etiam perfectionis accepit, ut uerbo Dei con-

Prius id
quod ani-
male, dein
de id quod
spiritale.

summaretur. Itaq; postquā peccauit, recedens à prēcepto Dei,
& dimissus est à paradiſo, in eo remansit ut animalis esset. Et
ideo animalē hominē prius agimus omnes de illo, qui post
peccatum nati sumus, donec aſſequamur spiritalem Adam, id
est, dominum nostrum Iesum Chrifum, qui peccatum non fe-
cit, & ab illo recreati & uiuificati restituamur in paradiſum.

De praedestinatione, vocatio- ne, iustificatione, & Glorificatione.

Romanorum octauo:

SI C I M V S A V T E M Q V O N I A M D I-
ligentibus Deum, omnia cooperantur in bo-
num, his qui ſecūdum propositum uocati ſunt
sancti. Nam quos præſciuit & prædestinavit
conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe pri-
mogenitus in multis fratribus, quos autem prædeſti-
nauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iuſtifica-
uit, quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.

Ephesiorum primo: Benedictus Deus & pater do-
mini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni
benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, ſicut
elegit nos in ipſo ante constitutionem mundi, ut eſſe
mus sancti & immaculati in conspectu eius in chari-
tate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum
per Iesum Christum in iplsum, ſecundum propositum
uolun-

DE PRAEDESTINATIONE

33

uoluntatis suæ, in laudem glorię gratię suę, in quam
gratificauit nos, in dilecto filio suo, in quo habemus
redemptionem per sanguinem eius, & cætera.

Augustinus libro de prædestinatione sanctorum,
capite decimo.

Inter prædestinationem & gratiam hoc tatum interest, qd Prædesti-
prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia uero iam est ipsa natio &
donatio. Prædestinatio est, quæ sine præscientia esse non posse gratia q-
test, potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Præ- modo dis-
destinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturæ
fuerunt. Præscire autem potens est etiam quæ ipse non fecit, sicut
quæcunque peccata, quia & sunt quedam quæ ita peccata sunt,
ut pœnæ etiam sint peccatorum. Vnde dictum est: Tradidit Rom. 3
Deus illos in reprobam mentem, ut faciant quæ non conue-
niunt, non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Quocirca præde-
stinatio Dei quæ in bono est, gratiæ est præparatio, gratia ue-
ro est ipsius prædestinationis effectus.

Hieronymus libro commētiorum in Epistolam
ad Ephesios, capite primo.

Inter prædestinationem autem & propositum, hi qui solēt Prædesti-
inter uerba discutere, hoc asserunt interesse, quod prædestina natio &
tio alicuius rei multo ante in mente eius qui destinet, quid fu propositū,
turum sit præfigurēt. Propositum autem, cum iam uicina sit
machinatio, & penè cogitationem sequatur effectus.

Fulgentius libro primo ad Monimum.

Nec enim alia est eius prædestinatio, nisi futuorū operum
eius æterna præparatio.

Augustinus in Soliloquijs, capite xxvij.

Omnis autem nos quasi pannus menstruatæ, de massa cor-
rupta & immunda uenientes, maculam immundiciæ nostræ
(quam cælare saltem tibi qui omnia uides non possumus) in
frontibus portamus, quare mundi esse non possumus, nisi tu
mundaueris, qui solus es mundus. Mundas autem de nobis fi- Prædesti-
lijs hominum eos, in quibus tibi cōplacuit habitare, quos ab nati à Deo
inaccessibilibus profundis secretis iudiciorum incomprehensi mundant.
bilium sapientiæ tuæ, semper iustorum, licet occultorum, sine
eorum meritis prædestinasti ante mundum, uocasti de mōdo,

iustificari in mundo, & magnificas eos post mundum. Non omni bus autem hoc facis, quod admirantur tabescentes omnes sa pientes terræ. Et ego domine hoc considerans expauesco, & obstupesto de altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ tuæ.

Roma. ad quam ego non pertingo, & incomprehensibilia iudicia iustitiae tuæ, quoniæ ex eodæ luto alia quidæ facis uasa in honorem, alia uero in contumeliam sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, tur in bonum, effundens super eos aquam mundam, quorum nomina numerumq; tu nosti, qui nequaquam possunt perire, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata. Cum enim cadunt non colliduntur, quia tu supponis manum tuam, custodiens omnia ossa eorum, ut unum ex eis non conteratur. Attamen mors peccatorum pessima: illorum inquam, quos antequam faceres cœlum & terram, secundum abyssum multam iudicio

Malis oīrum tuorum occulorum, semper autem iustorum præsciu sti ad mortem æternam, quorum dinumeratio nominum & meritorum prauorum apud te est, qui numerum arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundum abyssi, quos reliquisti in immunditijs suis omnia cooperatur in malum, & ipsa etiæ oratio uertitur in peccatum, ut si etiam usq; ad cœlos ascende rint, & inter sidera cœli collocauerint nidum suum, quasi ster quilinium in fine perdentur.

Primo Regum decimoquinto: Porro trium pha tor in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neq; enim homo est ut agat pœnitentiam, & cetera. Capite decimosexto. Usquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eum ne regnet super Israël?

Esaiæ quadragesimo: Deus sempiternus dñs, qui creauit terminos terræ, non deficiet neq; laborabit: neque est inuestigatio sapientiæ eius.

Iob tricesimotertio: Semel loquitur Deus, & secū do id ipsum non repetit.

Malachiaæ decimotertio: Ego em dominus & non mutor.

Numeri uicesimotertio: Non est Deus quasi ho mo ut

mo ut mētiatur:nec ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo & non faciet: Locutus est & non implebit.

Primo Regum tertio: Iccirco iurauit dominus Heli, quod non expiatur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usq; in æternum, & cætera. Et respondebit Heli: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat, & cætera.

Romanorum undecimo: Sine pœnitentia eñ sunt dona & uocatio Dei.

O altitudo diuinitarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius: quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum.

Augustinus ad Paulinum Epistola quinquagesima nona.

Sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei. Vides certe illos Immutabili significari, qui pertinent ad numerum prædestinatorum. De qui lia sunt do bus alio loco dicit: Scimus quoniā diligentibus Deum omnia na Dei. cooperantur in bonū his qui secundū propositum uocati sunt Matth. 20 sancti. Multi eñ sunt uocati, pauci uero electi. Qui uero electi, ipsi secundum propositum uocati, in quibus Dei præscientia proculdubio falli non potest. Hos præsciuit & prædestina Prædestinat cōformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis nationibus fratribus. Quos prædestinavit, hos & uocauit. Hæc uocatio cessitat. Secundum propositum est, hæc est sine pœnitentia. Quos autem Roma. 8 uocauit, illos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Si Deus pro nobis quis contra nos? Non sunt in Non perseista uocatione, qui in fide quæ per dilectionem operatur, etiā uerates usq; aliquantulum ambulant, non perseverant usque in finem. que in fine Et utiq; potuerunt rapi, ne malitia mutaret intellectum eorum, non sunt si ad illam prædestinationem & uocationem quæ secundum prædestinata propositum & sine pœnitentia est pertinerent. At ne quis tibi. quam præsumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat, ideo

non rapti sunt ex hac uita anteq; essent fidei desertores, quia in eadem uita non fideliter ambulabant, & hoc in eorum cordibus nouerat dominus, quamuis hominib; aliter apparereret, quid dicturus est de infantulis parvulis, qui pleriq; accepto in illa ætate Christianæ gratiæ sacramento, cum sine dubio pertineret ad uitam eternam regnumq; cœlorum, si continuo ex hac uita migrarent, sinuntur crescere, & nonnulli etiam apostolæ fiunt, unde? Nisi quia non pertinent ad illam prædestinationem & secundum propositum, ac sine penitentia uocationem. Cur autem alij ad eam pertineant, alij non pertineant,

Vnde qui-
dam apo-
statæ fiūt.

Occulta
opera Dei
iudicia
quare uo-
tantur.

occulta causa esse potest, iniusta non potest. Nunquid enim iniustas apud Deum? Absit. Nam & hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorum, quam mirans Paulus, tanquam expauit Apostolus: O altitudo diuinarum, & cetera. Ideo quippe illa iudicia uocat, ne quisquam talia fieri putet, siue iniquitate siue temeritate facientis, siue casu & fortuito labentibus ullis partibus iam dispositorum sub tanta sapientia Dei seculorum.

Exodi trigesimotertio: Miserebor cui uoluerō, & clemens ero in quem mihi placuerit, & cetera. Inuenisti enim gratiam coram me: & te ipsum noui ex nomine.

Genesis quarto: Et respexit dñs ad Abel & ad munera eius: ad Caim autem & ad munera eius non respexit.

Exodisecundo: Et respexit dominus filios Israël, & liberauit eos.

Lucæ primo: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Lucæ uicesimosecundo: Et conuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixerat.

Deuteronomij uicesimosexto: Afflixerunt nos Aegypti & persecuti sunt, imponentes onera grauissima: & clamauiimus ad dominum Deum patrum nostrorum

DE PRAEDESTINATIONE. 37

strorum qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustiam: Et eduxit nos de Aegypto in manu fortis, & cetera.

Genesis decimo sexto: Vocavit autem Agar nomine domini qui loquebat ad eam: tu Deus qui uidisti me. Dixit enim profecto: Hic uidit posteriora uidentis me: propterea appellauit puerum illum, puerum uiuentis & uidentis, & cetera.

Secundo Regum uicesimosecundo: Praevenit me in die afflictionis meae: & factus est dominus firmamentum meum: & eduxit me in latitudinem, liberavit me, quia complacui ei, & cetera.

Genesis uicesimosecundo: Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi uictimam holocausti fili mi, & cetera. Appellauitque nomen loci illius, dominus uidet. Vnde usque hodie dicitur: in monte dominus uidebit, & cetera.

Lucæ primo. Elizabeth dixit: Quia sicut fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Lucæ quinto: Vidit publicanum nomine Leui sedentem ad teloneum, & ait illi: sequere me.

Romanorum nono: Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem Malach. et odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cui Exodii misertus sum, & misericordiam praestabo cui miserere. Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum

ipsum excitaui te : ut ostendam in te uirtutem meam
 & ut annuntietur nomen meum in uniuersa terra.
 Ergo cui uult miseretur & quem uult indurat . Dicis
 itaq; mihi : Quid adhuc queritur . Voluntati enim eius
 quis resistit? O homo tu quis es qui respondeas Deo?
 Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit , quid me fe-
 cisti sic? An non habet potestatem figulus lutti, ex ea-
 dem massa facere , aliud quidē uas in honorem, aliud
 uero in contumeliam?

Osee secundo : Vocabo non plebem meam , ple-
 bem meam: non dilectam, dilectam: et non misericor-
 diam consecutam, misericordiam consecutam.

Augustinus libro de prædestinatione & gratia: ca-
 pite tertio.

Materia Si cui uult miseretur , & quē uult indurat , quid adhuc que-
 prædestina ritur? Voluntati enim eius quis resistet ? Nouerit hac plus nos
 tiois ad hu ad humilitatem ac pietatem cogi atq; arcta sententia. Quum
 militatem enim totum ad Deum referēs , humanis uiribus neget doctor
 nos cogit. amplissimus , quid aliud q̄ in Deum toto corde suspensi , ab eo
 salutis auxilium postulemus , hortatur? Quē ergo mouet hæc
 in diuinæ gratie dispensatione diuersitas , & iniustum putat ,
 negari alteri , quod alter acceperit , intelligat quemadmodum

Psalm. 24 diuinitus dixerit Psalmista: Vniuersæ uie domini misericordia
 Vie dñi mi & ueritas, atq; ignoscat tali Deū agitare res humanas iudicio,
 sericordia ut debitas pœnas aut iuste reddat aut misericorditer donet.
 & ueritas. Vitiatae enim radicis macula , ita propaginis traduce per ge-
 Nec infans nerationum sarmenta diffusa est, ut nec infans quidem unius
 unius diei diei à culpa sit primæ præuaricationis alienus, nisi per indebi-
 immunis à ram saluatoris gratiā fuerit liberatus. Quod si nec hic sine pec-
 peccato. cato est, qui propriū habere nō potuit, cōficitur ut illud traxe

Roma. 7 rit alienum, de quo dicit Apostolus: Per unum hominem pec-
 catum intravit in mundum , & per peccatum mors , & ita in
 omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt . Quod qui ne-
 gat, negat profecto primum nos esse mortales. Si enim ut di-
 cit Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mun-
 dum, & per peccatum mors: mors intrare non potuit, nisi in-
 grante

DE PRAEDESTINATIONE.

39

krante peccato. Et quoniam mors nō naturæ conditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse est poena peccatum. Si ergo, ut apparuit, de prævaricatoris semine omnes nascimur debitores, quoniam in Adam omnes peccaverūt, & ipsa iam in principio unde descendimus massa damnata est, nullus de durtia sua, nullus de pena sua conqueri audeat, quæ etiam non existentibus peccatis proprijs, sola nascendi conditione debetur. Quod uero Deus alijs gratuita uocatione cōuersis misericordiam largit indebitā, nō ad dispēsatoris iniustitiā, sed ad dona tis misericordissimā & largitatē, ueritatis ratiōe referendū est. * Alias libertatem.

Augustinus in Ench. capite xcviij.

Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum uoluntates quas uoluerit, quando uoluerit, ubi uoluerit. Dei regulam omnium.
 in bonum non posse conuertere? Sed cum facit, per misericordiam facit, cum autem non facit, per iudicium non facit. Quoniam cuius uult miseretur, & quæ uult indurat. Quod cum diceret Apostolus, gratiā commendabat. Ad cuius commendationem, de illis in Rebeccæ utero geminis fuerat iam locutus: quibus nondii natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, ut secundum electionem propositū Dei maneret, nō ex operibus, sed ex uocante dictum est ei: quia maior seruiet minori. Propter quod adhibuit alterū propheticū testimoniū ubi scriptū est: Iacob dilexi, Esau aut̄ odio habui. Sentiēs autem quemadmodum posset hoc quod dictū est permouere eos qui penetra re intelligēdo non possunt hanc altius uideat gratiā. Quid ergo dicemus ait? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Iniquū enim uidetur, ut sine ulla boñorū malorumque operum meritis, unum Deus diligat, odiatq; alterū. Qua in re si futura opera non reuera uel bona huius uel mala illius, quæ Deus utiq; præsciebat, spicit Deus uellet intelligi, nequaq; diceret, nō ex operibus, sed ex futuris operibus, eoq; modo istam solueret quæstionē: immo nullā quā solui opus esset faceret quæstionē. Nunc uero cum respondisset, absit, id est, absit ut sit iniquitas apud Deū, mox ut probaret nulla hoc iniquitate Dei fieri, inquit Moysi em dicit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiā præstabō, cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens Deum iniquum putet, siue iudicium pœnale ingerat digno, siue misericordiā præsteret indignos. Deniq; infert & dicit: Igitur non uolentis neque cur Roma. 9 Roma. 9

rentis sed miserentis est Dei. Ambo itaq; gemini, natura filii
Ex origi- iræ nascebantur, nullis quidem operibus proprijs, sed originæ
 ne dñati liter Adam uinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit, mi-
 ex gratia serebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui mise-
 saluati su- ricors fvero, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau
 enus. autem odio habuit, per iudicium debitum. Quod cum debere
 tur ambobus, in altero alter agnouit non de suis distantibus
 meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem causa idem sup-
 plicium non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate, quia non
 uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Altissimo quip
 pe ac saluberrimo sacramento uniuersa facies, atq; ut ita dixe-
 rim, uultus sanctorum scripturarum bene intuens id admo-
 g. Cor. i nere inuenitur, ut qui gloriatur in domino glorietur.

Ecclesiastici tricesimonono: Propterea ab initio
 confirmatus sum & cōsiliatus sum, & cogitavi, & scrē-
 pra diuisi. Omnia opera domini bona, & omne opus
 hora sua subministrat. No est dicere, hoc illo nequius
 est. Omnia enim in tempore suo comprobabūtur. Et
 nūc in omni corde & ore collaudate & benedicite no-
 men domini.

Primo Regum sexto: Percussit autem dominus de-
 uiris Bethsamitibus, eo quod uidissent arcam domi-
 ni, & percussit de populo septuaginta milia plebis,
 & cetera.

Exodi decimonono: Cauete ne ascendatis in mon-
 tem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit mó-
 tem morte morietur.

Augustinus libro de prædestinatione & gratia, ca-
 pite quarto.

Quod uero sequitur: Quem uult indurat, ibi paululum hu-
 manæ mentis intentio uerbi nouitatem confunditur. Sed non
Quomodo Deus dici- ita intelligendum est, quasi Deus in homine ipsam quæ nō es-
 tur corda, duritiam cordis operetur. Quid enim aliud est duritia, q;
 hominum Dei obuiare mandatis? Ergo quicquid post illam prævarica-
 tionem natus supplicij homo patitur, iuste reddi meritoq; fa-
 teatur.

DE PRAEDESTINATIONE.

41

teatur. Indurare enim dicitur Deus eum, quem mollire noluerit. Sic etiam repellere eum, quem uocare noluerit. Sic etiam excäcare dicitur eum, quem illuminare noluerit. Quos enim prædestinavit illos & uocauit, & cætera. Ipse enim dedit ut sumus, ipse ut boni esse possumus.

Augustinus in Ench. capite xcix.

Sola em̄ gratia redemptos discernit à perditis, quos in unā perditionis concreuerat massam ab origine ducta causa communis. Hoc autē qui eo modo audit ut dicat, quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? tanquam propterea malus non uideatur esse culpandus, quia Deus cuius uult miseretur, & quem uult indurat: absit ut pudeat nos hoc respondere, quod respondisse uidemus Apostolum: O homo tu tia disceris qui respondeas Deo? Nunquid dicit, & cætera. Hoc em̄ nit bonos loco quidam stulti putant Apostolum in responsione defecisis à malis. se, & inopia reddendæ rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est: O homo tu quis es? Et in talibus quæstionibus ad suæ capacitatris considerationem reuocat hominem uerbo quidem breui, sed tē ipsa magna est redditio rationis. Si enim non capit hæc, quis est qui respondeat Deo? Si autem capit, magis non inuenit quid respondeat. Videt enim si capit, uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei uituprare iustitiam: & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque in damnatione iusissima derelictis, ostendéretur quid meruisset uniuersa conspersio, & quod etiam istos debitū iudicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subueniret: ut uolentium de suis meritis gloriari, omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur.

Ecclesiastici tricesimoprimo: Cogitatus præscientia auertit sensum.

Genesis quadragesimo: Pharao faciens grande conuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistrorum pincernarum, & pistorum principis: restituitq; alterum in locū suum, ut porrigeret ei poculū: alterum suspendit in patibulo, ut cōiectoris ueritas probaret.

c 5 Gene-

Etiam si
Deus oēs
dānaret,
nullus iu-
ste cōque-
ri posset.
1. Cor. 8

Genesim quadragesimoprimo: Irat⁹ rex seruis suis,
me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcere
principis militum &c. Ego enim redditus sum officio
meo: & ille suspensus est in cruce &c.

Secundi Regum decimonono. Dixit Miphiboseth
ad Dauid: Tu autem domine mi rex sicut angelus
Dei es: fac quod placitum est tibi. Neque enim fuit
domus patris mei nisi morti obnoxia domino meo
regi. Tu autem posuisti me seruum tuum inter con-
uiuas mensæ tuæ. Quid ergo habeo iustæ querelæ,
aut quid possum ultra nociferari ad regem? Ait er-
go ei rex: Quid ultra loqueris? Fixum est quod locu-
tus sum & cætera.

Augustinus ad Sextum Romanum presbyterum
Epistola centesimaquinta.

Deus non existimat, si credant quod sine ulla præcedentibus meritis,
est persona cuius uult miseretur, & quos dignatur uocat, & quem uult
rum acc- religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur pœ-
ptor. na damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignu-
queratur, nec dignu- se iste glorietur, atq; ibi potius acceptio-
nem nullam fieri personarum, ubi una eademq; massa dāna-
tionis & offensionis inuoluit, ut liberatus de non liberato di-
scat, quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia sub-
ueniret. Si autem gratia utiq; nullis meritis reddita, sed gratui-
ta bonitate donata. Sed iniustum est, inquiunt, in una eadēq;
mala causa, hunc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustū est
utriūq; puniri, quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias sal-
uatori, dum nobis redditū non cernimus, quod in dānatione
similiū etiam nobis debitū fuisse cognoscimus. Si em̄ utriq; li-
berarentur, lateret quid peccato per iustitiam debeatur: si ne-
mo, quid gratia largiret. Ut ergo in hac difficilima queſtiōe

Roma. 2 uerbis potius utramur Apostoli: Volens deus ostendere iram,
& demonstrare potentiam suam &c. Vbi quia uniuersa mas-
sa dānata est, contumeliā debitā reddit iustitia, honorē inde-
bitū donat gratia, non meriti p̄rogatiua nō fati necessitate,

non te-

non temeritate fortunæ, sed altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Cur igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? Nullane ergo sunt merita iustorum. Sunt plane, quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fecerūt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Quærimus namq; meritum obdurbationis, & inuenimus. Merito namq; peccati uniuersa massa damnata est, nec obdurat impariendo malitiā, sed non impariēdo misericordiā. Quibus em̄ nō impariē, nec digni fūt nec merent: at potius ut non impariat, hoc digni sunt, hoc merent. Quæ Meritū horum autem meritū misericordiæ, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si nō gratis donatur, sed meritis, lumen est. redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse in qua erat meritum gratiæ, quid meriti habet homo ante fidem? Quid enim 1. Cor. 4 habet, quod nō accepit? Nam si querere uellet homo, ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire, non bona, etiam si eum unus dei uitam habentem super terram gratia saluatoris inuenierit.

Genesis quadragesimo octavo: Iacob extendens manum dextrā posuit super caput Esraim iunioris fratris, sinistrā aut super caput Manasse qui maior natu erat commutans manus, & cetera.

Quarto Esdræ septimo: Scio domine quoniam uocatus est altissimus misericors, in eo quod misereatur his qui nondum in seculo aduenerunt.

Hiero. Hedibizæ. quæstione x. T o. iiiij.

Si Esau & Iacob necdum nati erant, nec aliquid egerant nisi aut boni, ut uel derererentur Deum, uel offendarent, & ele abiectione eorum atq; abiectione, non merita singulorum, sed uoluntatem eligentis & abscentis ostendit, quid ergo dicemus. Inquit in uoluntate Dei, quis est Deus? Secundū illud exemplum q; loquimur ad Moysen: Misericordia cui misertus fuero, & misericordiæ prestatib; cui misererebor. Si hoc inquit recipimus, ut faciat Deus quodcumq; uoluerit, & absq; merito & operibus uel eligat aliquem uel condemnet, ergo nō est uolentis neq; currentis, sed miseritatis Dei maxime cum eadem scriptura, hoc est, idem Deus loquatur ad Pha-

Exodi 33

Deus oīa ad Pharaonem: In hoc ipsum excitaui te, ut ostēdam in te uie quæcunq; tutem meam, & annuntietur nomen meum in uniuersa terra. uoluit f̄. Si hoc ita est, & pro uoluntate sua miseretur Israēli & indurat.

Pharaonem, ergo frustra queritur atq; causatur, uel nos bona non fecisse uel fecisse mala, cum in potestate ipsius sit & uoluntate, absq; bonis & malis operibus uel eligere aliquem uel abiūcere, præsertim cum uoluntati illius humana fragilitas resistere nequeat. Alioquin unus est solis calor, & secundū essentia; subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia cōstringit. Liquatur enim cera & induratur lutum, & tamen caloris non est diuersa natura. Sic & bonitas & clementia Dei, uasa iræ que apta sunt in interitum, id est, populum Israēl indurat, uasa autem misericordiae que præparauit in gloriam, uocat, hoc est, nos.

Exodi decimo: Ego enim induraui cor Pharaonis & seruorū illius: ut faciam signa mea hic in eo: & narres in auribus filij tui & nepotum tuorum quoties cōtriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eos: & sciatis quia ego dominus Deus.

Ecclesiastici decimosexto: Nam plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiae eius quis enuntiabit, aut quis sustinebit? Longe enim est Testamentum à quibusdam: & interrogatio hominum in consummatione est.

Iob tricesimosexto: Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari uias eius: aut quis audet ei dicere, opera tuas es iniuritatem? & cætera.

Numeri uicefimotertio: Temporibus suis dicetur Jacob & Israēl quid operatus sit Deus.

Romanorum undecimo: Reliquæ secundum electionem gratiæ Dei, salutæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israēl, hoc nō est con-

secu-

DE PRAEDESTINATIONE.

43

secutus, electio autem consecuta est, cæteri uero excep-
tati sunt, sicut scripium est: Dedit illis Deus spiritum
compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non
audiant, usq; in hodiernum diem, & cætera. Secundum
Euangelium quidem inimici propter uos, secundum
electionem autem charissimi propter patres: Sine pœ-
nitentia sunt dona & uocatio Dei.

Augustinus libro de prædestinatione sanctorum,
capite decimo sexto.

Secundum Euangelium quidem inimici propter uos, secun-
dum autem electionem dilecti propter patres. Quid est secun-
dum Euangelium inimici propter uos, nisi quod ex inimici-
tia qua occiderunt Christum, in Euangelio sicut uidemus si-
ne dubitatione profecit? Et hoc ostendit ex Dei dispensatione
uenisse, qui bene uti nouit etiam malis, non ut ei prosint uasa Vasa iræ
iræ, sed ut ipso illis bene utente, prosint uasis misericordiæ, prosint
Quid enim apertius dici potuit, quam id quod dictum est: Se uasis mi-
cundum Euangelium inimici propter uos? Est ergo in malo- sericordiæ,
rūm potestate peccare. Ut autem peccādo hoc uel hoc illa ma- Male uelle
litia faciat, non est in eorum potestate sed Dei, diuidentis te- est in potē
nebras & ordinantis eas, ut hinc etiam quod faciunt cōtra uo state malo
luntatem Dei, non impleatur nisi uoluntas Dei. Ecce quod di rū, sed non
stum est, secundum Euangelium quidem inimici propter uos. male ope-
Tanta quippe ab inimicis Iudeis manus Dei & consilium præ- rari.
destinavit fieri, quanta necessaria fuerant Euangeli propter
nos. Sed quid est quod sequitur: Secundum electionem autem
dilecti propter patres? Nunquid illi inimici, qui in suis inimi-
citis perierunt, & aduersantes Christo de gente adhuc pereunt, Dilecti nō
ipsi sunt electi atq; dilecti? Absit. Quis hoc uel stultissimus di- idem qui
xerit? Sed utrumq; licet sit inter se contrarium, id est, inimici inimici,
& dilecti, quamvis non in eosdem homines, tamē in eandem
gentem conuenit Iudæorum, & ad idem carnale semē Israël,
alijs corunt ad claudicationem, alijs ad benedictionem Israël
ipsius pertinentibus. Vide & hic posteaquam dixit: Secundum
electionem autem dilecti propter patres, cōtinuo subiecit, unde agimus: Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio Dei, Dona Dei
id est, sine mutatione stabiliter fixa manent. Ad hanc uocatio fixamanet
hanc

nem qui pertinent, omnes sunt docibiles Dei, nec potest eorum quisquam dicere, credidi ut sic uocarer, praeuenit eum quippe misericordia Dei, qua sic uocatus est ut crederet. &c.

Ecclesiastici decimoquarto. Beatus uir qui in sapientia morabitur, et qui in iustitia sua meditabatur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Qui ex cogitat uias illius in corde suo, & in absconditis illius intelligens. Vadens post illum quasi inuestigator: & in uis illius consistens. Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius: & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & requiesceret in casula illius bona per eum. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis illius morabitur. Protectetur sub tegmine illius a feruore: & in gloria eius re quiesceret & cetera.

Matthei undecimo. Confitebor tibi pater Dominus caeli & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.

1. Cor. 1. Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit D E V S, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut glorietur omnis caro in conspectu eius: ex ipso autem uos estis in Christo Iesu qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio, ut (quodammodo scriptum est) Qui gloriatur in domino gloriatur.
Gal. 1. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex ute ro matris meae, & uocauit per gratiam suam.

DE PRAEDESTINATIONE.

47

Prima Petri primo : Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti Galatiae, Cappadociae, & Bithiniae, secundum præscientiam Dei patris, in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspercionem sanguinis Iesu Christi, gratia uobis & pax multipliceretur. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, & cetera.

Prima Petri quinto : Deus autem omnis gratia qui vocauit nos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in seculorum.

Secunda ad Timotheum primo : Qui nos liberauit & vocauit uocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in CHRISTO IESU, ante tempora secularia.

Romanorum primo in salutatione : Per quem accipimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei, in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & uos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, uocatis sanctis.

Augustinus libro expositionis inchoatae in Epistola ad Romanos.

Omnibus inquit, qui sunt Romæ dilectis Dei uocatis sanctis. Etiam hic significat benignitatem Dei potius, quam meritum illorum. Non enim ait, diligentibus Deum, sed dilectis Dei. Prior enim dilexit nos, ante omnia merita, ut nos dilecti, merita cum diligeremus.

Augustinus contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium libro secundo, capite nono.

Dicunt Pelagiani se cōfiteri, gratiam quoque adiuuare unius bonum à cuiusque bonum propositū, non tamen reluctantē studiū viri Deo. Propositū
tutus

aceipimus. tutis immittere. Hoc quippe ita dicunt uelut homo a se ipso sine adiutorio Dei , habeat propositum bonum, studiumque uitatis , quo merito praecedente, dignus sit adiuuari Dei gratia Roma.8 subsecente : putat enim fortasse ita dixisse Apostolum : Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt, ut propositum hominis uellet intelligi, quod propositum tantum bonum meritum sequatur misericordiam uocantis Dei, ignorantes ideo dixerunt Peruersa est, qui secundum propositum uocati sunt , ut Dei, non opinio Peccati hominis propositum intelligatur , quo eos quos praeceperit & lagianos. praedestinavit conformes imaginis filii sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes uocati, secundum propositum Matth.20 sunt uocati : Quoniam multi uocati, pauci uero electi. Ipsius ergo secundum propositum uocati, qui electi ante constitutionem mundi. Hominis autem propositum bonum, adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset, nisi praecederet gratia. Studium quippe hominis quod dicitur bonum, quis cum esse cœperit, adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia.

Augustinus lib. de correptione & gratia, cap. vii.

1. Cor. 4. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepseris? ab illa perditionis massa, quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quod hoc donum habet Dono Dei quisquis habet, quod gratia saluatoris accepit. Quicunque ergo boni a me ab illa originali damnatione, ista diuinæ gratiæ largitate discrēti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendum Euangeliū, & cum audiunt credunt, & in fide quæ per dilectionem operatur, usque in finem perseverat, & si quando exorbitant, correpti emendantur, & quidam eorum si ab hominibus non corripiantur, tamen in uiam quam reliquerant redirent, & nonnulli accepta gratia in qualibet ætate, periculis git uasa misericordiae mortis celeritate subtrahuntur . Hæc enim omnia sericordiæ operatur in eis, qui uasa misericordiæ operatus est eos, qui & ante costi- elegit eos in filio suo, ante constitutionem mundi, per electionem gratiæ. Si autem gratia, iam non ex operibus, profecto mundi. electi sunt per electionem gratiæ, non praecedentium meritorum suorum, quia gratia est illis omne meritum.

Quarto Eisdæ quinto: Dominator domine, ex omnibus

DE PRAEDESTINATIONE.

49

omni sylua terræ, & ex omnibus arboribus eius elegisti vineam unicam : & ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam unam : & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium unum : & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum unum : & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti ribimet ipsi Syon : & ex omnibus creatis uolatilibus, nominasti tibi columbam unam : & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi oves unam : & ex omnibus multiplicatis populis, acquisisti tibi populum unum : & ab omnibus probatam legem donasti huic quem desiderasti populo. Et nunc domine quid tradidisti unum pluribus ? Ecce præparasti super unam radicem alias : & disperdisti unicum tuum in multis : & conculcauerunt eum, qui contradicebāt sponsionibus tuis, qui que tuis testamentis non credebant. Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.

Ambrosius de uocatione gentium libro primo, capite quinto.

Respicere ad uniuersalem multitudinem parvulorum, in qui Parvulorum bus excepto illo quo in damnationem nascitur gens humana damnatio, delicto, nec præterita possunt merita, nec futura censeri. Oes siue salu- enim de quibus nunc loquimur, ante illum intelligētię usum, tio. ante liberum uoluntatis arbitrium, alij ad æternam beatitudinem regenerati, alij ad perpetuam miseriam transiunt non renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu est, si moralem innocentiam queris, omnis summa in uitio est. Non inuenit quod discernat humana iustitia, sed habet quod eligat inenarrabilis gratia Dei. In abscondito est confituum, sed non latet donum: opus exerit pietas, causam obscurat potestas. Quod si ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitiis & sceleribus ætatem, sacramento baptismatis C H R I S T I in ipso uitæ fine renouantur, & sine ullo suffragio bonorum operum in regni cœlestis cōsortium transferuntur, quo intellectu diuinum iudicium comprehen-

d des,

50 DE PRAEDESTINATIONE.

Dei mune des, nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera/ r a gratui/ Et sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ possunt gra/ tia/ arcere donum: ita nulla posse tam præclara opera existe/ rasunt.

re, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudi/

Notæ. cium debeat. Vilesceret enim redemptio sanguinis C H R I/ S T I, nec misericordia Dei humanorum operum prærogati/ ua succumberent, si iustificatio quæ sit per gratiam, meritis præ/ cedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces es/ set operantis.

In codem libro Ambrosij, capite se ptimo.

De paruulis uero quibus sine ullo bona uoluntatis merito, in originali uulnere cum ceteris mortalibus causa communis est, nihil potest expositionis afferri, qua doceatur cur isti salui/ fiant renati, illi pereant non renati, sub illius prouidentia & omnipotentia in cuius manu est anima omnis uiuentis, & spi/ ritus uniuersæ carnis hominis.

Idem libro secundo, capite septimo.

Paruuli nō renati da/ emantur. Neque enim credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad illud beatorum pertinere consortium. Et magis stupendum magisque sit mirum, quod ubi actio nō offendit, ubi arbitrium non resistit, ubi eadem miseria, simili/ sis imbecillitas, causa communis est, non unum esse judicem de/ tata parilitate, & quales reprobat abdicatio, tales adoptat elec/ tio. Et plura ibidem.

Idem libro secundo, capite ultimo.

Ephe. 1 Benedictus Deus & pater domini nostri I E S V C H R I/ S T I qui benedixit nos, & cetera. Et cetera quæ sub eiusdem sensus prædicatione connectit, docens donum atque opus gratiae in æterno semper Dei mansisse consilio, omnesq; adoptio-

Oes qui sal uantur ab gterno pr destinati sunt. nis filios, non solum in eo tempore quo iam existentes uocantur ab ea, sed etiam priusquam mundus conderetur, electos. In qua electione qui quid hominum præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cuiuslibet temporis uocatione uenturi sunt, in ista quæ secu-

la cuncta præcessit adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus, ita nullus prior ab hac sorte discretus est. Hæc autem æterna & semper tranquilla cogni-

Liber pri/ tio nulla nos urget necessitate peccandi, nec inde manat ini/ quisas

DE PRAEDESTINATIONE.

51

quitas unde iustitia. Quia cum bonus Deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura, à liberis uoluntatibus, uoluntate quas utiq̄ bonū fuit liberas fieri, spontanea est orta trāsgres, peccauit. sio, & natura mutabilis, cuius incolumenta ab incommutabili pendebat essentia, à summo se bono, dum proprio peruerse de lecta, abruptit, cui nūc ruinæ medetur gratia Dei. Et propterea Iohann. 3 Iesu Christus uenit in hunc mundū, ut soluat opera Diabolici, quę utiq̄ sic soluunt, ut in destructione eorum, etiam ab eis quibus succurrīt laboretur, quoniā & hoc à saluante denat.

Ecclesiastici tricesimo tertio: Ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus: & ex ipsis posuit in numerum dierum: & omnes homines de solo & ex terra unde creatus est ADAM. In multitudine disciplinæ domini se parauit eos, & immutauit uias eorum: Et ex ipsis benedixit & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicuit: & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. Quasi figuli lutum in manu, & cetera.

Esaiae quinquagesimoquarto: Ecce ego creaui fabrum suffiantē in igne prunas, & proferētem in opus lū, & ego creaui intersectorē ad disperdendum.

Sapientiae decimoquinto: Tu autem Deus noster suauis & uerus es: patiēs, & in misericordia disponēs omnia. Etenim si peccauerimus tui sumus, sciētes magnitudinem tuam, & si nō peccauerimus, scimus, quoniam apud te sumus computati. Nolle enim te consummata iustitia est.

Esaiae quadragesimoquinto: Ego dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego dominus faciēs omnia haec. Væ qui cōtradicit factori suo, testa de famiis terre. Nunquid dicer lutū figulo suo, quid facis, & opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri, quid generas, & mulieri, quid parturis? Hæc dicit dominus

52 DE PRAEDESTINATIONE.

sanctus Israël plastes eius. Ventura interrogate me super filios meos & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram & hominē super eam creavi ego. Manus meae tetenderunt cœlos : & omni militiae eorum mādaui. Ego suscitraui eum ad iustitiam, & omnes uias eius dirigam.

Sapientiae decimo sexto: Tu es domine qui uitæ & mortis habes potestatem: & deducis usque ad portas mortis, & reducis.

Iob capite quinto: Quia ipse uulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.

Ecclesiastici septimo: In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inueniat homo cōtra eum iustas querimonias.

Prouerbiorum uicesimo secundo: Dives & pauper obuiauerunt sibi, utriusque operator est dominus.

Iob nono: Vnum est quod locutus sum & innocentem & impium ipse consumit, & cætera.

Capite undecimo: Si subuerterit omnia, uel in unū coartauerit, quis cōtradicet ei? Vel quis dicere potest cur ita facis? Ipse enim nouit hominum uanitatem.

Capite duodecimo: Apud eum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consiliū & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominē, nullus est qui aperiat: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si remiserit eas, subuertent terram. Ipse nouit & decipientem & eum qui decipitur. Adducit consiliarium in stultum finem & iudices in stuporem. Baltheum regum dissoluit, & præcingit funerates eorum. Dicit sacerdotes inglorios & optimates

DE PRAEDESTINATIONE. 51

tes supplantat. Commutans labium ueracium, & do-
ctrinam senum auferens, & cætera. Qui immutat cor-
principum populi terræ, & decipit eos ut frustra in-
cedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris & nō
in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

Proverbiorum decimosexto: Vniuersa propter se-
met ipsum operatus est dominus, impium quoque ad
diem malum.

In eodem, capite uicesimo: A domino diriguntur
gressus hominis, quis autem hominum potest intelli-
gere uiam suam?

In eodem, decimosexto: Cor hominis disponit uia
sua m, dominus autem dirigit gressus eius.

Amos tertio: Si erit malum in ciuitate, quod domi-
nus non fecerit.

Hieremias decimo: Scio domine, quod non est ho-
minis uia eius, nec uiri est ut dirigat gressus suos.

Ecclesiastici septimo: Considera opera Dei, quod
nemo possit corrigere, quem ille despicerit

In eodem, capite decimo: Quomodo ignoras quæ
sit uia spiritus, & qua ratione compingantur ossa in
uentre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabrica-
tor est omnium.

Primo Regum secundo: Dominus mortificat & ui-
tificat, deducit ad inferos & reducit.

Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in te-
nebris conticescent, quia nō in fortitudine sua robo-
rabitur uir.

In eodem capite de filijs Heli: Et non audierunt
uocem patris sui, quia uoluit dominus occidere eos.

Primo Regum primo: Abiit cum Saule pars exer-
citus, quorum tetigerat corda Deus.

54 DE PRAEDESTINATIONE.

Tertio Regum duodecimo: Nō acquieuit rex populo quoniam aduersatus eum fuerat dominus.

Augustinus libro de Libero Arbitrio & gratia, capite uicesimo.

Satis me disputasse arbitror aduersus eos, qui gratiam Dei uehementer oppugnant, qua uoluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam: & cum bona fuerit adiuuatur: & si: disputasse, ut non magis ego, quam diuina ipsa scriptura uobiscum locuta sit, cuidetissimis testimonij ueritatis: que scriptura diuina si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bona hominum uoluntates quas ipse fecit ex malis, & se factas bonas in actus bonos, & in eternam dirigit uitam: uerum etiam illas quae conseruat seculi creaturam, ita esse in Dei potestate, ut eas quo uoluerit, quando uoluerit faciat inclinari, uel ad beneficia quibusdam praestanda, uel ad peccatas quibusdam ingerendas, sicut ipse indicat occultissimo quidem iudeo.

Aliqua pec cito, sed sine dubitatione iustissimo. Nam inuenimus aliquæ peccata etiam penas esse aliorum peccatorum, sicut sunt uapenæ pec sa iræ, quæ perfecera dicit Apostolus in perditionem: Sicut est cato: sunt induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam

Iosue, in illo uirtutem Dei: Vnde dicit dominus ad Iesum filium Nau: Non poterunt filii Israël subsistere à facie inimicorum suorum. Quid est, non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata uolun-

Deo domi- tate fugiebant, nisi quia dominus Deus dominatur uoluntati nat uolun bus hominum, & quos uult in formidinem uertit iratus: Nun

tatibus ho quid non sua uoluntate homo improbus filius Gemini male- minum. dicebat regi David? Et tamen quid ait David, dimitte eum, ut maledicat, quia dominus dixit illi maledicere David. Ecce q- modo probatur Deum uti cordibus, etiam malorum ad laudem atque adjumentum bonorum. Sicut usus est Iuda tradente

CHRISTVM.

Genesis uicesimoquarto: A domino egressus est sermo. Non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.

Genesis quadragesimonono: Nolite timere: Num Dei possum resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum

malum: sed Deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, saluos faceret mul-
tos populos.

Genesis quadragesimoquarto: Quid respondebi-
mus, inquit, domino meo, uel quid loquemur, aut iu-
ste poterimus obtrudere? Deus inuenit iniquitatē ser-
uorum suorum.

Ex codē libro Augustini, capite uicesimoprimo.

Quis non ista judicia diuina cōtremitiscat, quibus Deus agit ^{2. Reg. 16} etiam in cordibus malorum hominum quicquid uult, reddens ^{Agit Deus} eis tamen secundum merita eorum? In literis Apostolicis uide ^{etīā in cor} te quæ scripta sunt, ad Romanos primo. Propterea tradidit ^{dibus ma-} illos in desideria cordis illorum in immunditiam. Item paulo ^{lorum ho-} post: Propterea tradidit illos Deus, in passiones ignominiae. ^{minus.} Et tradidit illos Deus in reprobam mentē. Secunda ad The-
salonicenses secundo. Ideo mittit illis Deus operationem erro-
ris, ut credant mēdacio. His & talibus testimonijs diuinorum
eloquiorum, quæ omnia commemorare nimis longum est, sa-
tis quantum existimo manifestatur, operari Deum in cordi-
bus hominum, ad inclinandas eorum uoluntates quoque
uoluerit, siue ad bona pro misericordia, siue ad mala pro me-
ritis eorum, iudicio utiq; suo aliquando aperto, aliquando oc-
culto, semper autem iusto. Fixum enim debet esse, & immo-
bile in corde uestro, quia nō est iniquitas apud Deum. Ac per ^{Iniquitas} hoc quando legitis in literis ueritatis à Deo seduci homines, ^{non est a-} aut obtundi, uel obdurari corda eorum, nolite dubitare præ-
cessisse mala merita eorum, ut iuste ista paterentur, ne incur-
ratis in illud Salomonis: Insipientia uiri uiolat uias eius, Deus
autem cauiatur in corde suo.

Quarto Esdræ sexto: Et anteq; præsentes anni in-
vestigarentur, & anteq; ab alienarentur eorū, qui nūc
peccant ad inuentiones, & antequā consignati essent
qui fidem thesaurizauerunt: tunc cogitauit, & factæ
sunt (creaturæ) per me solum, & non per alium, & fi-
nis per me & non per alium, & cætera.

Quarto Regum tertio: Non uidebis uentum ne-

56 DE PRAEDESTINATIONE.

que pluiam, & alueus iste replebitur aquis: & bibetis uos, & familiæ uestræ, & iumenta uestra. Parūq; est hoc in cōspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus uestras.

Actorum decimotertio: Et crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam.

Danielis duodecimo: Et in illo tēpore saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro.

Esaïæ quinquagesimoquarto: Vniuersos filios tuos doctos à domino, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iustitia fundaberis.

Capite quinquagesimosecundo: Quia quibus non est narratum, de eo uidebunt, & qui non audierunt, contemplati sunt.

Capite sexagesimoquinto: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt, qui non quæsierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ neciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum.

Iohannis sexto: Omne quod dat mihi pater ad me ueniet. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, scriptū est in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei: Omnis qui audiuit à patre & dicit, uenit ad me. Capit. xiiij. Ego scio quos elegerim. Cap. xv. Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Ego elegi uos de mundo. Matthæi x. Nónne duo passeret aesse ueneunt? & unus ex illis non cadet super terram, sine patre uestro. Vesti autem capilli capit is omnes numerati sunt.

Esaïæ sexagesimosecundo: Nō uocaberis ultra de relicta, & terra tua non uocabitur amplius desolata.

Sed

DE PRAEDESTINATIONE.

57

Sed uocaberis uoluntas mea in ea. Ecce dominus auidum fecit in extremis terræ. Dicite filiæ Syon: Ecce saluator tuus uenit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et uocabunt eos populus sanctus, redempti à domino. Tu autem uocaberis quæsita ciuitas, & non derelicta.

Augustinus de prædestinatione sanctorum libro primo Capite octauo.

Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet. Quid est, ad me *Ioan. 3*
ueniet, nisi credet in me? Sed ut fiat, pater dat. Item paulopost:
Nolite inquit murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, *Ioan. 3*
nisi pater qui misit me, attraxerit eum, & ego eū resuscitabo
in nouissimo die. Et omnis qui audiuit à patre & didicit, ue-
nit ad me. Quid est omnis qui audiuit à patre, & didicit, ue-
nit ad me, nisi nullus est qui audiat & discat à patre, & non ue-
niat ad me? Si enim omnis qui audiuit à patre, & didicit ue-
nit: profecto omnis qui non uenit, non audiuit à patre. nec di-
citat. Nam si audisset & didicisset, ueniret. Neq; enim ullus au-
diuit ac didicit & non uenit: Sed omnis ut ait ueritas, qui au-
diuit & didicit à patre, uenit. Valde remota est à sensibus car-
nis hæc schola, in qua pater auditur, & docet ut ueniatur ad
filium. Ibi est & ipse filius, quia ipse est uerbum eius per quod
sic docet, nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis. Simil est &
ibi spiritus pàtris & filii: Neq; enim ipse non docet, aut sepa-
ratim docet, inseparabilia quippe dicimus esse opera trinita-
tis. Et ipse est spiritus sanctus, de quo Apostolus dicit: Haben-
tes autem eundem spiritum fidei. Sed ideo patri hoc potissimum est attributu, quia de ipso est genitus unigenitus, & de nitatis sùt
ipso procedit spiritus sanctus. Multos uenire uidemus ad filium, inseparabi-
lia quia multos credere uidemus in Christum, sed ubi & quomo-
do à patre audierint hoc & didicerint, nō uidemus. *Nimirum 2. Cor. 4*
gratia ista secreta est, gratia uero esse quis ambigit? Hæc ita-
que gratia, quæ occulte humanis cordibus diuina largitate qui dicunt
tribuitur, à nullo duro corde recipitur. Ideo quippe tribuitur peccatorē
ut cordis duricia primitus auferatur. Quando ergo pater in obicem po-
tus auditur, & docet ut ueniatur ad filium, aufert cor lapidatum, nere gra-
& dat cor carneum. Sic quippe facit filios promissionis & ua- *tua tia Dei.*

d 5 sa mise

58 DE PRAEDESTINATIONE.

sa misericordiae, quæ præparauit in gloriam. Cur ergo non omnes docet, ut ueniant ad Christum, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet, quos autem non docet, iudicio non docet? Non enim frustra scriptum est in Prophetis: Et erunt

Esa.54 omnes docibiles Dei, Quod testimonium cum præmisisset, tunc subdidit: Omnis qui audiuimus a patre & didicimus, uenit ad me. Sicut ergo integre loquimur, cum de aliquo literarum magistro qui in ciuitate solus est, dicimus: omnes iste hic literas docet: nō quia omnes discit, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunq; ibi literas discit: Ita recte dicimus, omnes Deus docet

Comparatio de doctore. uenire ad Christum: non quia omnes ueniunt, sed quia nemo aliter uenit. Cum autem non omnes doceat, aperuit Apostolus, quia nolens offendere iram, & demonstrare potentiam suam &c. Hinc est quod uerbum crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt, uirtus Dei est. Hos omnes docet uenire ad Christum Deus, hos oēs uult saluos fieri, & in agnitionē ueritatis uenire. Nam & si illos quibus stultitia est uerbum crucis, ut ad Christum uenirent, docere uoluisse, procul dubio uenirent & ipsi. Quare inquit non omnes docet?

Deus non oēs docet Psal.84 Si dixerimus quia nolunt discere, quos non docet, respondebitur nobis: Et ubi est quod ei dicitur? Dñe tu conuertens uiuiscabis nos: Aut si non facit uolentes ex noalentibus Deus, quid orat ecclesia secundū præceptum domini pro persecutoribus suis?

Deuteronomij. xxix. Vos uidistis uniuersa quæ fecit dominus coram uobis in terra Aegypti Pharaoni & omnibus seruis eius, uniuersæq; terræ illius: tentationes magnas quas uiderunt oculi tui: signa illa portentariaq; ingentia & non dedit uobis dominus cor intelligens & oculos uidentes, & aures quæ possent audire usq; ad præsentem diem &c.

Quarti Esdræ octauo: Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos & cetera. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.

In eodem

In eodem: Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat: sed non in tempore omnia quæ seminata sunt saluātur, sed nec omnia quæ plantata sunt radicabunt: sic & qui in seculo seminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi & dixi: Si inueni gratiam loquar. Quomodo semen agriculte si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore: aut si corruptum fuerit multitudine pluviæ: sic perit & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est.

Secunda Thessalonenses tertio: Non enim oīm est fides Fidelis autem dominus est, qui confirmabit uos & custodiet à malo.

Augustinus contra Pelagiū & Celestinū de gratia Christi lib. i. Capite decimo.

Non omnium est fides, qui audiunt per scripturas dominii regnum celorum pollicentē, aut omnibus persuadetur qui-
buscunq; siaderetur, ut ueniant ad eum qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autē sit fides, & quibus persua detur, ut ad eum ueniant, satis ipse demonstrauit, ubi ait: Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū. Et paulo post cum de non creditibus loqueretur: Dixi, inquit, uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo.

Cap. 14. Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, uenit ad me. Qui ergo non uenerit, non de illo recte dicitur, audiuit quidem & didicit sibi esse ueniendum, sed facere non uult qd didicit. Prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiā docet Deus. Si em̄ sicut ueritas loquitur: Omnis qui didicit uenit, quisquis nō uenit, profecto nec didicit. **Quis autē nō uideat, & uenire quenq; & nō uenire arbitrio voluntatis?** Sed hoc arbitriū potest esse solū si nō uenit, non autē potest nisi adiutū esse si uenit. Et sic adiutum ut non solū quid faciendum sit sciat, sed quod scierit etiam facit. Ac per hoc qn̄ Deus docet, nō per legis literam, sed per spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisq; didicerit, nō tm̄ cognoscēdo uideat, sed etiā uolendo appetat, agendoq; perficiat. Et isto diuino docendi mō etiam.

Qui nō uenit ad deū ab eo non audiuit.

Affectus et effectus boni ex Deo sunt.

Norā

etiam ipsa uoluntas & ipsa operatio, non solū uolendi & operandi naturalis possiblitas adiuuatur. Sed omnis qui didicit à patre, non solum potest uenire, sed uenit, ubi iam & possibilis projectus, & uoluntatis affectus, & actionis effectus est,

Cap. 24. Legant ergo, & intelligent, intueantur atq; fanteantur, non lege atq; doctrina insonante forinsecus, sed interna atq; occulta mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum ueras reuelationes, sed etiam bonas uoluntates.

Esaiae I. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abiij.

Baruch secundo: Et conuertentur ad cor suum in terra captiuitatis suæ, et memores erūt nominis mei. Et scient quia ego dominus sum Deus eorū: & dabo illis cor & intelligent, & aures & audient &c.

Proverbiorum uigesimo: Aurem audientē, & oculum uidentem dominus fecit utruncq;

Sapientiae septimo: Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiae dux est & sapientum emendator. In manu enim illius & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia disciplina.

Fulgentius libro primo ad Monimum.

De filio autem Dei Ioannes dicit: Scimus quia ille apparuit ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Sicut ergo peccatum in eo non est, ita peccatum ex eo non est. Quod autem ex eo non est, opus eius itaq; non est, Quod autem nusquam

Quo sunt mali à deo prædestinati? Non ergo prædestinati sunt mali ad hoc, quod male operantur à cōcupiscētia sua abstracti & illecti, sed ad hoc, quod iuste patiuntur iniuiti. Prædestinationis enim nomine non aliqua uoluntatis humanæ coactitia necessitas exprimitur, sed misericors ad penam & iusta futuri operis diuinī sempiterna dispositio, prædicat.

Deo

DE PRAEDESTINATIONE.

67

Deo autem misericordiam & judicium cantat ecclesia, cuius
hoc opus est in homine, ut occulto uoluntatis suæ, non tamē
in iusto, consilio aut gratuitam misericordiam præroget mi-
sero, aut debitam iustitiam rependat in iusto. Imo aut miseri-
corditer debitori donet, quod si ueller, iuste possit exigere:
aut iuste cum usuris, quod suum est exigat, & iniquo debito-
ri, quod debetur iniquitatibus reddat. Ac sic, aut iustum pro-
fus indignum misericordia præueniat, aut illum ira dignum
inueniat: ipse enim donat grātis indigno gratiam, qua iustifi-
catus impius illuminetur munere bonæ uoluntatis, & facul-
tate bonæ operationis, ut præueniente misericordia bonum
uelle incipiat, & subsequente misericordia bonum quod uult,
facere ualeat.

Deus saluā
dos præue-
nit dānan-
des inuenit

Quare ergo dicit Paulus, qui omnes homines uult
saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire? Primo
Thimothei secundo.

Secunda Petri tertio: Nolens aliquos perire, sed
omnes ad pœnitentiam reuerti.

Autorità-
tes istæ ui-
dentur scri-
pturæ præ-
cedenti cō-
trariæ.

Augustinus libro de correptione & gratia Capi-
te decimoquarto.

Cum autem homines per correptionem in uiam iustitiae
seu ueniunt seu reuertuntur, quis operatur in cordibus eorum
salutem: nisi ille, qui quolibet plantante atq; rigante, & quoli-
bet in agris atq; arbustulis operante dat inctementum Deus,
cui uolēti saluum facere, nullum hominum resistit arbitriū?
Sic enim nolle & uelle in uolentis aut noleñtis est potestate,
ut diuinam uoluntatem non impedit, nec superet potestate.
De his em̄ qui faciunt quæ non uult, facit ipse quæ uult, & qd̄
scriptū est, qd̄ uult Deus oēs homines saluos fieri, nec tñ omes
saluātur, multis quidē modis intelligi pōt. Oēs hoies uult fal-
uos fieri, ut intelligantur omnes prædestinati, quia omne ge-
nus hominum in eis est, sicut scriptum est de Phariseis: Deci-
matis omne olus. Vbi non est intelligendum, nisi omne quod
habebant: Neq; enim omne olus quod erat in toto terrarum 1. Cor. 1
orbe decimabant. Secundum istum locutionis inodum dīcū Paulus nō
est: Sicut & ego omnibus per omnia placebo. Nunquid em̄ qui omnibus
hoc dixit, placebat etiam tam multis persecutoribus suis? Sed placebat,

Nullus deo
resistere
potest.

Prædestina-
ti soli uni-
uersitatem
quandam
faciunt.

Mat. 23

place

placebat omni generi hominum quod Christi congregabat ecclesia, siue iam intus positis, siue introducendis in eam. Non est itaque dubitandum voluntati Dei, qui in celo & in terra omnia quæcumque uoluit fecit, & qui etiam illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod uult, quandoquidem etiam de ipsis hominum uoluntatibus quod uult, cum uult facit. Sicut scriptum est: Et abiit Saul in domum suam in Gabaa. Et abiuerunt cum eo portentes, quorum tetigerat Deus corda.

Augustinus in Ench. Cap. ciiij.

Differētiae generis humani. Qui omnes homines uult saluos fieri, non quod nullus hominem esset, quem saluum fieri nolle, qui uirtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse & enite-

Deus nul- lū genus homī re- spuit. tiam si fecisset: sed ut omnes homines omne genus humanum intelligamus per quascunq; differentias distributū, reges, priuatos nobiles, ingnobiles, sublimes, humiles, doctos, indectos integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, seniores, senes, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus, in uoluntarum & conscientiarum uarietate innumerabilis constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quis est enim eorum unde non Deus per unigenitum suum dominum nostrum per omnes gentes saluos fieri homines uelit, & ideo faciat, quia omnipotens uelle inaniter non potest quodcumque uoluerit? Praecepit enim Apostolus ut oraretur pro singulis hominibus, & specialiter addiderat pro regibus & his qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu & superbia seculari, à fidei Christiane humilitate abhorrire, proinde dieens: Hoc enim bonum est corā saluatore nostro Deo, id est, ut etiam pro talibus oretur, Statim ut desperationem tolleret, addidit: Qui omnes homines uult saluos fieri.

Augustinus ad Vitalem. Epist. cvij.

I. Cor. 2. Sed sicut illud quod dictum est: Omnes in Christo uiuiscā Oēs ī Chri buntur, cum tam multi æterna morte damnantur, ideo di- sto uitā & etum est, quia omnes quicquid uitam æternam percipiunt, rō ternā per- percipiunt nisi in Christo. Ita quod dictum est, omnes homi- ciunt. nes uult Deus saluos fieri, cum tam multos nolit saluos fieri, ideo

DE PRAEDESTINATIONE.

63

ideo dictum est, quia omnes qui salvi fiunt, nisi in ipso uolente non fiunt, & si quo alio modo illa uerba apostolica intelligi possunt, ut tñ huic apertissime ueritati, in qua uidemus tantum multos, uolentibus hoib[us] sed Deo nolente, saluos non fieri contraria esse non possunt. Quo autem non detur gratia diuina uoluntas meretur humana, si eis quibus datur, gratuita misericordia datur, ut uera sit gratia? Quomodo in hac re merita recordia pensantur humanæ uoluntatis? Quandoquidem illis quibus dei est causa gratia ista non datur, nullo plerunque merito, nulla uolunta fa salutis distantibus, sed misericordia cum eis quibus datur habenti non meritis causam, iusto tamen iudicio Dei non datur. Non enim est nostrum, iniquitas apud Deum, ut intelligent quibus datur quam gravis ei detur, quando iuste utique non daretur, quoniam simili habentibus causam iuste non datur.

Job uigesimotertio: Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitatione eius: & anima eius quod cunq[ue] uoluit fecit.

Ecclesiastici. x. In manu Dei potestas terræ & cetera. In manu Dei potestas hominis.

Proverbiorum decimonono: Multe cogitationes in corde uiri: uoluntas autem domini in æternum permanebit.

Secundo Regum uicesimotertio: Cuncta enim salus mea, & omnis uoluntas: nec est quicquam ex eo quod non germinet.

Secundo Paralipomenō decimo: Et non acquieuit populus precibus. Erat enim uoluntatis Dei ut compleretur sermo quem dixerat & cetera.

Proverbiorum septimo: Meum est consilium & æquitas: mea est prudētia, mea est fortitudo. Per me reges regnant: & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant: & potentes decernunt & cetera. Mecum sunt diuitiae & gloria, opes superne & iustitia & cetera.

Proverbiorum decimosexto: Sortes mittunt in suum,

num, sed à domino temperantur.

Genesis tricesimoprimo: Non dimisit eum Deus ut noceret mihi.

Hieremiac quinquagesimoprimo: Curauius Ba bylonem, & non est sanata.

Ezechielis uicesimoquarto: Immundicia tua exer-
cibilis: quia mundare te uolui, & non es mundata
à sordibus tuis.

Ecclesiastici quadragesimotertio: Benedicentes
dominum exaltæ illum quantum potestis: maior
enim est omnium laude. Exaltantes eum replemini
uirtute. Ne laboreatis, non enim cōprehendetis. Quis
uidebit eum & enarrabit: & quis magnificabit eum
sicut est ab initio? Multa abscondita sunt maiora his.
Pauca enim uidimus operum eius: omnia autem do
minus fecit: ea pie agentibus dedit sapientiam & cæ.

Secundo Paralipomenon undecimo: Non ascen-
scendetis neq; pugnabis contra fratres uestros: re-
uertatur unusquisq; in domū suam quia mea hoc ge-
stum est uoluntate. Qui cum audissent sermonem do-
mini, reuersi sunt: nec perrexerunt contra Hierobo-
am & cætera.

Idem August. in Enchiridio. Cap. xcvi.

Nec dubitandum est Deum facere bene etiam sinendo fieri
quæcunq; male. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit. Et pro-
fecto bonum est omne quod iustum est. Quamuis ergo ea que
mala sunt, inquantum mala sunt non sint bona: tamen ut nō
solum bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam nisi esset
hoc bonum ut essent & mala, nullo modo esse finerentur ab
omnipotenti bono. Cui proculdubio quā facile est quod uult
facere, tā facile est qđ non uult esse, non sinere. Hoc nisi creda-
mus, periclitat ipsum nostræ fidei cōfessionis initii qua nos
in Deū patrem omnipotentē credere confitemur. Neq; enim
ueraciter ob aliud uocat omnipotens, nisi quia quicquid uult
potest

Bonū est
ut etiam
mala sint

Voluntas
dei à nemī
ne impedi-

DE PRAEDESTINATIONE.

65

poteſt, nec uoluntate cuiuspiam creaturæ uoluntatis omnipo-
tentis impeditur effectus.

Cap. 97. Quamobrem uidēdum est quemadmodum sit de
Deo dictum, quia & hoc Apostolus ueriflme dixit, qui omnes
homines uult saluos fieri. Cum enim non omnes, sed multo-
plures non fiunt salui, uidetur utiq; non fieri quod deus uult
fieri, humana ſcilicet uoluntate impediente uoluntatem Dei.
Quando enim queritur cauſa, cur non omnes salui fiunt, re-
ſponderi ſolet, quia hoc ipſi nolunt. Quod quidem de paruu-
lis dici non potest, quorum nondum eſt uelle, ſeu nolle. Nam
quod infantili motu faciunt, ſi eorum uoluntati iudicaretur
eſte tribuendum, quando baptizantur, cum refiſtunt quantū
poſſunt etiam nolentes ſaluos eos fieri diceremus. Sed aper-
tius dominus in Euangelio compellās impiam ciuitatē: Quo
tiens, inquit, uolui congregare filios tuos ſicut gallina pullos
ſuos, & noluiſti: tanquam Dei uolūtas ſuperata ſit hominum
uoluntate, & infirmiffimis nolendo impedientibus, non po-
tuerit facere potentissimus quod uolebat. Et ubi eſt illa omni Deus quos
potentia qua in cœlo & in terra omnia quæcunq; uoluit fecit, uult ſaluat
ſi colligere filios Hierusalem uoluit & non fecit? An potius il-
la quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoq; nolen-
te filios eius collegit ipſe quos uoluit: quia in cœlo & in terra
non quædam uoluit & fecit, quædam uero uoluit & nō fecit,
ſed omnia quæcunq; uoluit fecit. Psalm. 113.

Cap. 102. Sed quātālibet ſint uoluntates, uel angelorū uel
hominum, uel bonorum uel malorum, uel illud quod Deus, Voluntas
uel aliud uolentes quam Deus, omnipotentis uoluntas Dei dei ſemper
ſemper iniicta eſt: quæ mala eſſe non potest. Quia etiam cum bona eſt,
mala interrogat, iuſta eſt, & profecto quæ iuſta eſt, mala non eſt.
Deus igitur omnipotē ſiue per misericordiam cuius uult mi-
ſereatur, ſiue per iudicium quem uult obduret, nec inique ali-
quid facit, nec niſi uolens quicquam facit, & omnia quæcunq;
uult facit.

De dupliciti lege naturali, & Po-

sitiua. Et de peccato

De lege naturali.

Prouerbiorum tertio.

DE LE GE

Habe fidutiam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudētię tuę. In omnibus uis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum. Time Deum, & recede à malo. Honora deum de tua substantia, & de primis omnium frugum tuarum da pauperibus &c.

Ecclesiastici decimo septimo: Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam: & secundū se uestiuit illum uirtute. Numerum dierum & tempus dedit illi: & dedit illi potestatem eorum quae sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem: & dominatus est bestiarū & uolatilium. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam & oculos & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleteuit illos. Creauit & illis scientiam spiritus, & sensu impleuit cor illorum: & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum: ut nomen sanctificationis collaudent: & gloria in mirabilibus illius, ut magnalia enarrēt operum eius. Addidit illis disciplinam: & legem uitæ hæreditauit illos: testamentum æternum cōstituit cum illis: & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius uidit oculus illorum: & honorem uocis audierunt aures illorum: & dixit illis, attēdite ab omni iniquo. Et mandauit illis unicuique de proximo suo. Viæ illorum coram illo sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius. In unamquaque gentem preposuit rectorem, & pars Dei Israel facta est manifesta. Et omnia opera illorū uelut sol in conspectu Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in uis eorum

rum. Non sunt absconsa testamenta propter iniquitatem illorum & omnes iniquitates eorum in conspectu dei & cetera.

Thobiae quarto: Omnibus autem diebus uitę tuę, in mente habeto Deum. Et caue ne aliquando peccato consentias & prætermittas præcepta domini Dei nostri. Ex substātia tua fac eleemosinam, & noli aueterare faciem tuam ab ullo paupere. Ita em̄ fiet ut nec à te auertat facies domini. Quomō ita potueris esto misericors. Si multum tibi fuerit abundantiter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libēter impar-tiri stude. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Quod ab alio odieris fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

Matthei septimo: Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines & uos facite illis.

Romanorum secundo: Cum enim gentes quæ legem nō habent, naturaliter ea quę legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, quę ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia eorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominū, secundum Euangelium meum per Iesum Christum.

Augustinus quinquagena secunda psalmo quinq- uagesimo septimo. Versu primo.

Quandoquidem manu formatoris nostri in ipsis cordibus Matth. 17 Lex naturalis ueritas scripsit: Quod tibi non uis fieri alteri ne feceris. Hoc & antequā lex daretur nemo ignorare permisus est, rae à deo in ut esset unde iudicarentur, & quibus lex non esset data. Sed ne corde hoīs sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est in tabulis quod in cordibus non legebant. Non enim scriptum nō habebant, sed legere nolebant. Oppositum est oculis eorum,

Sapien. quod in conscientia uidere cogerent, & quasi forinsecus amo
Quare lex ta uoce Dei, ad interiora sua homo compulsus est dicente scri
Mosaica ptura: In cogitationibus enim imp̄ interrogatio erit. Vbi in
data est. terrogatio, ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quae foris
sunt, etiam à se ipsis exules facti sunt, data est etiam cōscripta
lex. Non quia in cordibus scripta non erat, sed quia tu fugiti
uus eras cordis tui, ab illo qui ubique est comprehendenteris, &

Esaiae 46 ad te ipsum intro reuocaris. Propterea scripta lex quid clamat
eis, qui deseruerūt legem scriptā in cordibus suis? Redite pr̄
uaricatores ad cor. **Quis** enim te docuit nolle accedi ab altero
ad uxorem tuam? **Quis** te docuit nolle tibi furtum fieri? **Quis**

Que docet te docuit nolle iniuriam pati, & quicquid aliud uel uniuersali
lex naturę ter uel particulariter dici potest? Multa enim sunt de quibus
singulis interrogati homines clara uoce respondeant, nolle se
pati. Age si nō uis pati ista, nunquid solus es homo? Nōnne in
societate uiuis generis humani? Qui tecum factus est, socius
tuus est, & omnes facti ad imaginem Dei, nisi terrenis cupidi
tibus conterant, quod ille formauit. **Quod ergo** tibi non uis

Iudicamus fieri, noli alteri facere. Iudicas enim malum esse in eo quod p̄
mala quae ti nō uis, & hoc te cogit nosse lex intima in ipso tuo corde con
scripta. Faciebas, & clamabatur inter manus tuas, quomodo
cogeris redire ad cor tuum, cum hoc pateris inter manus alie
nas? Furtum bonum est? Non: interrogabo, Adulterium bonum

est? Et omnes clamant non. Homicidium bonum est? Omnes
clamat detestari se. Concupiscere rem proximi bonum est?
Non, uox omnium est. Aut si adhuc non cōfiteris, accedit qui
concupiscit rem tuam, placat tibi, & responde quod uis. Oēs

Quod tibi ergo de his rebus interrogati clamant hæc bona nō esse. Rur
sus de beneficijs, non solum de non nocendo, uerum etiam de
non pr̄stanto atq̄ tribuendo interrogatur omnis anima esu
riens, famem patiens. Alius habet panem & redundat ei ultra
sufficientiam, nouit te egere, non dat. Displacet tibi esuriens,

displiceat & satiato cum alterum esurire cognoueris. Peregrin
nus tecto indigens, uenit in patriam tuam, nō suscipitur ille.
Tunc clamat ille, inhumanam esse ciuitatem, facile apud Bar
baros sibi esse potuisse refugium. Sentit iniquitatem, quia pa
titur, tu forte non sentis. Sed oportet ut te cogites peregrini,

Exemplū & uideas, quomodo tibi possit displicere, qui tibi non pr̄st
charitatis, terit, quod tu in patria tua non uis peregrino pr̄stare. Eia tu
redi,

redi, redi præuaricator ad cor, ibi scripta est lex, quod tibi fieri non uis, alij ne feceris.

Esaïæ uicesimoquarto: Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra infecta est ab habitatoribus suis. Quia transgressi legem sunt, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio uorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideo insanient cultores eius, & relinquētur homines pauci.

Hieronymus super illud, libro octauo.

Audiant Iudei, qui se solos legem domini accepisse glorian Propter tur, quod uniuersæ primum Gentes, totusq; orbis naturalē ac transgrescerperit legem, & idcirco postea lex data fit per Moysen, quia sionē legis prima lex dissipata est. De qua Apostolus loquitur: Cum em̄ naturę lex Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt fa Moyſaica ciunt, isti legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt data est. opus legis scriptum in cordibus suis. Qui igitur has leges ob Roma. 2 seruauerint, præmia consequentur, qui autē neglexerint eas, sustinebunt quæ nunc sermo propheticus cōminatur. Et quorū modo in principio benedixit Deus omni creaturæ quam fecerat, sic in consummatione maledicet his qui terreni sunt, &c.

Ambrosius libro de Paradyso, capite octauo.

Quid est enim peccatum, nisi præuaricatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum? Non enim auribus cor Peccatum poris de mandatis cœlestibus iudicamus, sed cum esset Dei uer quid est. bum, opiniones quedā nobis boni & mali pullulauerūt, dum id quod malum est, naturaliter intelligimus esse uitandum, & id quod bonum est, naturaliter intelligimus nobis esse præceptum. In eo igitur uocem domini uidemur audire, quod alia interdicat, alia præcipiat. Et ideo si quis nō obedierit illis, quæ semel à Deo præcepta credimus, pœnæ obnoxius aestimatur. Dei autem præceptum, non quasi in tabulis lapideis atraniens Præceptū to legimus inscriptū: sed cordibus nostris tenemus impressum dei nō atrā spiritu Dei uiui. Ergo opinio nostra sibi legem facit. Si enim mento in Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt scribit, sed faciunt, &c. Opinio igitur humana, sibi tanq; Dei lex est. spiritu.

**Augustinus contra Iulianum Pela . libro quarto,
capite tertio.**

Ideoq; dicuntur sine lege naturaliter quæ legis sunt facere, quia ex gentibus uenerunt ad Euangeliū, nō ex circuncisio ne, cui lex data est, & propterea naturaliter, quia ut crederet, ipsa est in eis per Dei gratiam correcta natura.

Sapientiæ decimo: Hæc illum qui primus formatus est à Deo, pater orbis terræ cum solus esset creatus, custodiuuit, & eduxit illum à delicto suo. Et eduxit illum de limo terræ, & dedit illi uirtutem continendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua per iram homicidij, fraternitas deperiit. Propter quod cū aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia per contemptibile lignum iustum gubernans.

Augustinus ad Hilariū Epistola octogesima nona.

Proinde quoniā lex est etiam in ratione hominis, qui iam Lex naturalis quid est. uititur arbitrio libertatis naturaliter in corde conscripta, qua suggestur ne malū aliquid faciat quisq; alteri, quod pati ipse non uult: secundum hanc legem præuaricati sunt omnes, etiā

Psal. 118 qui legem per Moysen datā non acceperunt, de quibus in Psalmo legitur: præuaricatores aestimauit omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores terræ legem per Moysen datam præuaricauerunt, sed tamen nisi aliquam præuaricassent, non appellarentur præuaricatores. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege, quæ in Paradyso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis: Quæ tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius uincitur, non tamen nisi gratia Dei. Legge autem illa præuaricata quæ est in usu rationis animæ rationalis, in ætate hominis iam ratione uentis, præuaricatores

Præuarica fiant omnes peccatores terræ. Præuaricata uero lege etiam illio, quæ data est per Moysen, multo amplius abūdat delictum. **tio etiā legis Mosai-** Si enim data esset lex, quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut pro missio

missio ex fide I E S V C H R I S T I daretur credentibus. Hęc Galat. 3
 uerba si agnoscis, Apostolica sunt, de qua lege iterum dicit: In eodem,
 Lcx præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen,
 cui promissum est dispositum per Angelos in manu mediato
 ris, C H R I S T V M commendās, cuius gratia salui facti sunt
 omnes, siue paruuli à lege peccati & mortis, cum qua nati su-
 mus: siue maiores, qui male utentes arbitrio uoluntatis, præua-
 ricarunt legem naturalem ipsius rationis: siue qui legem acce-
 perunt, quæ data est per Moy sen, eamq; præuaricantes litera
 occisi sunt. Cum uero etiam Eu angelica præcepta homo præ-
 uaricat, uelut quatri duanus mortuus pütet: nec de illo tamē
 desperandum est propter eius gratiam, qui nō lente dixit, sed
 magna uoce clamauit: Lazare ueni foras.

Iohan. 11

Augustinus in Iohānem, Tractatu quadragesimo
 nono, capite undecimo.

Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de
 Adam peccatum trahit. Vnde dicit Apostolus: Per unum ho- Roma. 5
 minem peccatum intravit in mundum, & cetera. Ecce habes Quatuor
 unum diem mortis, quod homo trahit de mortis propagine. dies mor-
 tis. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem tis.
 sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam: Quod Thobie 4
 tibi non uis fieri, alijs ne feceris. Nunquid de Paganis hoc dici-
 tur, & non in natura ipsa quodammodo legitur? Furtum uis
 pati: Vtique non uis. Ecce lex in corde tuo. Quod non uis pa-
 ti, facere noli. Et hanc legem transgrediuntur homines. Ecce
 alter dies mortis. Data est lex etiam diuinitus per famulum
 Dei Moy sen. Dictum est illuc, non occides, non moechaberis,
 non fallum testimonium dices, honora patrē & matrem, non
 concupisces rem proximi tui. Ecce lex scripta est, & ipsa con-
 temnit. Ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit & Euāge-
 lium, prædicatur regnum cœlorum, diffamatur ubique Chri-
 stus, minatur gehenna, uita promittitur æterna, & ipsa conte-
 minitur. Transgrediuntur homines Eu angelum. Ec-
 ce quartus dies mortis. Merito iam færet.

Nunquid & talibus neganda est mi-
 sericordia? Absit. Etiam ad tales
 dñs excitandos nō dedi-
 gnatur accedere.

72 **D**e lege positiva quæ est diu-

plex, diuina & humana.

Primo de lege diuina siue Mosaica.

Romanorum secundo:

QVICUNQ; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunq; in lege peccauerūt, per legem iudicabuntur.

Tertio: Scimus autem quoniam quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autē iustitia Dei sine lege manifestata est, testificata à lege & prophetis.

Quarto: Si enim qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur.

Quinto: Lex autem subintravit, ut abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, per Iesum Christum, & cætera.

Eodē : Peccatum non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri.

Septimo: Peccatum non cognoui, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Nō concupisces. Sine lege enim peccatum mortuū erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Sed cum uisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem moritus sum, & inuentum est mihi mādatum, quod erat ad ui-

ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occa-
sione accepta, per mandatum seduxit me, & per illud
occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum san-
ctum & iustum & bonum.

Octauo: Nam quod impossibile erat legi, in quo
infirmitabatur per carnem. Deus filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati, & de peccato damna-
uit peccatum in carne, ut iustificatio legis implere-
retur in nobis.

Prima Corinthiorum decimoquinto: Virtus pec-
cati lex.

Galatas secundo: Ego enim per legem, legi mor-
tuus sum. Si em per legem iustitia, ergo gratus Chri-
stus mortuus est.

Galatas tertio: Nam si ex lege hereditas, iam non
ex promissione. Abraham autem per repromotionem
donavit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressio-
nem posita est, donec ueniret semen, cui promiserat.
Lex ergo aduersus missa Dei. Absit. Si enim data
esset lex, quæ posset uiuiscare, uere ex lege esset iusti-
tia. Itaq; lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex
fide iustificemur.

Prima ad Timotheum primo: Scimus autem quia
bona est lex, si quis ea legitime utatur, scientes hoc,
quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subdi-
tis, impis & peccatoribus, & cætera.

Hebræorum septimo: Nihil enim ad perfectū ad-
duxit lex. Capite decimo: Vmbram enim habens lex
futurorum honorum, nunquam potuit accedentes
perfectos facere.

Ambrosius libro de Iacob & uita beata, capite vi.

Quid igitur profuit ut lex promulgaretur, si profutura nō Opus &
e s erat?

utilitas legis Mosay erat: Habebamus iam legem naturę, erat unusquisq; sibi lex, qui opus legis scriptum habebat in corde suo. Illam non tenimus, cur addebat ei altera, in cuius operibus caro non possit iustificari? Accessit uinculum, nō solutio: addita est peccatorum agnitione, non remissio. Peccauimus omnes, qui pertinamus excusationem prætendere per ignorantiam, os obstruum est omnibus. Profuit tamen mihi, cœpi confiteri quod negabam, cœpi delictum meum cognoscere, & iustitiam non operire, cœpi pronunciare aduersus me iniustitiam meam dominū, & tu remisisti impietates cordis mei. Sed & illud mihi prodest, quod non iustificamur ex operibus legis. Nō habeo igitur unde gloriari in operibus meis possim, non habeo unde me iactem, & ideo gloriabor in Christo. Nō gloriaber, quia iustus sum, sed gloriabor, quia redemptus sum. Gloriabor, non quia vacuus sum peccati, sed quia mihi remissa sunt.

Augustinus lib. de litera & spiritu. Cap. ix.

Ostensio
legis Mo-
saycæ.
Ro., 3
Iustitia nō
datur per
legem.

Ostendit enim tantummodo lex, quid faciendum, quidue cauendum sit, ut quod illa ostenderit, uoluntas impleteat, ac sic homo iustificetur. Sed o homo attende quid sequitur: Nunc autem, inquit, sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legē & prophetas. Parum ne insonat surdis! Iustitia, inquit, Dei manifestata est: Hanc ignorant qui suam uolunt constitueré, huic nolunt esse subjecti. Iustitia, inquit, Dei manifestata est: Non dixit iustitia hominis uel iustitia proprię uoluntatis, iustitia Dei, non qua iustus est deus, sed qua induit hominem, cui iustificat impium. Hæc testificata per legē & prophetas, huic quippe testimonium perhibent lex & prophetæ. Lex quidem hoc ipso quod iubendo & minando, & neminem iustificando, satis indicat dono Dei iustificari hominem per adiutorium spiritus. Prophetæ autem, quia id quod prædixerunt, Christi impletuit aduentus. Nā hinc sequitur & adiungit dicens: Iustitia autem Dei per fidē Iesu Christi, hoc est, per fidē qua creditur in Christum. Sicut autem fides Christi dicta est, nō qua credit Christus, sic illa iustitia Dei, non qua iustus est Deus. Vtrunque enim nos strum est, sed ideo Dei & nostri dicitur, quod eius nobis largitatem donat. Iustitia ergo Dei sine lege, nō sine lege manifestata est. Sed iustitia Dei sine lege est, quam Deus per spiritū gratiæ credenti confert sine adiutorio legis, hoc est, non adiurus à lege

à lege. Non utiq; iustificati per legem, non iustificati per pr^o Iustificati priam uoluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius: mur gra non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostentis. ditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sana uoluntas impleat legem, non constituta sub lege, nec indigēs 1. Thi. E. lege. Iusto enim non est lex posita.

Augustinus super Iohannem. Tracta. iii. Ca. i.

Lex per Moysen data est, quæ reos tenebat. Quid enī māit Apostolus: Lex subintravit ut abundaret delictum. Hoc proderat superbis, ut abundaret delictum: Multum enim sibi dabant, & quasi uiribus suis multum assignabant, & non poterant implere iustitiam, nisi adiuuaret ille qui iussicerat. Superbiā illorū uolens domare Deus, dedit legem, tanq; dicens: Ecce implete, ne putetis deesse iubentem: nō deest qui iubeat, sed deest qui implete. Si ergo deest qui implete, unde nō implet? Quia natus cum traduce peccati & mortis, de Adā natus traxit secum quod ibi conceptum est. Cecidit primus homo, & omnes qui de illo nati sunt, de illo traxerunt concupiscentiā carnis. Oportebat ut nasceretur alius homo, qui nullam traxit cōcupiscentiā, homo & homo, homo ad mortē, homo ad uitam, sicut dicit Apostolus: Qm̄ quidē per hominē mors, & 1. Cor. 15 per hominē resurrectio mortuorū. Oēs qui per Christū iustificati, iusti. Non in se, sed in illo. Nam in se si interrogas, Adā In nobis sunt: In illo si interrogas, Christi sunt. Quare: Quia ille caput dominus noster Iesus Christus, non cum traduce peccati uenit, sed tamen uenit cum carne mortali. Mors peccatorum poena erat, in domino munus misericordiæ erat, non poena peccati. Nō habebat ille quare moreretur, & mortuus est: Tu habes quare, & mori dignaris! Dignare æquo animo pati per meritum tuum, quod ille pati dignatus est, ut te à sempiterna morte liberarer. Homo & homo: Sed ille non nisi homo, iste Deus & homo: ille homo peccati, iste homo iustitiae. Mortuus es in Adā, resurge in Christū. Nam utrūq; debetur mortē nob̄i. Iā credidisti in Christū, reddes tñ quod debes de Adā. Sed stram oē non te in eternum tenebit uinculū peccati: quia mortem tuā cedit. Mors Christi Mortuus es in Adā, resurge in Christū. Nam utrūq; debetur mortē nob̄i. Iā credidisti in Christū, reddes tñ quod debes de Adā. Sed stram oē non te in eternum tenebit uinculū peccati: quia mortem tuā cedit. Eternā occidit mors temporalis Domini Dei tui. Ipsa est gratia fratres mei, ipsa est ueritas, quia promissa & exhibita. Non erat ista in ueteri testamento, quia lex minabatur non opitulaba

utilitas legis erat: Habebamus iam legem naturę, erat unusquisque sibi lex, qui opus legis scriptum habebat in corde suo. Illam non tecum nullus, cur addebat ei altera, in cuius operibus caro non possit iustificari? Accessit uinculum, nō solutio: addita est peccatorum agnitione, non remissio. Peccauimus omnes, qui poterimus excusationem prætendere per ignorantiam, os obstruum est omnibus. Profuit tamen mihi, cœpi confiteri quod negabam, cœpi delictum meum cognoscere, & iustitiam non operire, cœpi pronunciare aduersus me iniustitiam meam dominō, & tu remisisti impietates cordis mei. Sed & illud mihi prodest, quod non iustificamur ex operibus legis. Nō habeo igitur unde gloriari in operibus meis possim, non habeo unde me iactem, & ideo gloriabor in Christo. Nō gloriaber, quia iustus sum, sed gloriabor, quia redemptus sum. Gloriabor, non quia vacuus sum peccati, sed quia mihi remissa sunt.

Augustinus lib. de litera & spiritu. Cap. ix.

Ostensio
legis Mo-
saycæ.
Ro. 3
Iustitia nō
datur per
legem

Ostendit enim tantummodo lex, quid faciendum, quidue cunctum sit, ut quod illa ostenderit, uoluntas implete, ac sic homo iustificetur. Sed ô homo attende quid sequitur: Nunc autem, inquit, sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legē & prophetas. Parum ne insonat surdis? Iustitia, inquit, Dei manifestata est? Hanc ignorant qui suam uolunt constituerent, huic nolunt esse subiecti. Iustitia, inquit, Dei manifestata est: Non dixit iustitia hominis uel iustitia proprię uoluntatis, iustitia Dei, non qua iustus est deus, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. Haec testificata per legē & prophetas, huic quippe testimonium perhibent lex & prophetæ. Lex quidem hoc ipso quod iubendo & minando, & neminem iustificando, satis indicat dono Dei iustificari hominem per adiutorium spiritus. Prophetæ autem, quia id quod predixerunt, Christi impleuit aduentus. Nā hinc sequitur & adiungit dicens: Iustitia autem Dei per fidē Iesu Christi, hoc est, per fidē qua creditur in Christum. Sicut autem fides Christi dicta est, nō qua credit Christus, sic illa iustitia Dei, non qua iustus est Deus. Vtrunque enim nos strum est, sed ideo Dei & nostri dicitur, quod eius nobis largitate donat. Iustitia ergo Dei sine lege, nō sine lege manifesta est. Sed iustitia Dei sine lege est, quam Deus per spiritū gratiae credenti confert sine adiutorio legis, hoc est, non adiutus à lege

Lege. Non utiq*ue* iustificati per legem, non iustificati per pro*pter* Iustificati priam uoluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius: mur gratia non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostentis. ditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sana uoluntas impleteat legem, non constituta sub lege, nec indigēs. *I. Th. 2.* lege Iusto enim non est lex posita.

Augustinus super Iohannem. Tracta. iii. Ca. i.

Lex per Moysen data est, quae reos tenebat. Quid enim in maiestate Rom. 5 Apostolus: Lex subintravit ut abundaret delictum. Hoc prōderat superbis, ut abundaret delictum: Multum enim sibi dabant, & quasi uiribus suis multum assignabant, & non poterant implere iustitiam, nisi adiuuaret ille qui iusserat. Superbiā illorū uolens domare Deus, dedit legem, tanq*ue* dicens: Ecce implete, ne putetis deesse iubentem: nō deest qui iubeat, sed deest qui implete. Si ergo deest qui implete, unde nō implete? Quia natus cum traduce peccati & mortis, de Adā natus traxit secum quod ibi conceptum est. Cecidit primus homo, & omnes qui de illo nati sunt, de illo traxerunt concupiscentiā carnis. Oportebat ut nasceretur alius homo, qui nullam traxit cōcupiscentiā, homo & homo, homo ad mortē, homo ad uitam, sicut dicit Apostolus: Qm̄ quidē per hominē mors, & *i. Cor. 15* per hominē resurrectio mortuorū. Oēs qui per Christū iustificati, iusti. Non in se, sed in illo. Nam in se si interrogas, Adā In nobis sunt: In illo si interrogas, Christi sunt. Quare: Quia ille caput dominus noster Iesus Christus, non cum traduce peccati mus, in uenit, sed tamen uenit cum carne mortali. Mors peccatorum Christo pœna erat, in domino munus misericordiae erat, non pœna iusti. peccati. Nō habebat ille quare moreretur, & mortuus est: Tu habes quare, & mori dignaris! Dignare & quo animo pati per meritum tuum, quod ille pati dignatus est, ut te à scipione terna morte liberaret. Homo & homo: Sed ille non nisi homo, iste Deus & homo: ille homo peccati, iste homo iustitiae. Mors tu es in Adā, resurge in Christū. Nam utrūq*ue* debetur mortē notibili. Iā credidisti in Christū, reddes tñ quod debes de Adā. Sed fratrem oē non te in eternum tenebit uinculū peccati: quia mortem tuā cedit. Eternā occidit mors temporalis Domini Dei tui. Ipsa est gratia fratres mei, ipsa est ueritas, quia promissa & exhibita. Non erat ista in ueteri testamento, quia lex minabatur non opitulabā

opitulabatur, iubebat, non sanabat: languorem ostendebat, non auferebat: sed illa præparabat medico uenturo cum gratia & ueritate, tanquam ad aliquem quem curare uult medicus, mitrat primum seruum suum, ut ligatum illum inueniat. Sanus non erat & sanari nolebat, & ne sanaretur, sanum se esse iactabat. Milla lex est, ligauit eum, inuenit se reum, iam clamabat de ligatura. Venit dominus, curat amaris aliquantum & acribus medicamentis: Dicit enim ægroto, fert: dicit, tolera: dicit, noli diligere mundum, habeo patientiam, curet te ignis continentia, ferrum persecutio nis tolerent uulnera tua. Expauescebas qui fuisti ligatus, liber ille & non ligatus bibit quod tibi dat: Prior passus est Dei, ut te consolaretur, tanquam dicens: Quod times pati pro te, prior patior pro te. Hæc est gratia & magna gratia. **Quis** il lam digne collaudat? De humilitate Christi loquor fratres mei: Maiestatem Christi & diuinitatem quis loquitur expli cando & dicendo & cætera.

Quarto Esdræ tertio: Nunquid meliora facit Babylon quam Syon, aut alia gens cognouit te, præter Israel? Aut quæ tribus credidit testamentis tuis, sicut Jacob: quarum merces non comparauit neque labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & uidi abundantes eas, & non memorates mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in seculo, & non inuenietur nomen tuum nisi in Israel. Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram, aut quæ gens sic obseruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua: gentes autem non inuenies.

In eodem Capitulo decimoquarto. Positum est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, uel qui incipient opera & cætera.

Johann.

Lex ligat infirmum non sanat.

Beneficia liber ille & non ligatus bibit quod tibi dat: Prior passus est Dei, ut te consolaretur, tanquam dicens: Quod times pati pro te, prior patior pro te. Hæc est gratia & magna gratia. **Quis** il lam digne collaudat? De humilitate Christi loquor fratres mei: Maiestatem Christi & diuinitatem quis loquitur expli cando & dicendo & cætera.

N A T V R A L I.

77

Iohannis primo: Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Christum facta est.

Iohannis seprimo: Nonne Moyses dedit uobis legem? Et nemo ex uobis facit legem.

Exodi uigesimo: Non concupisces.

Augustinus libro de litera & spiritu. Cap. iiiij.

Non concupisces apertissimum saluberrimumq; præceptū est, quod si quis impleuerit, nullum habebit omnino peccatū. Roma. 7
 Nam hoc ideo Apostolus elegit generale quiddam quo cun-
 tra complexus est, tāquam hæc esset uox legis ab omni pecca-Mandatū
 to prohibentis, quod ait: Non concupisces. Neq; enim ullum Non con-
 peccatum nisi concupiscendo committitur. Proinde quæ hoc
 præcipit bona & laudabilis lex est. Sed ubi spiritus sanctus nō
 adiuuat, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiā
 bonam hoc est, charitatem diffundens in cordibus nostris, il-
 la lex quamvis bona, auget prohibendo desiderium malum.
 Nescio enim qn̄o hoc ipsum quod concupiscitur, fit iucundius Nitimur
 dum ueratur. Et hoc est quod fallit peccatū per mandatū, & in uetus.
 Per illud occidit, cum accedit etiam præuaricatio, quæ nulla
 est ubi lex non est.

Augustinus ad Hilarium. Epistola lxxxix.

Nam & lex ipsa in hoc adiutorium data est illis, qui ea legi-Exodi. 20
 gitime utuntur, ut per illam sciant, uel quid iustitiae iam ac-
 ceperint, unde gratias agat, uelquid adhuc eis desit, quod in-
 stranter petant. Qui autem sic audiunt, quod lex ait: Non cō-
 cupisces, ut hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec Auditus le-
 adiutorio gratiæ Dei ad faciendum quod iussum est dari si-gis tātum
 bi uirtutem credant & petant, ad hoc eis lex subintravit, ut nō sufficit
 abundaret delictum. Nam interim ut omittamus legis mul-
 ta præcepta, & hoc inde commemoremus quod ad cōmemo-
 randū elegit Apostolus, cum dicit lex: Non concupisces, quid
 uideš aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continē-
 tiā? Anim⁹ quippe uelut pōdere, amore fertur quocūq; fert. Roma. 13
 Iubemur itaq; detrahere de pōdere cupiditatibus, qd accedit ad
 pōdus charitatis, donec illud cōsumatur, hoc perficiatur. Ple-
 nitudo em⁹ legis charitas. Et tamen de ipsa continentia uide
 quid scriptum sit; Et cum scirem, inquit, qd nemo potest esse
 continens

Concupis- continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiētiæ, scire cūius centia ipsa esset hoc donum: adij dominum, & deprecatus sum illum. Nū- est donum quid dixit: Et cum scirem quia nemo potest esse continēs, nisi Dei.

Sapient. 8 re à meipso esse hoc donū: Non planè hoc dicit, qđ quidam in Contra li- sua uanitate dicūt, sed quod fuit in sanctæ scripturæ ueritate berum ho dicendū. Cum scirē, inquit, quia nemo esse potest continēs, nisi minis arbi Deus det. Iubet ergo Deus continentiā, & dat continentiam. triūm.

Iubet per legem, dat per gratiā. Iubet per literā, dat per spiri-
tum. Lex em̄ sine gratia facit abūdare delictū, & litera sine spi-
ritu occidit. Iubet ideo, ut facere iussa conati, & in nostra infir-

mitate sub lege fatigati, adiutoriū gratiē poscere nouerimus,
& si quid facere poterimus operis boni, ei qui adiuuat non si-
mus ingrati. Neque enim uoluntatis arbitriū ideo tollitur
quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. Qui igit̄ ideo
dicit, adiutor meus esto, confitetur se uelle implere quod ius-
fit, sed ab eo qui iussit, adiutoriū poscere ut possit. Ad abun-
dantiam igit̄ delictorū lex nos docet, quid uelle debeamus,
nisi adiuuet gratia, ut quod uolumus ualeamus, & quod ua-
luerimus, impleamus.

Augustinus de nuprijs & concupiscentia ad Vale- rium libro primo, capite uicesimo septimo.

Roma. 7 Non enim quod uolo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio, id est, concupisco, quia & hoc nollet facere, ut esset omni ex parte beatus. Si autem quod nolo, inquit, hoc facio, consentiō legi quoniam bona est, quia hoc & illa non uult qđ

Non qđ uo- & ego nolo. Non uult eñ ut concupiscā, quæ dicit: Non cōcu-
lunt bonū pīces, & ego nolo concupiscere. In hoc itaq; cōsentiant, uolū-
hoc agūt. tas legis, & mea. Vez quia cōcupiscere nolebat, & tamen con-

Exodi 20 cupiscebat, sed eidē concupiscentiæ nequaq; consentiendo ser-
uiebat, adiunxit atq; ait: Nunc autem iam non ego operor il-
lud, sed id quod habitat in me peccatum.

Augustinus contra Julianū lib. tertio, capitulo ultimo.

Roma. 7 Velle adiacet mihi, perficere autem bonum nō inuenio. Vel
sicut Græci codices habent, Velle adiacet mihi, perficere autē
bonum non, id est, non mihi adiacet perficere bonū. Non ait
facere, sed perficere bonum, quia facere bonum, est post con-
cupiscentias non ire. Perficere autem bonum, est non concu-
piscere,

piscere. Quod ergo est ad Galatas, Concupiscentias carnis ne Galat. & perfeceritis, hoc econtrario est ad Romanos. Perficere autem Roma. & bonum non inuenio: Quia nec illæ perficiuntur in malo, quâdo eis non accedit nostræ uoluntatis assensus, nec nostra uo- Facere & luntas perficitur in bono, quandiu illarum cui non consenti- perficere mus permanet motus. Ipse autem conflictus, in quo etiam ba bonū q̄mo ptisati uelut agone decertant, cum caro concupiscit aduersus do differēt spiritum, & spiritus aduersus carnem, ubi & spiritus facit bo- num opus, non consentiendo concupiscentiæ male, sed nō per sicut, quia ipsa mala desideria nō absunt: & caro facit malum desiderium, sed nec ipsa perficit, quia non sibi consentiente spi- ritu, & ipsa ad opera damnanda non peruenit.

**Idem Augustinus contra eundem libro quarto, ca-
pite secundo.**

Nescio quomodo etiam castæ animæ in turpes labuntur as- sensus, quæ si imputaret altissimus, quis uiueret castus? Hoc in quam malum, cur non extirpatur de continentium carne san- etorum? Sed quia in ista humana miseria peior hostis est caue Quare cōda superbia, ideo nimis non penitus extinguitur in carne cupiscētia continentium sanctorum ista concupiscentia, ut dum pugna- manet in tur aduersus eam, periculorū suorum animus admoneat, ne renatis. securus infletur, donec humana fragilitas ad tātam perfectio nem perueniat sanitatis, ubi nulla putredo lasciuia, nullus tu- mor superbiae formidetur.

Augusti.lib. i. Retracta. capite decimonono.

Omnia mandata Dei implentur, quando quicquid non fit ignoscitur.

**Secunda Corinthior. tertio: Litera enim occidit, spi-
ritus autem uiuificat. Quod si ministratio mortis, li-
teris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut nō
possent intēdere filij Israēl in faciem Moysi propter
gloriam uultus eius quæ euacuatur, quomodo nō ma-
gis ministratio spiritus erit in gloria?**

**Augustinus libro secundo, capite septimo contra
aduersarium legis & prophetarum.**

Quia ergo dicta est lex ministratio mortis in Ihesu formata la- Ministra-
pideis,

DE LEGE

tio mortis pideis, hinc existimat qd morti ministrauerit Moyses, id est, mortis auctori, maligno scilicet spiritui, quem mudi huius iste opinatur autorem: ignorans ministrationem mortis dictam legem, secundum illud: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Lex enim quamvis iusta & sancta & bona, praeuaricatoribus intulit mortem, quos Dei gratia non adiuuat ad iustitiam legis implendam. Oportebat enim ut in ueteri testamento lex imponeretur superbis, & de suæ uoluntatis uirtute fidentibus, quæ non daret iustitiam, sed iuberet: Ac sic morte præuaricationis impliciti, ad gratiam confugerent, non iubentem tantummodo, sed iuuantem, quæ in nouo testamento est reuelata. Hinc putant isti diuinorum eloquiorum blasphematores, malam fuisse legem quæ dara est per Moysen, quia dicta est ministratio mortis in literis figurata lapideis: non intuentes propter illos esse dictum, quisuo libero arbitrio legem suffice re arbitrabantur, & spiritu gratiæ non adiuti, rei præuaricationis, sub eiusdem legis litera tenebatur. Neq; enim legis præuaricatio mala esset, nisi lex ipsa bona esset. Quid ergo miru si illa dicta est ministratio mortis, ubi litera occidit, malu prohibendo quod sit, & bonum imperando quod non sit: ista uero dicta est ministratio spiritus utiq; uiuificantis, ut à præuaricationis morte surgamus, & iustitiam non rei legamus in tabulis, sed liberi in cordibus & in moribus habeamus: hoc est testamentum nouum, distans à ueteri, quia ibi uetus homo formidinis coartatur angustijs, hic nouus homo spaciatur latitudine charitatis. Prohibitio enim peccati quod lex est, auget profecto desiderium peccandi. Quod non extinguitur, nisi contrario desiderio recte faciēdi, ubi fides per dilectionē operat.

Litera le-
gis sine spi-
ritu non
sufficit.

Vetus &
nouus ho-
mo.

Romanorum septimo: Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

Augustinus de uerbis Apostoli Ser. vi.

1. Cor. 15 Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Ac Iesus autem mortis est peccatum, uirtus autem peccati lex, quia ex prohibitione auctum est desiderium, non extinctum. Lex peccato dedit uirtutem tantummodo per literā iubendo, non per spiritum subueniendo. Lex enim iubebat & non implebat, quia caro ubi nō erat gratia invictissime resistebat, & lex in-

Roma. 8 firmabatur per carnem, quia lex spiritalis est, ego autem car-

nalis

nalis sum. Quomodo ergo mihi lex opitularetur iubens per literā, & mīndans per gratiam? Infirmitabatur per carnē. Quid Lex infirmitabatur per carnem? Deus cum hoc impossibile esset legi, & infirmitabatur per carnem? Deus filium suum misit. Per quid infirmitabatur lex, carnem? & propter quid erat hoc impossibile legi? Infirmitabatur per carnem. Quid ergo Deus? Contra carnem misit carnem. Peccatum enim carnis occidit, carnis substantiam liberauit. Misit Deus filium suum in similitudinē carnis peccati. In carne qui Roma. 8 dem uera, sed nō in carne peccati. Quod ergo impossibile erat legi, quæ faciebat prævaricationem, quia nondum mens conuicta quæsierat saluatorem, in quo infirmitabatur per carnem, misit Deus filij suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Quomodo ergo non habebat peccatum, si de peccato damnauit peccatum? Peccatum uero Peccatum habatur in lege sacrificium pro peccato. Assidue lex hoc comuocat etiā memorat. Non semel, non iterum, sed saepissime peccata dicebantur sacrificia pro peccatis. Tale peccatum erat Christus. Quid enim dicamus? Peccatum habebat. Absit. Peccatum non habebat, & peccatum erat. Peccatum erat, dixi secundum intelligentiam, quia sacrificium pro peccato, & cetera.

Galatas tertio: Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.

Hieronymus libro commentariorum in Epistola ad Galatas.

Pædagogus parvulus assignatur, ut lascivius refrenetur Pedagogus, etas, & prona in uitia corda teneatur, dum tenera studijs eruuntur est lex. dirur infantia, & ad maiores philosophiæ ac regendæ Reipublicæ disciplinas metu pœnæ coercita præparatur. Non tam pædagogus magister & pater est, nec haereditatē & scientiam pædagogi, is qui eruditur expectat, sed alieni custodit filium pædagogus, ab eo postquam ille ad legitimum capienda hæreditatis tempus aduenierit recessurus. Deniq; & nomen pædagogi hoc ipsum sonat, & est compositum ab eo quod pueros agat, id est, ductet. Itaq; & Moysi lex populo lascivienti ad instar pædagogi severioris apposita est, ut custodiret eos, & futuræ fidei præpararet, quæ postquam uenit, & credidimus in Christum, iam non sumus sub pædagogo, tutor à nobis curaturq; discedunt, & legitimum tempus gratis inuenientes, ueri filij f Dei

Liberatur à pædagogo p
fidei.

Dei nominamur, cui nos generat non lex abolita, sed mater si
des quæ est in Christo Iesu.

Leuitici uice simo sexto: Si in præceptis meis ambu
laueritis, & mādata mea custodieritis, & feceritis ea,
dabo uobis pluuias temporibus suis, & cætera: Si am
bulaueritis ex aduerso mihi, nec uolueritis audire me
addam plagas uestras.

Autorita- Deuteronomij tricesimo: Considera quod hodie
tates legis, proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, & e
contrario mortem & malum, ut diligas dominum
Deum tuum, & ambules in uijs eius, & custodias mā
data illius, & cætera. Sin autem auersum fuerit cor
tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus ado
raueris deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi ho
die quod pereas.

Deuteronomij undecimo: En propono in conse
ptu uestro hodie benedictionē & maledictionē. Bene
dictionem, si obedieritis mandatis domini Dei uestri
quæ ego hodie præcipio uobis. Maledictionē, si non
obedieritis mandatis domini Dei uestri.

Esaiæ quadragesimo quinto: Cōuertimini ad me,
& salui eritis omnes fines terræ.

Ezechielis decimo octavo: Conuertimini & agite
pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris.

Iohelis secundo: Cōuertimini ad me in toto corde
uestro. Et cōuertimini ad dominū Deum uestrum.

Zachariæ primo: Cōuertimini ad me ait dominus
exercituum, & conuertar ad uos, & cætera.

Augustinus libro de libero arbitrio & gratia, ca
pite quarto.

Voluntas Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne for
bona Dei nitiones & adulteria committantur, indicant aliud quam
donū est, liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo ha
beret

beret propriam uoluntateni, qua diuinis præceptis obediret.
Et tamen Dei donum est sine quo seruari præcepta non pos-
sunt. Paulus. Noli uinci à malo, sed uince in bono malū. Quod Rom. 13
tamen ut frat adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit
nisi uirtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores
uires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ.

Ex capite decimo sexto: Magnum aliquid Pelagiani se scire
putant, quando dicunt: Non iuberet Deus quod sciret nō pos-
se ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua quæ
non possumus, ut nouerimus quid ab illo petere debeamus.
Ipsa est enim fides, quæ orando impetrat quod lex imperat,
Denique ipse qui dixit: Si uolueris, conseruabis mandata. In
eodem libro Ecclesiastico aliquanto post dicit: Quis dabit in
ore meo custodiā, & cætera. Certum est nos mandata serua-
re si uolumus, sed quia præparatur uoluntas à domino, ab il-
lo petendum est ut tantum uelimus, quantum sufficit ut uo-
lendo faciamus. Certum est nos uelle cum uolumus, sed ille
facit ut uelimus bonum, de quo dictum est: A domino gressus
hominis dirigentur, & uiam eius uolet. De quo dictum est:
DEVS est qui operatur in nobis uelle & operari. Certum est
nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, præbendo ui-
res efficacissimas uoluntati qui dicit: Faciam ut in iustifi-
cationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & fa-
tiatis.

Capite decimo octavo: Cur ergo dictū est: Diligam inuicē, 1. Johan. 4
quia dilectio ex Deo est, nisi quia præcepto admonitum est li-
berum arbitriū, ut quereret Dei donum? Quod quidem si-
ne suo fructu prorsus admoneret, nisi prius acciperet aliquid
dilectionis, ut addi sibi quereret, & unde quod iuberetur im-
pleret. Cum dicitur, diligamus inuicem, lex est, cum dicitur,
quia dilectio ex Deo est, gratia est.

Capite decimonono: Iohannes dicit, Deus dilectio est. Et Pe-
lagiani etiam ipsum Deum non ex Deo, sed ex semetipsis ha-
bere se dicunt: & cum scientiam legis ex Deo nobis esse fatean-
tur, charitatem ex nobisipsis uolunt. Nec audiuit Apostolum
dicentem: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Fidem aut
ptum est: A facie eius scientia & intellectus procedit. Et scri-
ptum est: Charitas autem ex Deo est.

Deus qua-
re iubet ea
quæ non
possumus.
Eccle. 22
In eodem,
Deus facit
ut bonum
uelimus.
Psal. 36
Philip. 2

Dilectio

Pelagiano
rum error
1. Cor. 9

1. Johan. 4

eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populū. Et nō docēbit unusquisque proximū suum, & unusquisq; fratrem suum dicens, cognosce dominū, quoniam omnes scīēt me à minore usque ad maiorem eorum, quia prop̄tius ero iniquitaribus eorum.

Hiero.lib.vi.Cōment.In Hiere. Fo.clxij.

Dubitat de autore epi-
stole ad He-
braeos.

Testamen-
tū sive pa-
ctū qd est.

Hoc testimonio Apostolus Paulus, sive quis alius qui scripsit epistolam ad Hebraeos, usus est, omnesq; deinceps Ecclesiastici uiri, in primo saluatoris aduentu dicunt universa cōpleta, & nouum testamentum, hoc est, Euangeliū, successisse ueteri testamento, à quo legem literāe lege spiritus commutatam, ut omnia quoq; sacrificia & circuncisio, & sabbatū spiritaliter cōplerentur. Quod autē pactum pro testamento ponimus, Hebraicæ ueritatis est, licet testamentū recte pactū appelletur, quia uoluntas in eo atq; testatio eorū qui pactū inerunt cōtinetur. Quādo educitus est Israēl de terra Aegypti, tan ta Dei in populo familiaritas fuit, ut manū eorum apprehēdisse dicitur, & dedisse pactum quod illi fecerunt irritum, & propterea dominus neglexit eos. Nunc autem in Euangelio post crucem, resurrectionem, & ascensionem dare se pactum, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus pollīetur. Cumq; scriptum fuerit domini testamentum in mente credentium, ipsum esse eis in Deum, & illos esse in populū, ut nequaq; Iudaicos quererant magistros, & traditiones & māda ta hominū, sed doceantur à spiritu sancto, si tamen audire mereantur: Templum Dei estis uos, & spiritus Dei habitat in 1. Cor. 3 uobis. Spiritus autē spirat ubi uult, & diuersas habet gratias. Noticia unius Dei, omnium uirtutū possessio est. Et hoc, in Dei, quiet, sicut, quia prop̄tius ero iniquitati eorum, & peccati eoru non recordabor amplius.

Primo Regū decimo: Et cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem prophetarū descendētium de excelsō: & ante eos psalterium & tympanum & tybiam, & citharam, ipsosq; prophetātes. Et insiliet in te spiritus domini & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum aliū. Cum ergo euenerint si gna

gna hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenierit manus tua, quia dominus tecum est.

Threnorum primo: De excelsis misit ignē in offi-
bus meis, & erudiuit me. Expādit rete pedibus meis,
& conuertit me retrorsum.

Iob uicesimotertio: Deus molliuit cor meum: &
omnipotēs cōturbauit me. Non em̄ perij propter im-
minentēs tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

Esaiae quadragesimotertio: Et omnem qui inuo-
cat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, for-
maui eum, & feci eum.

Bernardus ad Cartusienses Epistola undecima.

Lex domini immaculata conuertens animas, quod sola ui- Psalm. 18
delicet sit, quæ ab amore sui & mūdi auertere possit animum, Lex dñi
& in Deum dirigere. Nec timor quippe nec amor priuatus cō animas cō
uertit animā. Mutant interdum uultum uel actum, affectum uertens.
nunq̄. Facit quidem etiam seruus nonnunq̄ opus Dei, sed quia
non sponte, in sua adhuc duritia permanere conuincitur. Fa-
cit & mercenarius, sed quia non gratis, propria trahi cupid-
itate cognoscit. Porro ubi proprietas, ibi singularitas. Vbi aut̄
singularitas, ibi angulus. Vbi uero angulus, ibi sine dubio for-
des & rubigo. Sit itaq; seruo sua lex timor ipse, quo confrin-
gitur. sit mercenario sua cupiditas, qua & ipse arctatur, quan-
do ab ipsa tentatur abstrectus & illectus. Sed haꝝ nulla aut si
ne macula est, aut animas cōuertere potest. Charitas uero cō Lex chari-
uertit animas, quas facit & uolūtarias. Porrò in eo eam dixe- tatis non
rim immaculatā, quod nil sibi de suo retinere cōfuerit. Cui nē querit quæ
pe de proprio nihil inest, totum profecto quod habet Dei est. sua sunt.
Quod autē Dei est, immundum esse non potest. Lex ergo do-
mini immaculata charitas est, quæ non quod sibi utile est que-
rit, sed quod multis. Lex autem domini dicitur, siue quod ipse
ex ea uiuat, siue quod eam nullus nisi eius dono possideat. Nec
absurdum uideatur, quod dixi etiam Deum uiuere ex lege,
cum non alia dixerim, quam charitate. Quid uero in summa
& beata illa trinitate, summan & ineffabilem illam cōseruat
unitatem, nisi charitas? Lex est ergo, & lex domini charitas, Christ⁹ u
quæ

uit etiam quæ trinitatem in unitate quodammodo cohibet, & colligat ex lege. in uinculo pacis. Nemo tamen me æstimet charitatem hic accipere qualitatē, uel aliquod accidens, alioquin in Deo dicerē (qd absit) esse aliquid qd Deus nō est, sed substantiā illam diuis

Iohan. 4 nam qd utiq; nec nouū nec insolitū est, dicente Iohanne: Deus Charitas ē charitas est. Dicitur ergo recte charitas & Deus, & Dei donū, Deus & dei Itaq; charitas dat charitatē, substantia accidentalem. Hæc est donum. lex æterna creatrix & gubernatrix uniuersitatis. Siquidē in pondere & mensura & numero per eam facta sunt uniuersa, & nihil sine lege relinquitur, cum ipsa quoq; lex omnium sine lege non sit, non tamen alia q seipsa, qua & seipsam & si non

Sapient. 11 creavit, regit tamen. Cæterum seruus & mercenarius habent legem, non à domino, sed quam ipsi sibi fecerunt, ille Deū nō amando, iste plus aliud amando. Habent inquam legem non

Legem no bisipsis fe cimus. domini, sed suam, illi tamen quæ domini est subiectam. Et qui dem suam sibi quisq; legem facere potuerunt, non tamen eam incommutabili æternæ legis ordini subducere potuerūt. Tūc autem dixerim queng; sibi suam fecisse legem, quando cōmis ni & æternæ legi propriā prætulit uoluntatē, peruerse utiq;

Eccle. 4 uolens suū imitari creatorē, ut sicut ipse sibi lex suiq; iuris est: ita is quoq; seipsum regeret, & legem sibi suam faceret uoluntatem, graue utiq; & importabile iugum super omnes filios

Roma. 4 Adam, heu inclinans & incuruans ceruices nostras, adeo ut ui ta nostra inferno appropinquauerit. Infelix ego homo, quis

Job 7 me liberabit de corpore mortis huius? Quo utiq; sic premor, ut nisi quia dñs adiuuit me, paulominus habitatset in inferno

Propria uoluntas grauis est sarcina. anima mea. Sub hoc onere grauat⁹ gemebat, qui dicebat: Quare posuisti mihi contrariū tibi, & factus sum mihi meti ipsi grauis? Domine Deus meus cur nō tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatē meam, ut abiecta graui sarcina proprie uolūtatis, sub leni onere charitatis respirē, nec iam seruilitiore coērcear, nec mercenaria cupiditate illiciar, sed a-

Roma. 8 gar spiritu tuo, spiritu libertatis, q aguntur filij tui, qui testimoniū reddat spiritui meo qd & ego sim unus ex filijs, dum

Roma. 13 eidem lex mihi quæ & tibi, & sicut tu es, ita & ipse sim in hoc mundo? Hi siquidem qui hoc faciunt qd ait Apostolus: Nemini quiq; beatatis nisi ut inuicē diligatis, proculdubio sicut Deus est, & ipsi sunt in hoc mundo, nec serui sunt nec mercenarii sunt, sed filij. Itaq; nec filij sunt sine lege, nisi forte aliq; aliter sentiat

sentiat, propter hoc quod scriptum est, iustis non est lex posita. ^{1. Timo. x}
 Sed sciendum est quod alia lex est promulgata a spiritu sancto. Lex liber-
 uitatis in timore, alia a spiritu libertatis data in suavitate. ^{tatis & ser-}
 Nec sub illa coguntur esse filii Dei, nec sine ista patiuntur. Vis uitatis.
 audire quia iustis non est lex posita? Non accepistis (inquit)
 spiritum seruitutis iterum in timore. Vis audire quod ramen
 fine lege charitatis non sint? Sed accepistis (ait) spiritum ado-
 ptionis filiorum. Denique audi iustum utrumque de se fatentem,
 & quod non sit sub lege, nec tamē sit sine lege. Factus sum (in Legē cha-
 ritatis) his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cum ipse non
 essem sub lege. His qui sine lege erāt, tanquam sine lege essem, ^{Roma. 8} ni habent.
 cum fine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi. Vnde
 apte non dicitur: Iusti non habent legem, aut iusti sunt sine
 lege, sed iustis non est lex posita, hoc est, non tanquam iniurias
 imposita, sed uoluntarijs eo liberaliter data, quo suauiter in-
 spirata. Vnde & pulchre dominus ait: Tollite iugum meum
 super uos. Bona itaque lex charitas & suauis, quae non solum le-
 uiter suauiterque porratur, sed etiam seruorum & mercenario-
 rum leges portabiles ac leues reddit, quas utique non destruit,
 sed facit ut impleantur, dicente domino: Non ueni legem sol-
 uere, sed adimplere. ^{1. Cor. 9} ^{Iustis non} ^{est lex po-}
^{sita.} ^{Mat. 11} ^{Mat. 5}

De operibus legis.

Augustinus libro Expositionum in Epistolam ad Galatas Capite tertio.

SCIRE prius debet quis, opera legis bipartita esse. Nam Legis ope-
 partim in sacramētis, partim uero in morib⁹ accipium Legis ope-
 tur. Ad sacramenta pertinent, circuncisio carnis, sabbati
 tum temporale, nomeniæ, sacrificia atque omnes huiusmodi
 innumerabiles obseruationes. Ad mores autem: Non occides, ^{Legis ope-}
 non moechaberis, non falsum testimonium dices, & talia cœ-
 tera. Nunquid nam ergo Apostolus ita potest curare, utrum Sacra-
 Christianus homicida, aut moechus sit, an castus atque inno-
 cens, quemadmodum non curat utrum circumcisus carne an
 præputius sit? Nam haec omnia exponuntur Christianis, ^{ta ueteris}
 ut quid ualeant tantummodo intelligent, etiam facere non
 cogantur, in obseruationibus si non intelligantur, seruitus
 sola est. ^{testamēti} ^{qd ualeat} ^{Christia-} ^{nis.}

Augustinus contra duas epistolas Pelagiani ad Bonifacium libro tertio. Capitulo quarto.

Exceptis quippe librorum ueterum sacramentis, quæ sola Lex morū significandi ratiōe præcepta sunt, quāquam & in eis spirituā Moysi liter intelligenda sunt, recte lex dicitur spiritalis. Cætera ue tradita et ro quæ ad pietatem bonosq; mores pertinentia, non ad alijs à nobis quam significationē ulla interpretatiōe referendā, sed prorsuari sūs ut sunt dicta, facienda sunt. Profecto illam Dci legem, nō debet. solum illi tunc populo, uerum etiam nunc nobis ad instituēdam recte uitā necessariam nemo dubitauerit. Si enim Christiani stus nobis abstulit illud grauiſſimum multarum obſeruatiōnū iugū, ne carnaliter circuncidamur, ne pecorū uiētias immolemus, ne sabbato septeno dierū uolumine redeūte, ab liberati operibus etiā necessarijs quiescamus, & cetera huiusmodi, sed sunt.

Oia præcepta decalo gi seruāda sunt opere externo pter unū.

ea spiritualiter intellecta teneamus, remotisq; umbris significantibus in rerum ipsarum quæ significātur luce uigilemus, nunquid propterea dicturi sumus, non ad nos pertinere qd scriptū est, ut alienū quodcūq; perditum quisq; inuenierit, red dat ei qui perdidit, & alia multa similia, quib; pie recte, ui uere discif, maximeq; ipsum decalogū, qui duabus illis tabulis lapideis continentur, excepta sabbati obſeruatione carnali, quæ spiritualem sanctificationē quietēq; significat. Quis em dicat non debere obſeruare Christianos, ut uni deo religio nis obſequio seruiaf, ut idoli non colatur, ut nomen dñi nō accipiatur in uanū, ut parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia perpetren, ne uxor, ne oīores ulla concupiscatur aliena? Quis est tam impius, qui dicat ideo se ista legis nō custodiare præcepta, quia est ipse Christianus, nec sub lege, sed sub gratia constitutus? Verū hæc plane magna distractio est, quod faciunt ista sub lege positi, quos li tera occidit, terrenā felicitatē uel cupiditate adipiscēdi uel tā

Legē non more amittendi, & ideo non uere faciunt, qm carnalis cupi seruat qui ditas qua peccatum augetur, cupiditate alia non sanatur. Hī timore uel ad uetus pertinent testamētum. Sub gratia uero positi quos cupiditate uiuificat spiritus, & fide ista faciunt, quæ per dilectionem seruat. operatur in spe bonorum spiritualium. Hi pertinent ad testamētum nouum.

Augu-

August. cōtra Adimantū Manichæi dis. Cap. xvi.

Aduentibus enim rebus quarum erant umbræ illæ obseruationes, id actum est, ut ostenderetur in ipsis umbris non esse spem ponendam, sed in ipsis rebus quas illæ umbræ significabant esse uenturas, id est, Christum & ecclesiam. Et propter ea illa iam omnia inania erant, nec tamen ea tanq; noxia remouenda, sed tanquam superflua contemnenda Apostolus galia etiā præcipit. Ut si quis Iudeus Christo credidisset, propter often nunc sunt fisionem suorum non prohiberetur in ipsis superfluis remane-

No in umbris confidendum.

Opera Ie-remouenda, sed tanquam superflua contemnenda Apostolus galia etiā licita, si ab præcipit. Ut si quis Iudeus Christo credidisset, propter often nunc sunt fisionem suorum non prohiberetur in ipsis superfluis remane-

Gala. 5
In eodem

re, nec tamen in eis salutem suam constitutam esse putaret, fit fiducia. Non em signa illa, sed quæ significantur in salutem introducunt. Ideoq; præputiū nihil est, & circuncisio nihil est, sed obseruatio mādatorū Dei. Et quod alio loco dicit: Utinā abstin-

dantur qui uos conturbant, non quia circuncisio contraria est euangelio dicit Apostolus, sicut Manichei putant, sed illud est Euangeliū contrariū, ut quisq; rē deserēs, quæ per illā umbrā figuratur, ipsius umbræ sequat inanitatē. Quod uolebat qui gentib; is in Christū credentibus iugū circuncisionis imponebant, quasi ad salutē necessariū, cum iā non eset umbra in corpore figuranda, sed res ipsa in corde gestanda.

In eodem. Cap. 3. Certis em quibusda umbris & figuris re Euangeliū rum ante dñi aduentum secundum mirabilem atq; ordinatis etiā in ue-

simam distributionem temporū, populus ille tenebatur, qui terī testa-

testamentū uetus accepit, tamen in ea tanta prædicatio & præ-

nunciatio est noui testamenti, ut nulla in Euāgeliā atq; Apo-

stolica disciplina reperiantur, quamvis ardua & diuina præ-

cepta & promissa, quæ illis etiā libris ueteribus desint.

August. lib. exposi. in Epist. ad Gal. in Præfatione.

Causa propter quā scribit Apostolus ad Gal. hēc est, ut in Prædica-

tio gratiā Dei id secum agere, ut sub lege iam non sint. Cum enim prædicata esset eis Euangeliū gratia, non defuerūt propheta-

rum. quidam ex circuncisione, quamvis Christiani nomine, non- dum tamen tenentes ipsum gratiæ beneficium, & adhuc uolentes esse sub oneribus legis, quæ dominus imposuerat, non iustitiæ seruientib; sed peccato, iusta scilicet legē iniustis homi- nibus dando, ad demonstranda peccata eorū, non auferenda: Non enim auferat peccata, nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operat. Sub hac ergo gratia iā Gal. constitutos, illi uole-

bant con-

Error Pe-
tri apost.

92 DE LEGE
bant constitueret sub oneribus legis, assuerantes nihil eis praedesse Euangelium, nisi circunciderentur, & cæteras carnales Iudaici ritus obseruationes subirent. Et ideo Paulum Apostolum suspectum habere cœperant, à quo illis Euangelium prædicatum erat, tanquam non tenentem disciplinam cæterorum apostolorum, qui Gentes cogebant iudaizare. Cesserat enim talium hominum scandalis apostolus Petrus, & in simulacione ductus erat tanquam & ipse hoc sentiret, nihil prodesse Gentibus Euangelium, nisi onera legis impleret. A qua simulatione idem Apostolus PAVLVS eum reuocat, sicut in hac epistola docet.

Idem Augustinus in eodem Cap. ii.

Petrus autem cum uenisset Antiochiam, obiurgatus est à Paulo, non quia seruabat consuetudinem Iudeorum, in qua natus atq; educatus erat, quanquam apud Centes eam nō seruaret, sed obiurgatus est, quia Gentibus eam uolebat impone-re. Cum uidisset quosdam uenisse à Iacobo, id est, à Iudea. Nā ecclesiæ Hierosolymitanæ Iacobus præfuit. Timens ergo eos, qui adhuc putabant in illis obseruationibus salutem constitutam, segregabat se à Gentibus, & simulate illis consentiebat, ad imponenda Gentibus illa onera seruitur, s, quod in ipsius obiurgatione uerbi satis apparet.

Idem Augustinus in eodem Cap. ii.

Quamuis Titus Græcus esset, & nulla eum consuetudo auctoritatem parentum circuncidi cogeret, sicut Timotheum, facile tamen etiam istum circuncidi per misisset Apostolus. Non enim tali circumcisione salutem docebat auferri, sed si in ea constitueretur spes salutis, hoc esse contra salutem ostendebat. Poterat ergo ut superfluam æquo animo tolerare, secundum istam sententiam: Circuncisio nihil est, & preputium nihil est. Propter subintroductos falsos fratres, non est compulsus Titus circuncidi, id est, nō potuit ei extorqueri, ut circuncideretur: quia illi qui subintroierunt dicit proscultare libertatem eorum, uehementer seruabant & cupiebant circuncidi Titū, ut iam circumcisionem etiam ipsius Pauli attestatione & cōsensione, tanquam saluti necessariam prædicarent.

Esaiae sexagimo sexto: Et erit mensis ex mente, &

se, & sabbatū ex sabbato. Veniet omnis caro ut adoret coram facie mea dicit dominus & cæ.

Augustinus Epist. cxix. ad Ianuarium.

Inter omnia illa decem præcepta, solum ibi quod de sabbate. Sabbatum
to positum est figurate obseruandum præcipitur, quam figu non p otium
ram nos intelligendam, non etiam per otium celebrandam celebrare
suscepimus. obliga-
m ur.

Augustinus lib. de litera & spiritu. Ca. xiiij.

Quoniam quisquis illum diem sicut litera sonat, nunc usq;
obseruat, carnaliter sapit.

Hiero. lib. com. in Epist. ad Galatas.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Dicat ali-
quis: Si dies obseruare non licet, & menses & tempora & an- Galat. 4
nos, nos quoq; simile crimen incurrimus, quartam sabbati ob-
seruantes, & paraseuen, & diem dominicam, & ieunium qua-
dragesimae, & paschæ festiuitatem, & pentecostes lætitiam, &
pro uarietate regionum, diuersa in honore martyrum tem-
pora cōstituta. Ad qd quis simpliciter respōdebit dicens: Non
eosdem iudaicæ obseruationis dies esse quos nōstros. Non em
azimorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis.
Nec septem iuxta morem Israel numeramus hebdomadas in
Penthecoste, sed spiritus sancti numeramus aduentum. Et ne
inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo,
propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pari-
ter ueniremus. Nō quo celebrior sit dies illa qua cōuenimus,
sed quo quacunq; die conuenientium sit, ex conspectu mutuo
lætitia maior oriatur. Qui uero oppositæ quæstiōni acutius
respondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales esse,
nec per paraseuen tantum Christum crucifigi, & die dominica
ca resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem, &
Semper eum carne uesci dominica. Ieiunia & congregations
inter dies prōpter eos à uiris prudētibus constitutos, qui ma-
gis seculo uacant quam Deo, nec possunt imò holiuit, toto in
ecclesiæ uitæ suæ tempore cōgregari, & ante humanos actus
Deo orationum suarum offerre sacrificium.

Ambro. in oratione pro Theodosio.

Nam certis diebus inuocare, non omnibus, fastidientis est,
non spe-

Dies festi
quare in-
ter Chri-
stianos cō-
stituti sunt

Ieiunia
quare insti-
tuta sunt

Sine intermissione orate.
1.Thes.5

non speratis, & pro usu affluentium commodorum mercede gratiarum referre, non pro deuotiōis affectu. Et ideo inquit Paulus: in omnibus gratias agite. Quando enim non habes quod Deo debeas, aut quando sine Dei munere es, cui quotidie uiuendi usus à domino est?

Ambrosius ad Ireneum. Epist. lxxii.

Ergo sicut pueris, ita Iudæis mandata sunt non plena præcepta, sed ex parte, & uelut unam membra sui partem mundam seruare præcepti sunt, qui totum corpus suum mundum seruare non poterant. Sabbati quoq; ferias uno die in hebdomada celebrare iussi sunt, ut nulli oneri subderētur, quia mundanis operibus absoluvi, utinam sic abissent, ut in illud perpetuum futurorum sabbatum seculorum nulla secum grauiū ueherent onera peccatorū. Synagoga diem obseruet, Ecclesia immortalitatē. In lege igit̄ portio, in Euāgeliō perfectio est.

De differentia noui & ueteris testamenti.

Augustinus contra duas Epistolas Pelagiū ad Bonifacium libro tertio. Capite quarto.

Nouū & uetus testamento. Qui ex hoc non litigiose sed studiose mouetur, intelligat prius dicitur. Sed dicit aliquis: Quomodo uetus appellat, quod post quadragesimā & triginta annos factum est per Moysen, & nouū dicitur quod ante tot annos factum est ad Abraham? Qui ex hoc non litigiose sed studiose mouetur, intelligat prius dicitur. inum, quia ex anteriore tempore dicitur uetus, ex posteriorē autem nouū, reuelationes eorum considerantur in his non minibus, non institutiones. Per Moysen quippe reuelatum est testamentum uetus, per quem data est lex sancta & iusta & bona, per quam fieret non abolitio, sed cognitio peccati: qua conuincerentur superbi suam iustitiam uolentes constituere, quasi diuino adiutorio non egentes, & rei facti literae, convergent ad gratiæ spiritum, nō sua iustitia iustificādi, sed Dei, hoc est, quæ illis esset ex Deo. Ecce qua causa illud dicitur uetus testamentum, quia priore, hoc autem nouū, quia posteriorē tempore reuelatum est. Deinde quia testamentum uetus pertinet ad hominem ueterem, à quo necesse est hominem incipere, nouū autem ad hominem nouū, quo debet homo ex ueritate transire, ideo in illa sunt promissa terrena, in isto promissa coelestia. Quia & hoc ad misericordiam Dei pertinuit, ne quisquam uel ipsam terrenam qualemcunque felicitatem

Alia expofitio de testamentis.

felicitatem nisi à domino creatore uniuersitatis putet cuiusquam posse conferri. Sed propter illam si colatur Deus, seruus est cultus, pertinens ad filios ancillæ: Si autem propter ipsum Deum, ut in æterna uita sit Deus omnia in omnibus, liberalis est seruitus, pertinens ad filios liberæ, quæ est mater nostra æterna in cœlis: quæ prius tanquam steriles apparebat, qñ perspicuos filios non habebat. Nunc autem uidemus, qđ de illo prophetatum est: Lætare sterilis, quæ non paris.

Hiero.lib.Com.in Epist ad Gala. Cap.ij.

Nos natura Iudei, & non ex Gentibus peccatores &c. Cum essemus (inquit) natura Iudei, ea facientes quæ lege precepta sunt, & non ex gentibus peccatores: qui uel generaliter, quia idolis seruiunt, peccatores sunt: uel quos nunc putamus im mundos, scientes quod non possimus ex legis opere, sed ex Christi saluari fide, credimus in Christū: ut quod lex nobis nō dederat, fides tribueret quā habemus in Christo. Quod si recedentes à lege in qua saluari non potuimus, trāscendimus ad fidē, in qua non carnis quæritur circuncisio, sed cordis pueri deuotio: & nūc à gētibus recedēdo hoc agimus, ut quicq; non fit circuncisus immundus sit: ergo fides in Christū, in qua nos putabamus ante saluari, magis peccati est ministra qđ iustitiae, quæ auferit circumcisionē: quā qui nō habuerit, immundus est. Sed absit, ut quod semel destruxi, & sciti mihi nō profuisset, rursum uendicē. Semel à lege discedens, legi sum mortuus, ut in Christo uiuerē: cruciq; eius affixus, & in nouissimū reuertit, homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi &c. Aiunt quidam si uerum hoc est quod Paulus affirmat, ex operibus legis neminem iustificari, sed ex fide Iesu Christi, Patriarchas & prophetas, & sanctos, qui ante Christi adventu fuerūt, imperfectos fuissent. Quos admonere debemus, eos hic dici iustitiam non consecutos, qui tantum ex operibus iustificari posse se creditunt. Sanctos autem qui antiquitus fuerunt, ex fide Christi iustificatos. Siquidem Abraham uidit diem Christi, & iætatus est. Et Moysës maiores diuitias Patres et ueteris testameti fidei saluatoris sunt. Ioan.8

estimauit thesauro Aegyptiorum improprietati Christi. Asperciebat enim in remunerationem. Vnde non tam legis opera dantur, quam hi qui tatum ex operibus iustificari se posse confidunt. Saluatore quoq; ad discipulos loquente: Nisi superabundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Congregandū in hoc loco quanta in lege præcepta sint, quæ explere nullus queat. Et econtrario dicendum, quedam legis etiam ab his fieri, qui ignorent eam. Sed ideo non iustificari operatores eius, quia absq; fide Christi fiant: uerbi gratia, non dormire cum uiro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere, sed magis honorare patrem et matrem, et cetera quæ imperata sunt facere & cetera.

De lege iudiciali.

Genesim nono.

Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.

Exodi decimo octavo: Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum, ostendasq; populo ceremonias & ritum collendi, uiamq; per quam ingredi debeant, & opus qd facere debeant. Prouide autem omni plebi uiros sapientes & timetes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos qui iudicent populum omni tempore. Si hoc feceris, implebis imperium domini, & præcepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace.

Exodi uigesimo primo: Hæc sunt iudicia quæ præpones eis & cetera. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelles eum

I V D I C I A L I .

97

Ies eum, ut moriatur. Reddet animam pro anima,
oculum pro oculo &c.

Deuteronomij primo: Non ualeo solus negotia
uesta sustinere, & pondus & iurgia. Date ex uobis
uiros sa piētes & gnares: & quorū cōuersatio sit pro
bata in tribubus uestris: ut ponā eos uobis principes.

Deut. xvi. Iudices & magistros constitues in om̄i
bus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi
per singulas tribus tuas: ut iudicent populum iusto
iudicio, nec in alteram partem declinent. Non acci-
pies personam, nec munera, quia munera excēcant
oculos sa pientum, & mutant uerba iustorum &c.

Deu. xvii. Non poteris alterius gentis hominem
regem facere, qui non sit frater tuus. Cumq; fuerit cō-
stitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet po-
pulum in Aegyptum equitatus numero subleuatus:
præsertim cū dominus præcepit uobis, ut nequaq;
amplius per eandem viam reuertamini. Non habe-
bit uxores plurimas, quæ alliciat animam eius: neg-
argenti & auri immensa pondera. Postquam autem
sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomiū
legis huius in uolumine, accipiēsq; exemplar à sacer-
dotibus Leuitici tribus, & habebit secum, legetq; il-
lud omnibus diebus uitæ suæ, ut discat timere domi-
num Deum suum &c.

Matthēi uigesimosexto: Conuerte gladium tuū in
locum suum. Omnes enim qui acceperint gladiū, gla-
dio peribunt.

Roma. decimotertio: Omnis anima potestatisibus
sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à
Deo, quæ aut sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui re-
sistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aut resi-
stunt,

stunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem nō timere potestatē? Bonū fac & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum &c.

Prima Petri secundo: Subiecti igitur estote omni humanae creaturæ propter Deū. Siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum.

August. in Epist. Pauli ad Ro. propositio. Ixxij.

**Ordo ser-
uandus est
inter Chri-
stianos.**

Quod autem ait. Omnis anima &c. Non est potestas nisi a Deo: Rectissime admonet, ne quis ex eo quod a domino suo in libertatem uocatus est, factus Christianus extollatur in superbia, & non arbitretur in huius uita itinere seruandū esse ordinem suum: ut potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non esse subdendū. Cum enim constemus ex anima & corpore, quādiu in hac uita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendę huius uita utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc uitā pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cū aliquo honore administrantibus. Ex illa uero parte, qua credimus Deo, & in regnū eius uocamus non nos oportet esse subditos cuiquam homini, id ipsum in nobis euertere cupientes, quod Deus ad uitam eternam donare dignatus est.

**Per fidem
liberi su-
mus, sed
serui pro-
pter fra-
tres.**

Idem August. in expōsitiōe Epist. ad Ga. Cap. iii.

**Distantia
nō est in fi-
de Christi.**

In fide Christi non est distantia Iudæi & Græci: non serui neq; liberi: non masculi neq; feminæ: in quantum enim oēs fideles sunt, omnes unum sunt in Christo Iesu. Et si hoc facit fides, per quam in hac uita iuste ambulatur, quāto perfectius atq; cumulatius id species ipsa factura est, cum uidebimus facie ad faciem? Nam nunc quāvis primitias habētes spiritus, qui uita est, propter iustitiam fides, tamen quia adhuc mortuū est corpus propter peccatum, differentia ista uel gentium, uel conditionis, uel sexus iam quidem ablata ab unitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, eiusq; ordinē in huius uita itinere seruandum esse. & Apostoli præcipiunt: qui etiam regulas fa-

Ias saluberrimas tradunt, quemadmodū secū uiuant, & pro differentia gentis iudæi & græci: & pro differentia conditio nis domini & serui: & differentia sexus viri & uxoris: uel si qua talia cetera occurrant. Et ipse prior dñs, qui ait: Reddite quæ sunt Cesari Cesari, & deo quæ dei sunt. Alia sunt enim quæ seruamus in unitate fidei sine ulla distantia: & alia in or dine uitæ huius, tanq; in uia, ne nomen Dei & doctrina blasphemetur. Et hoc nō solū propter iram, ut effugiamus essen sionē hominū, sed propter conscientiā: ut non simulate, quasi ad oculū homī ista faciamus, sed pura dilectionis conscientia propter Deum, qui omnes homines uult saluos fieri &c.

Apostoli
etia ordi
nē in eccl
fia docent.
Matt. 22

Leuitici xix. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere & mensura. Statuta iusta & æqua sint pōdera: iust⁹ modius, æquusq; sextari⁹.

Primo Regum duodecimo: Et dixerūt filii Israël ad Samuelē: Non es calumniatus nos, neq; oppref fisti neq; tulisti de manu alicuius quippiam.

Augustinus ad Macedonium Epist. liij.

Qui uestrū est sine peccato, prior in illā lapidē iaciat, ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplū, qui cū esset utiq; sine pec cato, ait mulieri quā perterriti illi reliquerant: Non ego te cō demnabo, uade iā deinceps noli peccare. Si malitia tibi parce re potuit, quid metuis innocentia? Et nedelicitorū nō dēctor, sed ne approbator uideretur: Vade ait, iam deinceps noli pec care, ut se homini pepercisse, non hominis culpā sibi placuisse mōstraret. Iam uides igitur de religione descēdere, nec nos societate criminū obstringi, quod intercedimus plerūq; etiā pro sceleratis, & si non scelerati, tamen pro peccatoribus pec catores: & quod ueraciter potius quam iniuriose dictum ac cipias, puto quod apud peccatores. Nec ideo sane frustra insti tuta sunt, potestates regis, uis gladii cognitoris, ungulæ car nificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiā bo ni patris. Habent ista oīa modos suos, causas, rationes, utilita tes. Hæc cū timentur, & coercentur mali, & quietius infi ma los uiuūt boni, nō quia boni pronūciandi sunt qui talia me tuendo nō peccant. (Non em̄ bonus est quispiā timore fa nē,

Ioan. 8

Intercede re potest Christia nus pro sceleratis.

Ius ciuile nō frustra institutum est.

Lex iudi cialis coer cet huma nā malitiā

sed amore iustitiae) ueruntamen non inutiliter etiam metu le
gū humana coeret audacia, & ut tuta sit inter improbos in-
nocentia, & in ipsis improbandis dū formidato supplicio fre-
natur facultas, iniucato Deo sanetur uoluntas. Sed huic ordi-
nationi rerum humanarū contrarie non sunt intercessiones
Episcoporū, immo uero nec causa nec locus intercedendi illus
esset, si ista non essent. Tanto eīm sunt intercedentiū & parcen-
tium beneficia gratiora, quanto peccantii iustiora supplicia.
Nec ob aliud quantū sapio, in ueteri testamento antiquorum

Quare ue-
tus lex à
Deo seuera

temporibus Prophetarū seuerior legis uindicta feruebat, nisi
ut ostenderet recte inquis pœnas cōstitutas: ut quod eis par-
cere noui testamenti indulgentia cōmonemur, aut remedium
sit salutis quo peccatis parcatur & nostris, aut cōmendatio
māsuetudinis: ut per eos qui parcūt ueritas prædicata, nō tm̄
timeatur, uerum etiam diligatur. Plurimum autem interest,
quo animo quisq; parcat. Sicuti enim est aliquando miseri-
cordia puniens, ita & crudelitas parcēs. Nam, ut exempli gra-
tia manifestum aliquid ponam, quis non crudelem uerius di-
xerit eum, qui puerō pepercit uolenti obstinatissime de ser-
pentibus ludere? Quis autem nō misericordem, qui talia pro-
hibens, contemptorem uerborum etiam uerberibus emenda-
uerit? Et ideo non usq; ad mortem protendenda est discipli-
na, ut cum sit cui prodeſſe possit: quāquam etiam cum homo
ab homine occiditur, multum difſet, utrum fiat nocēdi cu-
piditate, uel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, si-
cut à latrone: an ulciscendi uel obediendi ordine, sicut à iudi-
ce, sicut à carnifice: an euadendi uel subueniendi necessitate,
sicut interimitur latro à uiatore, hostis à milite &cæ. Prodeſſe

Seueritas
iudicis bo-
nis prodeſſe

ergo & seueritas ueſtra, cuius ministerio quies adiuuatur &
noſtra: prodeſſe & intercessio noſtra, cuius ministerio seueri-
tas temperatur & ueſtra. Omnis inquit anima potestatibus
sublimioribus subdita fit &c. Hæc Apostoli uerba utilitatē
seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt ter-
rentibus debere qui timent, ita dilectionem iussi sunt timenti-
bus debere qui terrent. Nihil nocēdi cupiditate fiat, sed omnia
consulendi charitate, & nihil fiat immaniter, nihil inhumani-
ter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris reli-
gio contemnatur: quia & plectendo & ignoscēdo hoc ſolum
bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod ſi tanta eſt
peruer-

I V D I C I A L I .

101

peruersitas & impietas, ut ei corrigendæ nec disciplina possit prodesse nec uenia, à bonis tamen intentione atq; conscientia quam Deus cernit, siue seueritate siue lenitate, non nisi officio dilectionis impletur.

Augustinus ad Valentimum Epist. xlviij.

Terror temporalium potestatum, quando ueritatem oppugnat, iustis, fortibus, gloria probatio est, infirmis pericula tentatio: quando autem ueritatem praedicatorum terraribus & discordanibus, cordatis utilis admonitio est, & insensatis iniuris afflictio. Non est tamen potestas nisi à Deo &c. Siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica in aliquem seuiat, laude habet ex illa qui uictor fuerit coronatus.

Non est pe
restas nisi à
Deo.
Roma. 13

Leuitici uigesimoquarto: Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriat, qui percusserit & occidet hominem, morte moriatur &c. Qui irrogauerit maiusculā cuilibet ciuiū suorū, sicut fecit, sic fieri ei, fracturā pro fractura, oculū pro oculo, dentē pro dente. Qualem inflixerit maculā talem sustinere cogetur.

August. li, cōtra Adimantū Mani, dis. Cap. viij.

De eo quod scriptum est in Exodo: Oculum pro oculo, dentem pro dente, & cetera talia. Huic loco Manichei, quod in veteri lege per uindictam permittitur, & dicitur, oculū pro oculo, dentē pro dente esse perdendum, sic calumniantur, quasi & ipse dominus hęc duo sibi ueluti aduersantia atq; contraria in Evangelio demonstrauerit. Ipse enim ait: Audistis quia dictū est antiquis: Oculū pro oculo, & dentē pro dente, Ego autē dicō uobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in maxilam, præbe illi & alteram: & quicunq; uoluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam auferre, dimitte illi & pallium. In quibus duabus sententijs reuera duorum testamentorum differētia demonstratur, sed ab uno Deo, amborum tamen cōstitutorum. Nam quoniam primo carnales homines ardebat ueteris testamento amplius se uindicare, quā erat illa iniuria, de qua queruntur, constitutus est eis primus lenitatis gradus, ut iniuriae acceptae mensuram, nullo modo dolor uindicantis superaret. Sic enim & donare aliquando posset iniuriam, qui eā pri-

In codice
Oculū pro
oculo, dēte
pro dente.
Matt. 5

mo non superare didicisset. Vnde dominus iam per Euangelium gratiam ad summam pacem populum deducens, huic gratia superaedificavit alterum: ut qui iam audierat non amplior rem vindictam, quam quisque Iesus esset reddere, placata mente

Psal. 7 totum se donare gauderet. Quod etiam in illis veteribus libris propheta predicauit dicens: Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala. Et aliis propheta dicit de huiusmodi uiro patiente iniurias, & leuissime tolerare: Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobriis. Ex quo intelligitur & mensuram vindicandi recte carnalibus constitutam, & omnimodo iniuriae remissionem, non tantum in novo testamento esse preceptam, sed longe ante in veteri prænuntiatam.

Primo: Vtrum contendere iudicio cum altero liceat.

Primo Corinthiorum sexto: Audet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos & cetera.

August. in Ench. Cap. lxxviiij.

Nam & hic posset putari iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nisi secutus adjungeret: Iam quidem omnino delictum est inter uos, quia iudicia habetis a nobiscum. Et ne quisquam ita hoc excusaret, ut diceret, iustum se habere negotium, sed iniquitatē se pati, quā uellet a se iudicū sententia remoueri: continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit atque ait: Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ut ad illud readeatur quod dominus ait: Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco: Qui abstulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina dicit apostolus esse delictum: Tamē certe finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra ecclesiam uero terribiliter uetat: manifestum est etiam hic quid secundum ueniam concedatur infirmis.

Prouerbiorum uigesimo: Ne dicas: reddā malum pro malo: expecta dominum & liberabit te.

Prouer-

Prouerbiorū xxiiij. Ne dicas, quomodo fecit mihi
sic faciam ei: & reddam unicuique secundū opus suum.
Leuitici decimonono: Non queras ultionem, nec
memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

Hebræorum decimo: Et rapinam honorū uestro
rum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habe
re meliorem & manentem substantiam.

Iohannes Chrysostomus in opere imperfecto su
per illud Matthæi quinto.

Si quis te percuferit in maxillam unam, præhe ei & alterā.
Et ei qui uult tecum iudicio cotendere, & tunicam tuam tol
lere, dimitte ei & pallium. Primo indigna res est, ut homo fi
delis fret in iudicio ante conspectum iudicis infidelis. Nam si
infidelis non est, certe secularis est. Et qui te uenerari debue
rat propter dignitatem fidei, iudicat te propter necessitatem
causæ: & perdes dignitatem Christi, propter negotium mun Indigna
di. Nōnne melius est ut perdas rem nundialem, quam gloriæ res est iudi
spiritalem? Nam qui lucrum animæ magnū aestimat, damnū cium ab in
rei modicum putat. Qui ergo difficilius putat rē dimittere, fideli quæ
quām in iudicio introire, hoc cogitet, quia difficilius est de ju rere.
dicio sine peccato exire. Facilius enim est ante iudicium rem
dimittere, quām in iudicio evitare peccatum. Ergo sicut Ioseph In iudicio
dimisit pallium in manu meretricis, & fugit cū meliore pal pctūm ra
lio casti atis: sic & tu proince pallium in manu calumniantis, ro uitatur
& fuge cum meliore pallio iustitiae: ne forte dum uis vindica Gene. 39
re uestem corporis, preciosissimam uestem animæ perdas.
Deinde si uiderint infideles Christianum te pro iniurijs inju
rias rependere grauiores, pro terrenis facultatibus & usq; ad
perniciem animæ, secularia pulsare iudicia contra direpto
rem iniustum, quomodo credent spem regni cœlestis esse ue
ram, quā prædicant Christiani? Facile enim spernūt terrena
qui cœlestia sperant: Qui autem terrena magnopere comple
ctuntur, nescio si firmiter cœlestia credunt promissa. Non so
lum propter læsionem animarum nostrarum percutientem
sustinere debemus, auferenti quæ nostra sunt nō repugnare:
Sed etiam propter demonstrationem indubitabilium Christi

Cōceptus
facultatū,

Aedifica-
tio proxi-
mi.

104

DE GRATIA.

promissionum ut ille qui uiderit te injurias proprias negli-
gentem, terrenas etiam res quasi nihil spernentem intelli-
gat, quæ uere est certissima spes Christianorum in cœlis, pre-
ciosior omnibus rebus terrenis, & uita iucundior omni frui-
tione uitæ istius carnis.

De gratia & merito.

Romanorum primo.

GRATIA uobis & pax à Deo patre & domino
Gnostro Iesu Christo.

Capite quarto: Infelix ego homo quis me
liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per
Iesum Christum dominum nostrum.

Capite undecimo: Sic ergo & in hoc tempore re-
liquæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ
sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin
gratia iam non est gratia.

Ephesiorum secundo: Gratia enim estis saluati per
fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum est, non
ex operibus, ut ne quis glorietur.

Ad Titum tertio: Ut iustificati gratia ipsius, hære-
des simus secundum spem uitæ æternæ.

Actuum decimoquinto: Nunc ergo quid tentatis
Deum, imponere iugum super ceruices discipulo-
rum, quod neque nos, neque patres nostri portare
potuimus, sed per gratiam domini nostri IE S V
C H R I S T I credimus saluari quemadmodum
& illi.

Ad Philippenses secundo: Vobis donatum est pro
Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut
pro ipso patiamini.

Augustinus libro quinquagesimo homeliarum
homelia decimaquarta:

Hæc ergo

Hæc ergo & his similia diligenter ac fideliter cogitætes, non Resistendū
acquiescamus eis, qui liberum arbitrium in superbiam extol-
lentes, præcipitare magis q̄ eleuare conantur : Sed humiliter rū arbitriū
consideremus illud, quod Apostolus dicit: Deus est qui opera- prædicat.
tur in nobis & uelle & perficere . Gratas agamus domino & Philip.^r
saluatori nostro, qui nos nullis præcedentibus meritis uulne- Beneficia
ratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate rede Christi er-
nit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad uitam reuoca- ga peccato
uit, & humiliter confitentes fragilitatem nostram, illius misericordia
ricordiam deprecemur: ut quia nos secundum Psalmistam, mi Psalm.; 8
sericordia sua præuenit, dignetur in nobis non solum custodi-
re, sed etiam augere munera uel beneficia sua, quæ ipse digna-
tus est dare.

Augustinus de uerbis Apostoli, sermone secundo.

Gratia salui facti sumus, non ex nobis, sed Dei donum est. Gratia dei
Sunt enim homines ingrati gratiæ, multum tribuentes in opere qui sint in
faucięq̄ nature. Verum est, magnas liberi arbitrij uires homo gratiæ
cum conderetur accepit, sed peccando amisit. In mortem la-
psus est, infirmus factus est, à latronibus semiuiuus in uia reli-
ctus est. In iumentum suum leuauit eum transiens Samarita-
nus, quod interpretatur custos, ad stabulum adiuc perducitur.
Quid extollitur? Adhuc curat. Sed sufficit inquit mihi, quod
in baptismo accepi remissionem omnium peccatorum. Nun-
quid quia deleta est iniqüitas, finita est infirmitas? Accepi, in-
quit, remissionem omniū peccatorum. Proorsus uerum est, de-
finita sunt cuncta peccata in sacramento baptismatis, cuncta pror-
sus dicta, facta, cogitata, cuncta deleta sunt. Sed hoc est, quod
infusum est in uia, oleum & uinum. Retinetis, semiuiuus in uia non extitit
ille à latronibus sauciatus, quomodo sit consolatus, accipiens
oleum & uinum uulneribus suis. Iam itaq̄ erroris eius indultu-
fuit, & tamen sanatur languor in stabulo. Stabulum si agno-
scitis, ecclesia est. Stabulum modo quia uiuendo transimus, do-
mus erit unde nunquam migrabimus, cum ad regnum cœlo-
rum sani perueremus. Interim in stabulo libēter curemur,
non adhuc languidi de sanitate gloriemur: ne nihil aliud su-
perbiendo faciamus, nisi ut nunquam curando sanemur. Ad-
huc in hac uita es, adhuc carnem fragilem portas, adhuc cor-
pus quod corrumpitur aggrauat animam: adhuc post inte-
gritatem resurrectionis accepisti remedium orationis: adhuc

Lucæ 10

Compai

tio Euān-

gelica:

In bapti-

simo omnia

peccata i e

missa, sed

non extitit

pata.

Ecclæsia in

Euāngelio

stabulu di

citur.

Sapient,

Matth. 6 utiq; dicis, donec sanentur languores tui, Dimitte nobis debita nostra. Psalm. 102 Dic ergo animæ tuae humiliis nullis, non erescus collis, dic animæ tuae. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Dic, enim, gratias age. Quas retributiones? Qui propiti⁹ fit omnibus iniquitatibus tuis. Hoc factū est in baptismo. Quid fit modo? Qui sanat omnes languores tuos. Deniq; post redemptiōnem ab oīni corruptione, qd restat nisi corona iustitiae? Ipsa certe restat, sed etiā in ipsa uel sub ipsa nō sit turgidū caput: ut recipiat coronā. Audi, attende Psalmū, q; nolit coronā turgidū caput. Cum dixit: Qui redimet de corruptione uitā tuā, qui coronat te, inquit, iam hic dicturus eras. Coronat te, merita mea fatētur, uirtus mea fecit hoc, debitū redditur, nō donatur. Audi potius Psalmū, nam & hoc tu dicis. Omnis hominemendax. Audi Deus quid dicat: Qui coronat te in miseratione & misericordia. De misericordia te coronat, de miseratione te coronat. Non em⁹ dignus fuisti quē uocaret, & uocatū iustificaret, & iustificati⁹ glorificaret. Reliquæ per electionem nē in miseratione & misericordia sunt. Si aut̄ gratia, nō ex operib⁹, alioquin gratia iam nō est gratia. Nam ei qui operatur, merces nō imputabitur secundū gratiam, sed secundū debitum. Apostolus loquitur: Non secundū gratiam, sed secundū debitum. Te autem coronat in miseratione & misericordia. Et si tua merita quae sit.

Roma. 11 Deus eoro nat homi- nē in mis- ratione & misericor- dia. Psalm. 3 Nota. Roma. 10 Iudicij & Multi chri- stiani nūc peiores sunt Iu- dixis.

Post mor- tem prius sanamur perfecte. Cōtra fal- se glorian- tes de me- ritis.

De misericordia te coronat, de miseratione te coronat. Non em⁹ dignus fuisti quē uocaret, & uocatū iustificaret, & iustificati⁹ glorificaret. Reliquæ per electionem nē in miseratione & misericordia sunt. Si aut̄ gratia, nō ex operib⁹, alioquin gratia iam nō est gratia. Nam ei qui operatur, merces nō imputabitur secundū gratiam, sed secundū debitum. Apostolus loquitur: Non secundū gratiam, sed secundū debitum. Te autem coronat in miseratione & misericordia. Et si tua merita præcesserunt, dicit tibi Deus: Discute bona merita tua, & uide bis quia dona sunt mea. Hæc est iustitia Dei. Quomodo dicit: Domini est salus, nō quā saluus est dñs, sed quam dat eis quos saluos facit: sic & Dei gratia per Iesum Christū dominum nostrū, iustitia Dei dicit, non qua iustus est dñs, sed qua iustificat eos quos ex impijs iustos facit. Quidā uero, quoniam aliquando Iudæi & Christianos se dici uolūt, & adhuc ignorātes Dei iustitiam, suam uolunt cōstituere, etiam temporibus nostris, temporibus aperta gratiæ, temporibus nunc reuelatae, prius occultatae gratiæ, nunc in area manifestæ gratiæ, quæ aliquando latebat in uellere, paucos intellexisse uidco, plures nō intellexisse nequaq; racendo fraudabo. Vnde multū plangere cogimur fratres nostros, qui nō contra occultā sed contra aper- tam gratiæ manifestamq; contendūt. Ignoscitur Iudæis. Quid Christiani: Quare inimici gratiæ Christi? Quare de uobis presumētes? Quare ingratii? Quare em⁹ Christus uenit? Nunquid natura

natura hic non erat? Natura non erat, quam multū laudādō
decipitis? Nunquid lex hic non erat? Sed ait Apostolus: Si per
legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ait Apo Galat. 2.
stolus de lege, hoc nos istis dicimus de natura. Si per naturam Neq; per se
iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ergo dictum gē neq; per
est de Iudeis, hoc omnino in istis uidemus. Zelum Dei habent, naturā sal-
fed non secundū sciētiā. Quid est non secundū scientiā? Ignō uamur.
rantes em̄ Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiae Roma. 10.
Dei non sunt subiecti. Fratres mei, cōpatimini meū. Vbi tales Misericor-
iueneritis, occultare nolite, non sit in uobis peruersa miseri- dia peruer-
cordia, prorsus ubi tales iueneritis, occultare nolite. Redar- sa nō sit in
guite contradicentes, & resistentes ad nos perducite. nobis.

In eodem libro, sermone undecimo: Ipse fecit nos,
& non ipsi nos.

Vnde quidem Christianus dubitat nemo, quia non solum Psalm. 99:
Deus creauit primum hominē ex q̄ omnes homines, sed Deus
hodieq; creat singulos homines, ille qui ait cuidā sancto suo:
Priusq; te formarē in utero noui te. Veruntamen iuxta altio^ Oīm crea-
rem intellecū, & quantū existimō utilior ē, uidit quosdā spiri- tor est.
tus sanctus dicētes uel dicturos, qđ Deus eos fecerit homines, Deus.
iustos autē ipsi se faciūt, praeuidit eos, admonuit eos, & ab hac
extollentia reuocauit eos dicens: Ipse fecit nos, & nō ipsi nos. Hiere. 1.
Quare enim addidit, Et nō ipsi nos, cum sufficeret dicere, Ipse
fecit nos: nisi quia illam facturam uoluit adinonere, ubi dicit
homines: Ipsi fecimus nos, id est, ut iusti essemus, iustos nos li- Deu homi
bera uoluntate fecimus, quando conditi sumus, liberum arbitrii nos si- de
trium accepimus? Ut ergo iusti sumus, libero id arbitrio agi & iustos fa-
mus. Quid adhuc Deum iuuocam⁹, ut iustos nos faciat, quod cit.
habemus in potestate, ut nos ipsi iustos faciamus? Audite, audi-
te, & iustos & iniustos, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Creatus Si ipsi iu-
est prim⁹ homo in natura sine culpa, in natura sine uitio, crea stos nos fa-
tus est rectus, nō se fecit rectum. Quid se autem ipse fecerit, no cimusergo
tum est, cades à manu figuli fractus est. Regebat cum ipse qui oratio est
fecerat, uoluit deserere à quo factus erat, permisit Deus, tan- inanis.
quam dicens: Deferat me & inueniat se, & miseria sua proberet,
quia nihil potest sine me. Hoc modo ergo ostendere uoluit
Deus homini, quid ualeat libertum arbitrium sine Deo. O ma-
lum liberū arbitriū sine Deo. Experti sumus quid ualeat sine
Deo.

Deo. Ideo miseri facti sumus , quia sine Deo quid ualeat ex pertis sumus. Ecce bonus factus est homo , & per liberum arbitrium factus est homo malus . Quando facturus est bonū ho-

Homo per minem malus homo , per liberū arbitriū deserens Deum? Ser liberū arbitriū uare se non potuit bonus bonū , & facturus est se malus bonū arbitriū ceci. Cum esset bonus , nō se seruauit bonū , & cū malus sit , dicit , facio me bonū? Quid facis malus , qui peristi bonus , nisi reficiat te , qui permanet bonus ? Ipse fecit nos & nō ipsi nos. Quid nos fecit , nisi q̄ sumus ? Quid autem sumus ? Populus eius & oves pascuae eius. Hæc est gratia. Excepta illa cōmuni gratia naturæ , qua homines facti sumus , nec digni fuimus qui nō fuimus. Excepta illa gratia hæc est maior gratia , qua facti sumus populus eius , & oves pascuae eius , per Iesum Christum dominū nostrū . Et istam qua cōditi sumus , q̄q̄ hoc nomine appellatā mini ne legerimus , tamen quia gratis data est , gratiam fateamur. Sed ostendamus uobis majorē esse istam qua Christiani sumus: attendite. Ante q̄ conditi essemus , nihil boni merebamur , & ideo gratia qua conditi sumus cum boni nihil merebamur. Si ergo magna est gratia quādo nihil boni merebamur , quanta gratia est quando tantum malū merebamur ? Qui nō dum erat , bene nō merebatur , peccator & malus merebatur. Nondum erat qui factus est , nondum erat , sed nec offenderat. Nondum erat & factus est , offendit & saluus. Qui nondū erat nihil sperabat , factus lapsus est , lapsus autē damnationē expectabat , & liberatus est. Hæc est gratia per Iesum Christum do minum nostrū. Ipse fecit nos , & non ipsi nos , & ante q̄ essemus omnino ipse fecit nos , & factos & lapsos ipse iustos fecit nos ,

2. Cor. 5 & non ipsi nos . Si qua igitur in Christo noua creatura , iapsa est uetus , facta est noua. Una erat massa perditiois ex Adam , cui non nisi supplicium debebatur , facta sunt uasa inde in ho-

Roma. 9 norem ex eadem massa. Habet em̄ potestatē sigulus lutii , ex ea dem massa. Qua massa? Certe iam perierat , certe iam illi maf

Vna massa quidem debitam , & uitain non debitam reperisti. Habet potestatē sigulus lutii ex eadem massa facere , aliud uas in hono rem , aliud in contumeliam. Sed dicis: Me quare fecit in honore , tu rā sum? & alium in contumeliam? Disputare uis tecum? Imō mirare tecum , & exclama tecum: O altitudo diuinarum. Quis em̄ cognovit sensum domini , aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis

quis prior dedit illi & retribuetur ei? Si dominus retribuere Roma.ii
uellet, nihil nisi pœnam debitam retribuisset. Nihil dederunt Retribu-
ut eis retribueretur, pro nihilo saluos facies illos. Quis prior tio nostra
dedit illi, quasi suorum gratia meritorum, quis prior dedit ille æterna da-
li, quis præuenit gratiam quæ gratis datur? Si aliquid meritorum m:natio est
antcuenit gratiam, iam non gratis datur, sed ex debito reddi. Psalmo 55
tur: si autem gratis non datur, gratia quare uocatur?

Lactantius librō septimo de diuino præmio capi-
te decimoquarto:

Nam illi qui suis meritis immortales facti esse dicuntur, quia
nec iustitia, nec ulla in his uera uirtus fuit, non immortalita-
tem sibi, sed mortalem peccatis ac libidinibus quæsierunt. Nec
celestē præmium, sed inferna supplicia meruerunt: quæ pen-
dunt simul cum his omnibus qui eos coluerunt.

Augustinus de uerbis domini sermone septimo:

Cause o Christiane, cause superbiā. Licit enim imitator san- Omne qd
ctorum sis, totum gratiæ semper reputa, quia ut esset aliquid habemus ex
reliquum, gratia in te Dei non tuum meritum fecit. De ipsis gratia est,
deniq; reliquijs dixerat propheta Esaias cominemorans: Nisi Esaiæ I
dñs sabaoth reliquistet nobis semē, sicut Sodoma facti essem⁹, Roma.ii
& sicut Gomorra similes fuissimus. Sic ergo, inquit, & in hoc
tempore reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Si au-
tem gratia, inquit, iam nō ex operibus, id est, iam non de tuo
merito extollaris. Alioquin gratia iam nō est gratia. Si enim de
tua opera præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia cō-
donatur. Si autem gratia est, gratis datur. Interrogo nunc: Cre-
dis o peccator Christo? Dicis: Credo. Quid credis? Gratiis uni-
uersa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credi-
disti. O gratia gratis data. Quid tu iuste credis? Te sine D E O
non posse seruare iustitiā ipsius? Ergo totū reputa quod iustus
es pietati. Quod autē peccator es, tuæ iniurianti ascribe. Esto
accusator tuus, & ille erit indulxtor tuus. Omne autem crimen
facinus uel peccatum nostræ est negligentiæ, & omnis uirtus
& sanctitas Dei est indulgentia.

Augustinus de uerbis Apostoli, sermone xv.

Traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter
iustificationem nostram. Iustificatio tua, circuncisio tua, non
est à te. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis, Roma.4
sed

Ephe. 2 sed Dei donum est. Nō ex operibus, ne forte dicas: Promerūs, Dono Dei & ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse, qui nō pro dicimus mereres nisi accepisses. Gratia præcessit meritum tuum, non promereri gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisti, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies illos. Quid est pro nihilo saluos facies? Nihil in eis inuenis. Gratis De⁹ unde salues, & tamen saluas. Gratis das, gratis saluas, omnia oēs saluat. merita præcedis, ut dona tua consequantur merita tua. Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis unde salues, & multum inuenis unde dannes.

Idem Augustinus in eodem sermone.

Eris opus Dei, non solum quia homo es, sed etiā quia iustus es. Melius est enim iustum esse, q̄ hominem esse. Si hominē te fecit Deus, & iustum tu te facis, meli⁹ aliquid facis, quam fecit Deus, sed te sine te fecit Deus. Non enim adhibuisti aliquem consensum ut te faceret Deus. Quomodo consentiebas qui nō iustificat eras? Quia ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te. Ergo te Deus uolē cit nescientem, iustificat uolentem. Tamen ipse iustificat ne sit tē q̄ ipse iustitia tua, ne redeas ad damna, ad detrimēta & siercora, inuenire in illo non habens iustitiā tuam quē ex legē est, sed iūdat uelle.

Philip. 3 stitiam per fidem Christi quae est ex Deo: iustitiam ex fide ad cognoscendū eum, & uitutem resurrectionis eius, & communicationem passionum eius: & ipsa uirtus tua erit, communictatio passionum Christi uirtus tua erit.

Augustinus prima quinquagena, ex prologo Psalmi tricesimiprimi.

Roma. 4 Quis sunt beati? Non in quibus non inuenierit Deus peccatiū. Nam in omnibus inuenit. Omnes eīn peccauerunt, & egēt gloria Dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet ut non sint beati, nisi quorū remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic cōmendauit: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiā. Et ei qui operatur, id est, de operibus præsumit & eorū merito sibi dicit datā esse gratiā fidei, merces non imputatur secundū gratiam, sed secundū debitum. Quid est hoc nisi q̄ merces nostra gratia uocat? Si gratia est, gratis datur. Quid est gratis datur? Gratis constat. Nihi boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum. Attencūtur opera tua, & inueniūtur omnia mala. Si qđ debetur istis operibus Deus redederet,

Gratia & meriti cōtraria sunt

E T M E R I T O.

11

deret, utiq̄ damnaret. Non tibi Deus reddit debitam p̄conam,
sed donat indebitam gratiam.

**Idem in Psalmum tricesimum: In te domine spera
raui. Versu primo.**

In tua iustitia erue me, & exime me. Nam si attendas ad iu-
stitiam meam, damnas me. In tua iustitia me erue. Est enim iu-
stitia dei, quæ & nostra sit, cum donatur nobis. Ideo autē Dei nostra dicit
iustitia dicitur, ne homo sese putet à seipso habere iustitiam. tur.
Sicut enim dicit Apostolus Paulus: Credenti in eum qui insti-
ficiat impium. Quis est qui iustificat impium? Qui ex impio fa-
cit iustum. Quis est qui non saluatur gratis? In quo non inue-
nit saluator quod coronet, sed quod damnnet: non inuenit me
rita bonorum, sed inuenit merita suppliciorum. Si agat tan-
quam ueraciter ex regula legis proposita, damnandus est pec̄ homines
cator: hac regula si ageret quem liberaret! Omnes enim peccata damnat,
tores inuenit, solus sine peccato uenit, qui nos peccatores in-
uenit. Hoc ait Apostolus: Omnes enim peccauerunt & egent
gloria Dei. Quid est, Egent gloria Dei? Ut ipse liberet non tu.
Quia tu liberare non potes, Indiges liberatore. Quid est quod
te iactas? quid est quod de lege & iustitia pr̄sumis? Non ui-
des quid intus configat in te, de te, aduersus te: Non audis pu-
gnantem & confitentem, & adiutorium in pugna desideran-
tem? Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis Roma.7
huius? Gratia DEI per I E S U M C H R I S T U M domi- Libera-
num nostrum. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gra- mur gra-
tis datur? Quia merita tua non pr̄cesserūt, sed beneficia Dei tia Dei nō
te pr̄euenerunt. meritis no
stris.

**Idem Psalmo quadragesimotertio: Deus auribus,
Versu: Et redime nos propter nomen tuum.**

Hoc est gratis propter nomen tuum, nō propter meum me
ritum, quia tu dignatus es facere, nō quia ego dignus sum cui
facias. Nam & hoc ipsum qd nō sumus obliti tc, & nō recessit Psalm.43
retro cor nostrū: qd nō extendimus manus nostras ad Deum Nihil sine
alienum, nisi te adiuuāte unde possemus: nisi te intus alloquē Dei adjuto
te, exhortāte, non deserēte unde ualeremus: Ergo siue patien- Rio possu-
tes in tribulationibus, siue gaudentes in prosperitatibus, redi- mus,
me nos, nō propter meritū nostrū, sed propter nomen tuum.

Augustinus in Enchiri, capite centesimo primo.

Vnde

Vita æternā na gratia dicitur. Vnde & ipsam uitam æternā, quæ certa merces est operum bonorum, gratiam Dei appellat Apostolus. Stipendium enim peccati, inquit, mors, gratia autem Dei uita æterna in Christo.

Roma. 6 Iesu domino nostro. Stipendium pro opere militiae debitum redditur, non donatur: ideo dixit, stipendium peccati mors,

Merita hominis Dei munera sunt. ut mortem peccato non immerito illatam, sed debitā demon straret. Gratia uero nisi gratis sit, gratia non est. Intelligendū est igitur etiā ipsa hominis bona merita esse Dei munera, qui bus cum uita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia red ditur? Sic ergo factus est homo rectus, ut & permanere in illa

rectitudine posset non sine adiutorio diuino, & suo fieri per uersus arbitrio: utrumlibet horum elegisset, Dei uoluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suam misericordiū facere quam Dei, de illo facta est uoluntas Dei, qui ex ea de massa perditionis quæ de illius stirpe profluxit, facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam: in honorem, per misericordiam: in contumeliam, per iudicium: ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se.

Hieremij decimoquinto: Non fœnerauī, nec fœne rauit mihi quisquam.

Augustinus libro de libero arbitrio & gratia, capite octauo.

Itaque charissimi, uita bona nostra nihil aliud est quam gratia Dei: sine dubio & uita æterna quæ bone uite redditur, Dei gratia est: & ipsa eī gratis datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hæc autem quæ illi datur, quoniā p̄mū eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia: ut uerum sit quoniā uerū est, quia reddet unicuique secundum opera eius.

Idem libro de correptione & gratia, capite decimotertio.

Iudicium sine misericordia illi qui nō fecit misericordiam: Vbi ostendit etiam in illo iudicio in quo justi coronātur, iniusti q̄d damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicādos. Cum eī dicitur: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiā, manifestatur in his in quibus inueniuntur bona opera misericordia, iudicium cum misericor dia.

Iacobi 2 Iudicium cū misericordia datur electis.

E T M E R I T O.

113

dia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solū nullis bonis, sed etiam multis malis operibus præcedētibus, inīse Misericordia eius præuenit hominē ut libereatur à malis, & quæ fertur, & quæ facturus fuerat, nisi Dei gratia regeneraretur : & quæ passurus fuerat in æternum, nisi erueretur à potestate te nebrarum, & transferretur in regnum filij charitatis Dei. Verunt̄ quia & ipsa uita æterna, quā certū est bonis operibus debitam reddi, à tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cū gratia non operibus reddatur, sed gratis detur: sine ulla dubitatione confitendū est, ideo gratiam uitam æternā uocari, quia his meritis reddit, quæ gratia cōtulit homini. Recte quippe ipsa intelligitur quæ gratia in Euāgeliō legitur, Gratia pro gratia, id est, pro his meritis quæ contulit gratia &c.

Genesis quarto: Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

Augustinus in Enchiridio. Cap. tricesimo.

Vtrum hēc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumq; promisit æternum, nūquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perdītus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero uolūtatis arbitrio? Et hoc absit. Nam libero arbitrio male utēs hō, & se perdidit & ipsum. Sicut enim quise occidit, utiq; uiuendo se occidit, sed se occidendo non uiuit, nec seipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cū libero peccaretur arbitrio, uictore peccato amissum est & liberum arbitriū. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Petri certe apostoli est ista sententia. Quæ cum uera sit, qualis quæso potest serui addicti esse libertas, nisi qñ eū peccare delectat? Li- beraliter enim seruit, qui domini sui uoluntatem libenter fa- malī hoīs ē cit. Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. peccare. 2. Pe. 2. Libertas tamen. Sed ista libertas ad bene faciendum unde erit homini ad dicto et uēdito, nisi redimat ille cuius uox illa est: Si uos filius liberauerit, tunc ueri liberi eritis!

August. lib. exposit. inchoatæ in Epist. ad Roma.

h Iusta

Pœnitentia est ex gratia Dei. Iusta est ergo gratia Dei, & gratia iustitia, cum in eo etiam pœnitentiae meritum gratia præcedat, quod neminem peccati sui pœnitenteret, nisi admonitione aliqua uocationis Dei. Vnde nullo modo dari hominibus gratia potest, qua liberamur a peccatis, & pax qua recōciliamur Deo, nisi in spiritu sancto.

Idem libro de prædestinatione sanctorum. Capite septimo.

Act. 10 Cornelius Centurio ex gratia credidit. Solet enim dici ideo credere meruit, quia vir bonus erat & antequam crederet. Quod de Cornelio dici potest, cuius accepit pœnitentia eleemosynæ, & exaudiitæ orationes, antequam credidisset in Christum: nec tamen sine fide aliqua donabat & orabat. Quicquid igitur & antequam in Christum crederet, & cum crederet, & cum credidisset, bene operatus est Cornelius, totum Deo dandum est, ne forte quis extollatur.

Augustinus de uerbis Apostoli, sermone decimo tertio.

Rom. 8. Filii Dei sunt q. sp̄r̄tū Dei aguntur. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii dei sunt. Quid te ergo uolebas extollere, ubi audisti: Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis? Dicturus enim eras, hoc potest uoluntas mea, hoc potest liberum arbitrium meum. Que uoluntas? quod liberum arbitrium? Nisi ille regat, cadis: nisi regat, iaces. Quomodo ergo spiritu tuo, cum audias Apostolum dicentem: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris, agis quidem illo non adiuuante libera uoluntate, sed male. Ad hoc idonea est uoluntas tua quæ uocatur libera, & male agendo sit damnabilis ancilla. Cum dico tibi sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad male agendum habes sine adiutorio liberam uoluntatem, quanquam non est illa libera.

Augustinus libro contra Pelagian. & Celestin. de gratia Christi. Cap. uicefimo sexto.

Ante gratiam nulla merita. Et si consenserit nos gratia Dei accipere charitatem, non sic sentiat tanquam ulla merita bona nostra præcesserint. Nam quæ merita bona tunc habere poteramus, quando Deum non diligebamus? Ut enim acciperemus dilectionem qua diligemus, dilecti sumus cum eam nondum haberemus. Hoc Ioannes apostolus apertissime dicit: Non quod nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Et alibi: Nos diligamus, inquit

E T M E R I T O.

115

inquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atq; ueris ^{1.} Ioan. 4
sime. Non enim haberemus unde illum diligenteremus, nisi hoc
ab illo cum prior nos diligenteret, sumeremus. Quid autem bo- In eodem
ni faceremus, nisi diligenteremus? Aut quomodo bonum non fa-
cimus, si diligamus? Et si enim Dei mandatum uidetur aliquā In dilectio
do non à diligentibus, sed à timentibus fieri, tamē ubi nō est ne omne
dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum bonum.
opus uocatur: quia omne quod non est ex fide, peccatum est:
Et fides per dilectionem operatur. Ac per hoc gratiam Dei
(quia charitas diffunditur in cordibus nostris per spiritum Rom. 14
sanctum qui dat⁹ est nobis, sic confiteatur, qui uult ueraciter Roma. 5
confiteri, ut omnino nihil boni sine illa, quod ad pietatē per-
tinet ueramq; iustitiam, fieri posse non dubitet.

Sapientiæ sexto: Præoccupat qui se concupiscunt,
ut illis se prior ostendat.

Esaïæ quadragesimotertio: Ecce ego facio noua,
& nunc orientur: utiq; cognoscetis ea. Ponam in de-
serto uiam, & in inuio flumina. Et glorificabit me be-
stia agri, dracones & strutiones: quia dedi in deser-
to aquas, & flumina in inuio: ut darem potum popu-
lo meo electo meo. Populū istum formaui mihi, lau-
dem meam narrabit. Non me inuocasti Iacob, nec la-
borasti in melisrael. Non obtulisti mihi arietem holo-
causti tui, & uictimis tuis nō glorificasti me &c.

Esaïæ quadragesimoprimo: Ponam desertum in
stagna aquarū, & terrā inuiam in riuos aquarū. Po-
nā in deserto abietē, ulmū & buxum simul: ut uideāt
& sciant & recogitent & intelligāt pariter, quia ma-
gnus dominus fecit hęc, & sanct⁹ Israël creauit illud.
Prope facite iudiciū uestrū dicit dominus, afferte si
quid forte habetis, dicit rex Iacob &c.

Ad Philip. primo: Quia qui cœpit in uobis opus
bonū, ipse perficiet usq; in diē Iesu Christi.

Aug. cō. duas Epist. Pela. ad Bo. lib. ii. Cap. viii.

Nunc illud est quod debemus aduertere, utrum inuitu &
h 2 reluctan-

Deus hoī reluctanti homini, Deus inspiret boni cupiditatem, ut iā non sit reluctans, nō sit inuitus, sed consenties bono, & uolens bonum. Iſti (scilicet Pelagiani) uolunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius cœpti meritū etiā per ficiendi gratia consequatur, si tñ hoc saltem uolunt. Pelagius eñ facili⁹ dicit impleri quod bonū est, si adiuuet gratia: Quo additamento, id est, addendo faſilius, utiq⁹ significat hoc se ſa pere, qđ etiā ſi gratiæ defuerit adiutoriū, potest q̄uis difficult⁹ impleri bonum per liberum arbitrium. Si enim ſine Dei gra tia per nos incipit cupiditas boni, ipsum cœptū erit meritum, cui tanq⁹ ex debito gratiæ ueniat adiutoriū, ac ſic gratia Dei nō gratis donabitur, ſed meritū nostrū dabif. Domin⁹ aut ut reſpōderet futuro Pelagio, non ait: Sine me difficile potestis aliqd facere, ſed ait: ſine me nihil potestis facere. Hominis eſt præparare cor, & à domino reſpōſio linguae, non bene intelli gendo fallunt, ut existiment cor præparare, hoc eſt, bonū in choare ſine adiutorio gratiæ Dei, ad hominē pertinere. Absit, ut ſic intelligent filii promiſionis, tanq⁹ cū audierint dñm di centē: Sine me nihil potestis facere, quaſi conuincant eū dicē tes: Ecce ſine te poſſimus cor præparare: aut cum audierint à Paulo apollo: Nō quia idonei ſumus cogitare aliquid quaſi ex nobis metiſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, tanquā & iſpum conuincant dicentes: Ecce idonei ſumus ex nobis metiſis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim pōt bona cogitatione ad bonū cor præparare? Absit ut ſic intelligent, niſi ſuperbi ſui arbitrii defenſores, & fidei ca tholicae deſerentes. Ideo quippe scriptū eſt: Hominis eſt præpa rare cor, & à dño reſpōſio linguae, quaſi homo præparat, nō tñ fine adiutorio Dei: ita etiā dictum eſt: Aperi os, & adim ple bo illud. Quāuis eñ niſi adiuuante illo fine quo nihil poſſiu mus facere, os nō poſsum⁹ aperire, tñ nos aperim⁹ illius adiuu mēto & opere noſtro, implet aut illud dñs, ſine opere noſtro.

Ioan. 12 Prover. 16 **Præpara tur cor à domino ad bonū.** **Cogitatio bona non eſt à nobis** Nam quid eſt præparare cor & os apreire, niſi uoluntate pa rare? Et tñ in eisdem literis legitur: Præparatur uoluntas à dño. Ego aperiā os tuū & instruā te quæ debeas loqui. Quapropter multa deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla uero facit hō, quæ nō facit deus, ut faciat homo. **Cap. 9.** Quid eſt enim boni cupiditas, niſi charitas de qua apostolus ſine ambiguitate loquitur dicens: Charitas ex Deo eſt. Nec

Psalm. 3

Exodi. 4 Oia bona deus in ho mine facit

1. Ioan. 4

est. Nec initium eius ex nobis, & perfectio eius ex Deo, sed si charitas ex Deo, tota nobis ex Deo est. Auertat em Deus hac ametiam, ut in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia eius preueniet me. Et quoniam praevenisti eum in benedictiōibus dulcedinis. Ergo benedictio dulcedinis est gratia Dei, qua sit in nobis ut nos delectet & cū piamus, hoc est amemus quod p̄cipit nobis: in qua si nos nō p̄uenit Deus, non solū non p̄ficitur, sed nec inchoatur ex nobis.

Ad Philipenses tertio: Secundum iustitiam quae in lege est cōuersatus sine querela. Sed quae mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen & existimo omnia detrimen tum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed illam quae ex fide est Christi Iesu, quae ex Deo est iustitia in fide ad cognoscēdum illum, & uirtutē resurrectiōis eius, & societate passionum illius.

Augustinus de tempore, sermone quadragesimo nono dominica quinta post octauas Epiphanię sermone secundo.

Infelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondeat medicus: Gratia Dei per Iesum Christū dominū Roma.4 nostrum, Gratia Dei, non merita tua. Quare ergo te dixisti in lege cum iustitia sine querela conuersatum? Attendite, Si Sine querela dixit hominū. Est em quædā iustitia quam potest la conuer homo implere, ut nullus hominū queratur de homine. Dicit: sari quid ē Non concupiscas alienū: Tu si non rapueris alienū, nulla querela erit hominū. Ergo aliquā concupiscis & nō rapis: Sed sen tentia Dei supra te est, quia concupiscis: Reus es legis, sed in oculis latoris legis. Sine querela uiuif: Quare ergo ista dāna: Nullus ui uens im plet legens Quare ista stercora: Quicquid faciebant Iudæi unde homines non quererentur, & esset ipsorum conuersatio ex lege si ne querela, sibi tribuebant: & ipsam iustitiam secundum legem uiribus suis assignabant, implere non poterant, sed in h ; tantum

rantum faciebant inquantū poterant sibi tribuendo, nec hoc
pie implebant. Hoc ergo dicit legem implere, hoc est, non con-
cupiscere. Quis ergo hoc qui uiuit potest? Adiuuet nos Psal-
mus, qui modo cantatus est: Exaudi me domine in tua iusti-
tia, hoc est, non in mea: Si diceret: Exaudi me in iustitia mea,
tanquam meritum uocaret. Vocat quidēm & nonnullis locis
& suam iustitiam, sed sic melius discernit, quia & suam quan-
do dicit, datam dicit, quomodo dicimus, Panem nostrū quo-
tidianum da nobis hodie: Quomodo nostrum: quomo-
do da: Et ad eos qui de sua possent præsumere: Quotquot er-
go perfecti sumus, hoc sapiamus. Iamdudum dixerat seim
perfectum, nunc autem perfectum. Quare nisi quia ipsa est
perfectio hominis, inuenisse se non esse perfectū: Quotquot
autem perfecti, hoc sapiamus. Et si quid forte aliter sapitis, id
quod nobis Deus revelauit, id est, ut si uos in aliquo profectu
animi iustificatos probabitis, legendō scripturas, & inuenientis
do quae sit uera & perfecta iustitia, inueniatis uos reos, & de-
fiderio futurorum damnetis præsentia, uiuatis ex fide & spe
& charitate, & intelligatis quia quod adhuc creditis, nondum
uidetis: quod adhuc speratis, nondum tenetis: quod adhuc de-
sideratis, nondum impletis. Et si talis est charitas peregrinans
vium, qualis erit uidentium? Ergo ille qui docebat Dei iusticiā
& nō constituebat suam, clamabat de Psalmo: Exaudi me in
tua iustitia. Etenim cum hinc exieris recipieris pro meritis, et
resurges ad recipienda quae egisti. Tunc Deus coronabit non
tam merita tua quam dona sua. Ambula securus in Christo,
ambula, ne offendas, ne cadas. Nec retro respicias, ne in via re-
maneas, ne à via recedas. Ista omnia præcaue tantum, & pue-
nisti. Cum peruerteris tunc iam gloriare ex hoc. Noli in te.
Nam qui se laudat Deum non laudat, sed a Deo auertit.

Iob xiii. Veruntamen uias meas in conspectu eius
arguam: & ipse erit saluator meus.

**Augustinus contra duas epistolas Pelagianorum
ad Bonifacium libro primo. Capite nono.**

Nec moueat qd ad Philippenses Apostolus scripsit: Secundū
iusticiā quae in lege est, qd fuerit sine querela. Potuit em̄ esse
intus in affectionibus prauis prævaricator legis, & tñ cōspī-
cua opera legis implere, uel timore hominum, uel ipsius Dei,
uel

Psal. 142

**Perfectio
hois est
imperfe-
ctionis sue
cognitio**

**Psal. 142
Coronar
deus dona
sua.**

Philip. 3

uel pœnæ formidine, non dilectione & delectatione iustitiae. Quæ sit iu
Aliud est enim uoluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ^{stitia q̄ ex}
ad malefaciendū sic uoluntate inclinari, ut etiā faceret, si hoc ^{lege est}
posset impune permitti. Nam sic profecto in ipsa intus uolu
tate peccat, qui non uoluntate sed timore non peccat.

Augustinus ad Anastasium. Epist. cxliij.

Inaniter aut̄ putat uictorē se esse peccati, qui pœnæ timore
non peccat, quia & si non impletur foris negotium malæ cu
piditatis, ipsa tamē mala cupiditas intus est hostis. Et quis co
rā Deo innocens inuenitur, qui uult fieri quod uetatur, si sub
trahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa uoluntate reus est qui
uult facere qđ non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune
non pot̄ fieri. Nam quantū in ipso est, mallet non esse iustitiā
peccata prohibentē atq; punientē. Et utiq; si mallet nō eē iu
stitiā, quis dubitauerit quod eā si posset auferret? Ac per hoc
qđo iustus est, iustitiā talis inimicus, ut eam si potestas detur
præcipientē auferret, ne comminant̄ uel iudicantem ferat?
Inimicus ergo iustitiā est qui pœnæ timore non peccat: amī
eus autem erit, si eius amore nō peccet. Tunc enim uere time
bit peccare, Nam qui gehēnas metuit, nō peccare metuit, sed
ardere. Ille autem peccare metuit, qui peccatū ipsum sicut ge
hennas odit. Ipse est timor dñi castus, permanēs in seculū se
culi. Nam ille timor pœnæ tormentū habet, & non est in cha
ritate, eumq; perfecta charitas foras mittit. Tm̄ porro quisq;
peccatum odit, quantū iustitiā diligit, quod non poterit lege
terrente per literam, sed spiritu sanante per gratiam.

Iniqu⁹ est
qui timore
pœnæ non
peccat.

1. Ioan. 4
Timor nō
est in cha
ritate.

Iob nono: Auferat à me uirgam suam, & pauor
eius non me terreat. Loquar & nō timebo eum. Non
enim possum metuens respondere.

Gregorius super cantica canticorum. Recti dili
gunt te. Capite primo.

Ac si diceret: Non recti adhuc timent, recti diligunt te.
Omnis enim qui bona opera præ timore agit, & si in opere
rectus est, in desiderio rectus non est. Vellit enim non esse
qd timeret, & opera bona nō faceret. Qui ergo operatur bo
na præ amore, etiam in opere & desiderio rectus est: Quam
magna multitudo dulcedinis tuae domine quam abscondisti

Amore
oia facere
debemus.
Psal. 31

timentibus te, & perfecisti eam sperantibus in te. Dulcedo enim Dei timentibus Deum incognita est, amantibus fit nota. Qui ergo per amorem studuerit rectus esse, perfecta dilectio illius est, ut iudicem uenientem non timeat, ut quicquid de æternis supplicijs audierit, non formidet.

Secundo Timothei quarto : Ego enim iam delibor & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solū autē mihi, sed & ihs qui diligunt aduentum eius.

Augustinus libro quinquagesimo . Homelia Homeliarum decimaquarta.

Reddet inquit mihi dominus coronam, iustus iudex. Non enim opere inspecto potest negare mercedem qui opus inspicit. Bonum certamen certaui, opus est. Cursum consummaui, opus est. Fidem seruaui, opus est. Superest mihi corona iustitiae, merces est, sed in mercede tu nihil agis, in opere non solū agis. Corona tibi est ab ipso, opus autem abs te, sed non nisi ipso adiuuante. Bonum certamen certati, cursum consummati, fidem seruanti, retribuit bona. Sed quibus bonis? Quæ ipse dedit. An non ipse dedit ut bonum certamen certares? Si non ipse dedit, quid est quod alio loco dicis? Plus omnibus laborau. Non autem ego, sed gratia Dei mecum? Ab illo ergo ipso adiuuante, ipsoq; donante, & bonum agonem certasti, & cursum consummasti, & fidem seruasti. Da ueniā Apostole, ppria tua nō noui, nisi mala. Da ueniā Apostle, Dicimus q̄ tu docuisti: Audio confidentem, non inuenio ingratum. Pro r̄sus tua à te tibi parata non nouimus nisi mala. Cum ergo coronat deus merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Hanc fidem & ueram pietatem, ne quis extollatur de libero arbitrio in bonis operibus, quisquis sic accipiat ut nouerit dantē, aut quisquis datori non sit ingratus, medico nō superbiat uel insanus adhuc uel non à se sanus. Hanc inq; fidem suā atq; pie tate nullæ argumentationes euellant de cordibus uestris. Seruate quod accepistis. Et humiliter consideremus quod Apostolus dicit: Deus est qui operatur in nobis & uelle & per ficeret.

i. Cor. 15

Propria
opera Pau
li, non nisi
peccata
erant.

scere. Gratias agamus domino ac saluatori nostro, qui nos nullis præcedentibus meritis uulneratos curauit; & inimicos Beneficia reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem Dei. reduxit, de morte ad uitam reuocauit, & humiliter confites fragilitatem nostrā, illius misericordiam deprecemur, ut quia nos (secundum Psalmistam) misericordia sua præuenit, Psalm. 58 dignetur in nobis non solum custodire, sed etiam augere munera uel beneficia sua, quæ ipse dignatus est dare.

Exodi tricesimoquarto: Dominator domine Deus miserator & clemens: patiens & multæ miserationis ac uerax: qui custodis misericordiam in milia: qui aufers iniuitatem & sclera atque peccata: nullusque apud te per se innocens est.

Idem de tempore sermone quadragesimo octauo, Dominica quinta post octauas Epiphanie sermone primo.

Prorsus quod ad te ipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus Nihil lumen es. Quid est em̄ aliud esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Deniq̄ de illis sic ait Apostolus: Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic quia tu lumen non es. Ut multū, oculus es, lumen non es. Quid prodest sanus ac patēs oculus, si lumen desit? Et dic à te tibi lumen non esse, & clama quod dictum est: Tu illuminabis lucernam meā domine, lumine tuo domine illuminabis tenebras meas. Me enim nihil nisi tenebrae, tu autem lumen fugas tenebras, illuminans me, non à me mihi lumen existens, sed lumen non participans nisi in te.

Augustinus super Iohannem Tractatu quadragesimonoно, capite undecimo.

Nemo ergo se palpet, de suo Satanas est, de Dei beatus est. Homo de Quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatum quod suo Satanas est tuum, iustitia inquit de meo est. Quid em̄ habes quod non acceperisti?

Augustinus in Soliloquijs, capite decimo quinto.

Domine confiteor ut docuisti me, nihil aliud sum quam unius uersa uanitas & umbra mortis, & abyssus quædam tenebrosa, & terra inanis & uacua, quæ sine tua benedictione nō germinat,

DE GRATIA

bra mor- minat, fructum quoq; non facit, nisi cōfusionem, peccatum &
 tis. mortem. Si quid boni utique habui, à te recepi, quicquid boni
 habui tuum est, uel à te habeo. Si quando steti, per te steti, sed
 quando cecidi per me cecidi: & semper in luto iacuissem, nisi
 tu me erexisses: semper cæcus fuissim, nisi tu me illuminasses.
 Quando cecidi nunquam sur rexissim, nisi tu mihi manū por-
 rexisses. Postquam me etiā erexit, semper cecidissem, nisi tu
 me sustinuisses. Sæpi perissem, nisi tu me gubernasses. Sic sem-
 per domine, sic semper tua gratia & misericordia tua præue-
 nit me, liberās me ab omnibus malis, saluās à præteritis, susci-
 tans à præsentibus, & muniens à futuris, præcidentis etiam an-
 te me laqueos peccatorum, tollens occasiones & causas, qua-
 Causas pec- nisi tu hoc fecisses mihi, ego oīa peccata mundi fecissem. Quo-
 cati Deus niam scio domine, quod nullum peccatum est quod unquam
 tollit à bo fecerit homo, quod nō posset facere alter homo, si creator de-
 nus.
 sit à quo factus est homo. Sed quod non facerem, tu fecisti: qd
 abstinerem, tu iussisti: & quod tibi crederem, gratiā tu infu-
 disti. Tu namq; domine regebas me tibi, seruabas me tibi, et mi-
 hi ut adulterium & omne aliud peccatum non committerem,
 gratiam & lumen donasti.

Ephesiorum secundo: Nunc autem in Christo Iesu
 uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in
 sanguine Christi.

Augustinus cōtra duas Epistolas Pelagiani ad Bo-
 nifacium libro primo, capite decimoctauo.

Hominem inquit Dei opus defendimus, nec ex illius poten-
 tia uel in malum uel in bonum inuitum aliquem cogi, sed pro-
 pria uoluntate aut bonū facere aut malum: In bono uero ope-
 re à Dei gratia semper adiuuari, in malum uero Diaboli sug-
 gestionibus incitari. Adhæc respondemus, homines esse opus
 Dei, inquantum homines sunt, sed sub Diabolo esse, inquantū
 peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum, qui non ob aliud
 factus est inter Deum & homines mediator, nisi quia ex homi-
 nibus non potuit esse peccator: nec ex Dei potentia uel in ma-

lum, uel in bonum aliquem inuitū cogi, sed Deo deserente pro-
 facit gra- meritis ire in malum: & Deo adiuuante, sine meritis conuerti
 tia Dei. ad bonum. Non est enim homo bonus si nolit, sed gratia Dei
 etiam ad hoc adiuuatur ut uelit, quoniam non inaniter scri-
 ptum

E T M E R I T O.

119

ptum est: Deus est enim qui operatur, & cætera, ut sequitur.

Ad Philippenses secundo: Deus est enim qui operat in uobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Augustinus ad Paulinum Epistola centesima octava.

Nam quis nos nisi qui uenit querere & saluare quod perierat, ab illa perditionis massa & contentione discernit? Vnde Apostolus interrogat dicens: Quis enim te discernit? Vbi si di 1. Cor. 4 xerit homo: Fides mea, uoluntas mea, bonum opus meum, Re Nihil habet spondetur ei: Quid em habes quod non accepisti? Si autem & acce mus, quod cepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Hoc itaque totū ideo, non accep non ut homo non glorietur, sed ut qui gloriatur in domino primus. glorietur, non ex operibus ne forte quis extollatur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustratur, cum Deus reddat unicuique secundum opera eius, sitque gloria & honor et pax omni Roma. 2 operanti boni: sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia: quoniam fides quae per dilectionem operatur, nihil operatur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus unicuique partiretur mensura fidei. Bonum est igitur Fortitudo homini ut cum totis viribus liberi arbitrii sui ueraciter dicat: nostra ex Fortitudinem meam ad te custodiam, quia ille qui putauit si Deo est. ne ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in Luca. 15 longinquam regionem, & uiuens prodige cuncta consumpsit, & miseria duræ seruitutis attritus, reuersusque in semetipsum dixit: Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset?

Ad Colossenses primo: Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.

Augustinus ad uitalē Epistola centesima septima,

Responde obsecro, quo modo dicit Apostolus: Gratias agem Arbitrium tes patri idoneos facienti nos in parte fortis sanctorum in lumine, si non ipse arbitrium nostrum sed ipsum arbitrii se liberatur a rat? Medaciter ergo gratias agimus patri tanquam ipse faciat Deo. quod ipse non fecit. Et errauit qui dixit, quod ipse nos faciat idoneos.

idoneos. Responde quomodo ad declinandum à malo, & faciendum bonum liberum habemus arbitrium, quādo erat sub potestate tenebrarum, unde nos si quemadmodum dicit Apostolus, Deus eruit, ipse utiq; illud liberum fecit. Ita fit ut neq; fideles fiant nisi libero arbitrio, & tamen ipsius gratia fideles Merita nul fiant, qui à potestate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & la præce Dei gratia non negatur, sed sine ulla humanis præcedentibus dūt gratiā meritis uera monstratur: & liberum ita defenditur, ut humili tate solidetur, non elatione præcipitetur arbitrium. Non est igitur gratia Dei in natura liberi arbitrii, & in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit, sed ad singulos act⁹

Psalm. 67 datur, illius uoluntate, de quo scriptum: Animā uoluntariam segregans Deus hereditati tuę. Quia & liberum arbitrium ad diligēdum Deum prīmi peccati granditate perdidimus, & lex Dei atque doctrina quāmuis sancta & iusta & bona, tamen oc Spirit⁹ est cedit si non uiuiscet spiritus, per quem fit, non ut audiendo, qui uiuisci sed ut obediēdo, neque ut lectione, sed ut dilectione teneatur. cat, nō lex Quapropter ut in Deum credamus, & pie uiuamus, non ueq; litera lentiſ currentis, sed miserentis est Dei: non quia uelle & currere non debeimus, sed quia ipse in nobis & uelle operatur & currere. Non ergo gratiā dicamus esse doctrinam, sed agno scamus gratiam quae facit prodesse doctrinam, quae gratia si desit, uidemus etiam obesse doctrinam.

Osee decimoquarto: Sanabo contritiones eorum diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis.

Augustinus ad Valentiniū Epistola xlvi.

Iacobi 1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum desur Omne bo sum est, descendens à patre lumen. Nec quisquam dicat me num perfe ritis operum suorū, uel meritis orationum suarum, uel meriti fidei suae sibi traditam Dei gratiam, & putetur uerum esse quod illi hæretici dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari, quod omnino falsissimum est. Non quia nullum est meritum uel bonum piorum, uel malum impiorū, alioquin quomodo iudicabit Deus mundū? Sed gratia & misericordia Dei Psalm. 78 conuertit hominem, de qua Psalmus dicit: Deus meus misericordia eius præueniet me, ut iustificetur impius, hoc est, ex im pio fiat iustus. Et incipiat habere meritū bonum, quod Deus coro

coronabit quando iudicabitur mundus.

**Gregorius in Ezechielem libro primo homiliarū
nono, in principio Ezechielis secundi.**

Et ingressus est in mespiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos, & cætera. Ecce diuina uox iacen ti prophete iussit ut surgeret. Sed surgere omnino non posset, Spūs D E I nisi in hūc omnipotētis Dei spiritus introisset. Quia ex omni erigit nos potentis Dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, ad bonū. Sic Paulus cum discipulos admonet dicens : cum meū & tre more uestram ipsorum salutem operamini , ilico quis in eis hæc ipsa bona operaretur adiunxit dicens : Deus est enim qui opera tur in nobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate. Hinc est quod ipsa ueritas discipulis dicit : Sine me nihil potestis face re. Sed in his considerandū est, quia si bona nostra sic omnipotentis Dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionē quærimus: si autē ita nostra sunt, ut dona omnipotētis Dei nō sint, cur ex eis omni potēti Deo gratias agimus ? Sed sciendū est, quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem nostra & omnipotentis Dei sunt & nostra , quia ipse aspirando nos præuenit ut uelimus, qui adiuuādo subsequitur, ne inaniter uelimus, sed possimus, qui adiuuādo subsequitur, ne inaniter uolumus. Præueniēte ego gratia, & bona uo Bonum qd luntate subsequēte, hoc qd omnipotētis Dei donū est, fit meri agimus do tum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat di nū Dei & cens. Plus omnibus illis laborau. Qui ne uideretur suæ uirtutis opus no tri tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia strū dicit. Dei mecum. Quia enim cœlesti dono præuentus est, quasi alie num se à bono suo opere cognouit dicens : Non autē ego, sed quia præueniens gratia liberū in eo arbitriū fecerat in bono, quod libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus, in opere Deus oper adiunxit, sed gratia Dei mecum. Ac si diceret: In bono opere ratur no laborau, non ego, in eo enim quod domini dono præuentus biscū, id est sum, non ego: in eo autem quod donum uoluntate subsecutus in nostra sum, & ego. His igitur breuiter cōtra Pelagium & Cœlestium uoluntate, dictis ad exponendi ordinem redeamus, & cætera.

**Ezechielis tricesimotertio: Vnumquenque iuxta
uias suas iudicabo de uobis domus Israël.**

Deute-

D E C R A T I A

126 Deuteronomij uicesimoquarto: Non occident pā
tres pro filijs, nec filii pro patribus: sed unusquisq; pā
peccato suo morietur.

Gregorius moralium libro decimosexto, capite
undecimo.

Iob uigesimosecundo: Saluabitur innocens, salua-
bitur autem à munditia manuum suarum.

Quæ scilicet sententia si de ecclesiis regni retributione pro-
mittitur, ueritate fulcitur, quia cum de Deo scriptum sit: Qui
Misericordia D E I reddit uiricuique secundum operā eius, illum in extremo
præuenit examine iustitia æterni iudicis saluat, quem hic eius pietas ab
hominē in immundis operibus liberat. Si uero ad hoc saluari quisq; hic
bonis ope fiat, proculdubio erratur: quia si superna gratia nocentē non
ribus.

Matth. 16 Exodi 34. Vnde ueridica Moysi uoce dicitur: Nullus apud te per
se innocēs est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid
sine nobis, ut subsequente quoque nostro libero arbitrio, bo-
num quod iam appetimus agat nobiscum, quod tamē per im-
mensam gratiam extremo in iudicio ita remunerat in nobis,
ac si solum processisset ex nobis. Quia enim diuina nō bonis
3. Cor. 15 tas ut innocentes faciat præuenit, Paulus ait: Gratia Dei sum
id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitriū
sequitur, adiungit: Et gratia eius in me uacua non fuit,
sed abundantius ilis omnibus laborauit. Qui dum se de se nī-
hil esse conspicaret, ait: Non autem ego. Et tamen quia se esse

Sine gra- aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: sed gratia Dei mecum.
tia Dei nī- Non cū diceret mecum, si cum præueniente gratia subsequēs-
hil sumus. liberum arbitriū non haberet. Ut ergo se sine gratia nihil esse
ostenderet, ait: Non ego: ut uero se cum gratia operatum esse
per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: sed gratia Dei
mecum. Munditia itaque manuum suarum in innocens saluabi-
tur, quia qui hic præuenitur dono ut innocens fiat, cum ad iu-
diciū ducitur, ex merito remuneratur.

Primo Paralipomenon uigesimonono: Tua domi-
ne est magnificētia, & potentia & gloria atq; uicto-
ria, & tibi laus. Cuncta cū quæ in cœlo sunt & in ter-
ra tua

E T M E R I T O.

117

ra tua sunt. Tuum domine regnum: & tu es super oes
principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria, tu domina-
ris omnium. In manu tua uirtus & potentia, in manu
tua magnitudo & imperium omnium. Nunc igitur
Deus noster cōfitemur tibi, & laudamus nōmen tuū
inlytum. Quis ego, & quis populus meus: ut possi-
mus hæc tibi uniuersa promittere. Tua sunt omnia:
& quæ de manu tua accepimus deditus tibi. Peregrī
ni enim sumus corā te, & aduenæ sicut omnes patres
nostrī. Dies nostri quasi umbra super terram, & nul-
la est mora. Domine Deus noster omnis hæc copia
quam parauimus, ut ædificaretur domus nomini san-
cto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia, & cetera.

Secundo Paralipomenon secundo: Maghus est eñ
Deus noster super omnes deos: quis ergo poterit præ-
ualere ut ædificet ei dignam domum. Si cœlum & coe-
li celorum capere eum nequeunt, quātus ego sum, ut
possim ei ædificare domum? Sed ad hoc enim ut ado-
leatur incensum coram illo.

Numeri decimoquarto: Si propitius fuerit domi-
nus inducer nos in eam: & tradet humum melle & la-
ete manantem.

Gregorius libro moralium uigesimoquarto, ca-
pite septimo.

Et reddet homini iustitiā suam. Iustitia nostra dicitur, non Iustitia
quæ ex nostro nostra est, sed quæ diuina largitate sit nostra, quando
scut in Dominica oratione dicimus: Panem nostrum quotidia- dicitur
num da nobis hodie. Ecce & nostrum dicimus, & ut detur ora nostra,
nos ter quippe fit cum accipitur, qui tum Dei est, quia ab
illo datur. Et Dei ergo est ex munere, & noster fit ueraciter
per acceptiōem.

Gregor. lib. Moral. xxij. Capite decimo.

Sciunt sancti uiri se post primi parentis lapsum de corrupti Mutatio-
bili stirpe æditos, & non uirtute propria, sed præueniēte gra- hominis.
tia sua

ad bonū, tia superna ad meliora se uel uota, uel opera commutatos. Et opus Dei quicquid sibi mali inesse cognoscūt, de mortali propagine sen est. tiunt meritum. Quicquid uero bonū in se inspiciunt, immorta Ex bonis lis gratiæ cognoscunt donum. Eiq; de accepto munere debito operibus res fiunt, qui & preueniendo de dit eis bonū uelle, quod nolue Deo debi- runt: & subsequendo concessit bonum posse, quod uolunt. tores effi- cimur.

Lucæ undecimo: Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis, & cætera.

Fulgentius libro primo ad Monimum.

Studiū quę Interius igitur magister à quo subfidium doctrinæ celestis rendi & in accipimus, non solum inquirentibus nobis suorum aperit ar- ueniēdi no cana sermonū, sed ut etiam quæramus ipse gratis inspirat affe- bis à Deo tum. Quia nec esurire panē illum qui de cœlo descendit pos- sumus, nisi ab ipso fastidientibus esuries detur, qui se ad satian dos esuriētes donare dignatur. Ab ipso etiam nobis est quod ad fontem sitientes currimus, qui se nobis tribuit ut bibamus. Ipse igitur laudandus est in utriusq; muneris gratia, siue cum nos ad se quærendum dormientes exuscitat, seu cum se inue- niendū nobis quærētibus donat. Qui profecto nullatenus inuenitur, nisi ipse nos excitet ut quæratur.

Deuteronomij undecimo : Terra enim ad quam ingredieris possidēdam non est sicut terra Aegypti de qua existi: ubi iacto semine in hortorum morem aquę ducūtur irriguę, sed mótuosa est & campestris, de cœlo expectās pluuias: quam dominus Deus tuus semper inuisit: & oculi illius in ea sunt à principio an- ni usque ad finem eius.

Idem Fulgentius in eodem libro.

**Voluntas & opera-
tio bona à Deo sunt.** Omne igitur opus, quod à nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. Ex ipso em̄, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo est & bona uoluntas, & operatio bona. Quod doctor gé- tium his uerbis affirmat: Deus est qui operatur in uobis & uel le & perficere pro bona uoluntate. Propter ea sicut Salomon dicit: Quia præparatur uoluntas à domino, sic etiam bona ope- ra nostra, Paulus à domino asserit præparata, hoc est, in pre- destinatione disposita. Dicit itaq; gratia salui facti estis & cæ- tera.

tera. Sicut ergo præparata est per prædestinationem uoluntas à domino, qua bonum uelimus: sic etiam bona opera præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Attēdamus etiam uitam æternam, regnumq; celorum diuinitus fide fidelibus præparatum. Ipse quippe Christus dicturum se dextris ostendit: *Vc.* Matth. 24
 nite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. Sed & hoc ipsum est opus gratiae. Ex gratia enim datur non solum iustificatis uita bona, sed etiam glorificatis uita æterna. Quod Pauli prædicatione tenemus cōpertum, dicentis: *Stipendium peccati mors, Gratia autem Dei Roma. 5*
uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Quur autē mors stipendium, uita uero æterna gratia dicitur? Nisi quia illa redit, hæc donatur. Sed ubi illam Deus reddit, opus malū pectoris hominis punit, quod nullatenus fecisset, nisi homo defecisset à Deo. Cum uero Deus uitam æternā donat, opus suū, quod inchoauit, iustificans impiū, perficit, glorificans iustū. Hæc autem utraq; gratia, id est, uita bona, & uita æterna, in *Ioan. 1*
Christo Iesu domino nostro est. De plenitudine quippe eius Duplex nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, scilicet, gratiam gratia.
*glorificationis æternæ, pro gratia iustificationis indebitæ: ut gratia iustificationis omne meritum malum deleat indebita beneficio, & meritum bonum iugi confirmet auxilio, cui gratia glorificationis iustæ reddatur in præmio. Gratia autē etiā ipsa ideo non iniuste dicitur, quia non solum donis suis Deus dona sua reddit, sed quia tantū etiam ibi gratia diuinæ retributionis exuberat, ut incōparabiliter atq; ineffabiliter omne meritum, quāmuis bonæ & ex Deo datae humanæ uoluntatis *Philip. 1*
*arcti operationis excedat. Quāmuis enim non solum credendi Duplex in Christum lumen, sed etiam pro illo patiēdi uitutem à Deo gratia prænobis donari beatus Paulus Apostolus ostendit dicens: Vobis sentis uitæ enim donatum est, pro Christo, nō solum ut in eum credatis, scilicet credi & pati, sed ut etiam pro illo patiamini: Quod utrūq; pertinet ad gratiam, tiendi. omnibus præsentis tēporis passionibus anteponit dicens: Nō *Roma. 3* sunt condignæ passiones huius temporis, & cætera.**

Hieronymus ad Demetriadē, tomo primo, folio tricesimoprimo.

Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Vbi Iacobi 4 autem

Velle & autem gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas, ut impleatur illud Apostoli: Non est uobis, & cetera. Et tamen uelle & nolle nostrum est, ipsumq; quod nostrum est, sine miseratione Dei nostrum non est.

Deuteronomij octauo: Et postquam affixit ac roborauit te, ad extremum misertus est tui, ne diceres in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, quod ipse uires tibi præbuerit.

In eodem capite nono:

Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter iniquitates suas istæ deletæ sunt nationes. Neque enim propter iusticias tuas & æquitatem cordis tui ingredieris, ut possideas terras earum, sed quia illæ egerunt impie introeunte te deletæ sunt, & ut compleret uerbum suum quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. Scito ergo qd non propter iusticias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis populus.

Danielis nono: Propter temetipsum inclina Deus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & uide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

Esaïæ quinquagesimo: Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petrā durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me.

Psalmo septuagesimo secundo: Ut iumentum factus sum

E T M E R I T O.

131

sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo & à te quid uoluī super terram?

Psalmo quadragesimotertio: Nec in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, &c.

Psalmo sexagesimoprimo: Nónne Deo subiecta erit anima mea: ab ipso em̄ salutare meū. In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei, &c.

Psalmo sexagesimo septimo: Mirabilis De⁹ in sanctis suis. Deus Israël ipse dabit uirtutem, & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.

Ambrosius de uocatione gentium, libro primo, capite secundo.

Nam plenæ sunt paginæ ueteris testamenti de Israëliticę de fectionis relatu, ut aperte appareat diuinæ semper fuisse gratiæ, quod non omnis ille populus discessit à dñō. Ita humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiā inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorē est procliuor uoluntatem, cui committi, non est aliud q̄ dimitti. Hæc itaq; uoluntas uaga, incerta, instabilis, imperita, infirma Hominis ad efficiendū, facilis ad audendū, in cupiditatibus cæca, in horribus tumida, curis anxia, suspicionibus inquieta, gloriæ q̄ absq; gratiæ virtutum audior, famæ q̄ conscientiæ diligētior, & per omnē tia Dei uisus experientiam miserior, fruendo his quæ concupuerit, q̄ uentis. carendo, nihil in suis habet uiribus, nisi periculi facilitatem. Quoniam uoluntas mutabilis quæ non ab incommutabili uoluntate regitur, tanto citius appropinquat iniquitati quanto acius intendit actioni. Quandiu ergo homini ea placent, quæ placet, nobis placere debent.

i a Hoc

Hoc est enim proprium & præcipuum piorum, ut in domino glorientur, nec se nisi in Deo diligent. Bene enim se amat, qui in se opera Dei amant. Nam & hoc Deus amat in nobis, quod ipse fecit: & hoc odit, quod ipse non fecit. Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam uoluntatem recte amamus in nobis, quæ utique si opus Dei non esset, amanda non esset. Quis autem homo (nisi male uoluntatis fuerit) bonam in se non amat uoluntatem, quæ superni agricultæ prima plantatio est? Dicente enim ueritate: Omnis plantatio quam non plâravit pater meus &c lestis eradicabitur. Quicquid non est eradicandum, manifestum est, à patre esse plantatum. Bona autem uoluntas omnium uitatum germe est primū. Quæ innixa origini suæ in illa æterna & incommutabili uoluntate requiescit, ut uere sit spiritalis. Quoniam qui adhæret unus est spiritus, dum per communionem illuminantis & illuminati, iustificantis & iustificati, regentis & subditi, omnis actio ad unum refertur, & quod ad unum refertur, utriusq; est. Quia nec à Deo alienari potest qd dedit, nec ab homine quod accepit.

Capite tertio: Hic tractandum uidetur utrum cum bone uoluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat corrigatur uoluntas, an alia ei quam non habebat, & quæ priori repugnet detur.

Qualitas ut euidentius appareat, altius id non pingeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine uito conditi sumus, & omnes naturæ nostræ incolumentem eiusdem hominis præuaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animiq; corruptio, inde ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor uanis, amor noxious, iniusta gaudia, pœnitenda consilia, & non minor miseria multitudine, q; criminum. His atq; alijs malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, spe relitta, intelligentia obsecata, uoluntate captiva, nemo in se unde reperetur inuenit: quia & si fuit qui naturali intellectu cōnatus sit uitijs reluctari, huius tantu temporis uitam steriliter ornauit, ad ueras autem uirtutes eternamq; beatitudinem non pro-

Sine fide fecit. Sine cultu enim ueri Dei, etiā quod uirtus uidetur esse, pecu uirtus etiā cati est: nec placere ullus Deo, sine Deo potest. Qui uero Deo peccatum est non placet, cui nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non uoluntate, sed uoluntatis sanitatem priuatus est. Quia non detrudì ab innocetiae statu posset, nisi uoluntate pecaret

ET MERITO.

173

caret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala. Et
 ille animi motus qui nunquam potest sine aliquo esse amore, Voluntas
 hoc est, sine aliqua uoluntate, non perdidit appetitum, sed mu nunque est
 tauti affectum, id recipiens desiderio, quod debuit refutare iu sine alique
 dicio. Cum igitur homo ad pietatem redit, de quo ideo dictum amore.
 est. Spiritus uadens & non rediens. Quia nisi illum Deus con- Psalm. 77
 uerteret, non rediret: non fit nouum figmentum, nouaque crea-
 tura, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat la-
 befactata, reparatur. Nec aliud ab eo auferitur nisi uitium, quod Nihil nisi
 natura non habuit. Fuit enim in Adam natura sine uitio, qui uitium à uo- luntate au-
 per uoluntatis inobedientiam mala multa cōtraxit, & in po-
 steros magis magisque multiplicanda transfudit. Quæ ut uin- fertur.
 cantur, atque in nihilum deducantur, non efficit nisi gratia sal-
 uatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut emph dicit Ioan. 1. Ioan. 3
 nes Euagelista: In hoc apparuit filius Dei, ut soluat opera dia-
 boli. Et sicut rumpit uincula captivi, sic uictus nuditatem spo-
 liati, sic sanat uulnera fauciati, ut quod in ipso agit, etiam per
 ipsum geratur. Cui utique contra hostem suum non expedit si- Deus per
 ne protectore configere. Cum illo enim habet certamē à quo nos opera
 aliquādo superatus est. Nō ergo fidat de suis uiribus, quæ etiā tur tanquā
 cum essent integræ non steterunt: sed per illum querat uicto per instru-
 riā, qui solus non est uictus, & omnibus uicit. Et si querit, nō menta.
 dubitet querendi affectū ab illo se accepisse, quem querit. Nec Affectus
 quia spiritu Dei agitur, ideo se putet liberū arbitrium nō habe querendi
 re, quod ne tunc quidē perdidit, quando diabolo uoluntate se Deum ab
 dedit, à quo iudicium uoluntatis deprauatū est, non ablatum. illo acci-
 pitur. Quod ergo non imperfectū est per uulnerantem, non tollitur
 per medentē: uulnus sanatur, non natura remouetur. Sed quod
 in natura perīst, nō restituitur, nisi ab autore naturæ. Dicit Hiere. 38
 dominus: Et disponam domui Israël, & domui Iude*t* testamen-
 tum nouum, nō secundum testamentum quod disposui patri-
 bus eorū in die qua apprehendi manum eorum, ut educerē il-
 los de terra Aegypti, quia ipsi nō perseverauerunt in testamē-
 to meo, & ego eos neglexi, dicit dominus. Quia hoc est testa-
 mentum, quod disposui domui Israël, post dies illos dicit dñs:
 Dabo leges meas in sensu ipsorū, & in corde ipsorū scribā eas,
 & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & cetera.
 Per Esaiam quoque dominus de gratia sua, qua ex omnibus ho Esaiae 4:
 minibus nouam creaturam fecit, eadem prænūtiat dicēs: Ecce Gratia de

nouā crea faciam noua quæ nunc orientur, & cognoscetis ea, & faciam turā facit. in deserto uiam, & in sicca terra flumina. Benedicent me bestię agri, syrenę & filię struthionū, quod dederim in deserto aquā, & flumina in sicca terra ad potandum genus meum electum, populu meum quē mihi acquisui, ut enarrent uirtutes meas.

Esaïe 45 Et iterū : Per meipsum iuro, nisi exhibe de ore meo iustitia, & uerba mea non auertentur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo. Si ergo impossibile est ista nō fieri, quia nec incerta præscientia Dei est, nec mutabile consi-

Opera dei immutabilia. lium, nec inefficax uoluntas, nec falsa promissio, omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cuiusquam exceptione saluantur. Dat enim leges suas in sensum eorum, eásque in cordibus ipsorum digito suo scribit, ut agnitionem Dei, non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi eruditoris accipient. Quia neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incre-

Oēs fideles fidē acci- gnoscunt Deum, quia ut uenirent ad C H R I S T V M, à pa- tre deo tre audierunt atque didicerunt, omnes educti ab errore diri- gūtur in uiam uitę, omnibus corde mutato recta sapere, & re- piunt. etea uelle donatur, omnibus timor quo in mandatis Dei eru- diantur inseritur. Fit in deserto uiia, & terra arida fluminibus irrigatur, ut qui prius ad confitendum Deum os non aperie- bant, & uelut muta atq; irrationalia animalia in feritatem transferant bestiæ, diuinorum eloquior; fontibus mundati, benedicunt & laudant Deum, enarrātes uirtutes & mirabilia misericordiæ eius, qui elegit eos, & in filios adoptauit, ac noui testamenti fecit hæredes. Si autē (ut Apostolus loquitur) homi- nis confirmatiū testamētum, nemo spernit aut superordinat, quomodo fieri potest ut ex ulla parte diuina promissio resolu- uatur? Manet prorsus, & quotidie impletur, qd Abrahæ dñs si ne conditio promisit, sine lege donauit. Quia & si quidam quibus hæc prædicata sunt, nō crediderunt, incredulitas cor-

Roma, fidem Dei nō euacuauit. Est em Deus uerax, omnis homo mē- Qui non dax. Et illi quidē qui auditio Euāgelio credere noluerūt, inex- credūt A- credibiliores facti sunt, q; si præconium ueritatis nō audissent. brahæ filij Sed certū eos apud præscientiā Dei Abrahæ filios non fuisse, nō sunt. nec in illo; sorte numeratos, de quibus dictū est: Benedicen- in semine tuo oēs tribus terre. Credituro em promisit qui dī- xit: Et nō docebit unusquisq; proximū suū, & unusquisq; fra- trem

ET M E R I T O.

115

trem suum dices: Cognosce dominum, quia omnes cognoscet
 me, à pusillo eorum usq; ad magnum. Reconciliandos promi-
 fit qui dixit: Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccator; Hiere. 3
 eorum memor non ero. Obedituros promisit qui dixit: Dabo Hiere. 31
 illis uiam alteram, & cor aliud, ut timeant me omnes dies. Per
 seueraturos promisit qui dixit: Timorem meum dabo in cor Hiere. 32
 eorum ne discedat à me, & uisitabo eos, ut bonos eos faciam.
 Postremo omnes sine cuiusq; exceptione promisit qui dixit:
 Per memet ipsum iuro, nisi exhibit de ore meo iustitia & uerba Esaie 45
 mea non auertentur, quia mihi flectetur omne genu & confi-
 tebitur omnis lingua Deo. Hic si dicamus non fieri quod Deus
 iuravit esse faciendum, falsitatem dico (quod absit) & menda-
 cium ascribimus ueritati. Si autē ut pietas fidesq; persuadet,
 Dei uerba non excidunt, & si omnino quod statuit, quomodo
 nobis ueracis promissionis firmitas apparebit, cum multa ad-
 huc hominum milia dæmonijs seruant, & idolis genua fle-Quomo-
 ëtant, nisi huiusmodi denuntiationes Dei, secundum illam in-do in solis
 commutabile scientiam æditas nouerimus, in qua apud illum electis uni
 iam uniuersitas discreta est, & siue de bonis, siue de malis lo-ueritas de
 quatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominū præ scribitur.
 ermitrat. Nam cum dicit Apostolus: Vetera transferunt, ecce 2. Cor. 5
 facta sunt omnia noua, nunquid nō omnes homines uidetur
 dixisse renouatos? Aut cū dicit: Quia in ipso cōplacuit omnē Coloss. 1
 plenitudinē habitare, & per ipsum omnia recōciliari in ipso.
 Nunquid non ideo loquitur, quasi nemine uelit exortē huius
 reconciliationis intelligi? Aut cum ait: Nouissimis istis diebus Hebræo. 1
 locutus est nolis in filio, quem constituit hæredem uniuerso-
 rum. Nunquid aliud sonat forma sententiae, quam omnes ho-
 mines in Christi hæreditate à patre esse transcriptos, secundiū
 prophetam David dicentes: Postula à me & dabo tibi gentes Psalm. 2
 hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Di-
 cente enim domino: Si exaltatus fuero à terra omnia traham Ioan. 12
 ad me. Nónne uniuersorum uidetur promissa conuersio? Aut
 cum de ecclesia prophetatur & dicitur: Omnis uallis replebi- Esaie 40
 tur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in-
 directa, & aspera in uias planas. Nunquid uillus hominum ui-
 detur omissus, qui non significatus sit Christo esse subdēcius?
 Quid cum dicit: Et ueniet omnis caro in cōspectu meo, ut adō Esaie 66
 rent in Hierusalem dicit dominus? Aut illud: Et erit in diebus
illis,

illis, effundam de spiritu meo super omnē carnem! Aut illud:

Psal. 144. Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Nunquid non ita pronuntiatum est, quasi ab hoc Dei munere nemo discretus sit? Habet ergo populus Dei plenitudinē suā, & quāmuis magna pars hominum saluantis gratiam aut repellat, aut negligat, in electis tamen & prescritis, atq; ab omni generalitate discretis, specialis quādam censetur uniuersitas, ut de toto mundo totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines uideātur assumpti. Sicut etiam cum de impiis sermo est, ita locutionem suam diuinus stilus ordinat, ut ea quā de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere uideantur. Veluti est illud, quod ait Ioannes Baptista: Qui de cōclō uenit, super omnes est, quod uidit & audiuit

Ioan. 5. testificatur, & testimonium eius nemo accipit. Aut illud Apostoli: Omnes quā sua sunt querunt. His igitur & alijs documētis, quā possunt ab inquirentibus numerosiora proferri, non dubie demonstratur, interdum & pro parte terræ omnem terram, pro parte mundi omnem mundum, & pro parte hominum omnes homines nominari: quorum tamen discretionem plerūq; scriptura cito aperit, ut sensus legentis ab uniuersitatē appellatione, ad partem quā intelligenda est transferatur.

1. Cor. 1. Sicut est illud Apostoli dicentis: Prēdicamus Iesum Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsis uero uocatis Iudeis atq; Græcis, Christum Dei uitutem & Dei sapientiam. Nunquid ipsis Christus uirtus, quibus scandalum, aut ipsis sapientia, quibus stultitia? Sed qniam quidem ex eisdem iustificabuntur fide, quidem autem sua impietate obdurabuntur, unum credentium & non credentium genus sub uocatorum appellatione discreuit: ut quos à fide significabat alienos, eos quāmuis audissent Euangelium, ostenderet uocationis extraneos. Hac regula per Esaiam promittit sermo diuinus dicens: Educām cæcos in uiām quam non nouerunt, & semitas quas nesciunt, calcabunt. Et faciam illis tenebras illucceſſere, & praua in directum. Hæc uerba faciā, & non derelinquam eos. Sed quod sequitur: Ipsi autem conuerſi sunt retro, ad partem quandam generis ipsorum referendū est, nō ad eos quibus ait: Non derelinquam eos. In his quippe omnibus uerbis, quā de uno hominum genere dicunt, alijs personis

Esaiae 42. priora, alijs posteriora conueniunt. Apud Apostolum quoq; quod

Apud Apo

E T M E R I T O.

137

quod de parte populi agitur, sub totius populi nuncupatione stolū in re narratur, & in reliquijs plenitudo censetur. Cum enim de Iu*li* liquijs plenitudo censetur. *D*eorum obsecratione dissenseret, & quosdā ex ipsis gratia sal uos fieri demonstraret, Dico ergo, inquit, nunc quid repulit *R*e. *D*eus populum suum? Absit. Nam & ego Israélita sum ex se mine Abraham, de tribu Beniamin, non repulit Deus plebem suam quam præscivit. Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt. Et quod de omni Israele dici uidetur, in his tantum, quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, ostenditur.

*E*x cap. 5 Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitiōis, ut uirtutes annūcietis eius: qui de tenebris uos uocauit in tam admirabile lumen suum, qui quondam non populus, nūc autem populus Dei, quoru*m* aliquando non est misertus, nūc autem miseretur. Non ergo meritis minorū tribuitur, quod nō meruere maiores, par enim impietas, & patres accusabat & filios, eademq; ignoratiæ cæcitas omnes simul in eosdem mergebat errores: Sed cur illorum non misertus est, & horū misertus sit Deus, quæ scien*tia* comprehendere, quæ potest inuestigare sapientia? Latet discretionis ista ratio, sed non latet ipsa discretio. Non intelligimus iudicantem, sed uidemus operantem. Quid calumniamur iustitiae occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manifestæ? Laudemus & ueneremur quod agitur, quia tutū est *N*ota. nescire quod tegitur. Respice aut ad uniuersalē multitudinē parvuloru*m*, in quibus excepto illo, quo in damnationē nascit*g*ens humana delicto, nec præterita possunt merita nec futura censeri. Vilesceret em̄ redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ Dei humanorum operum prærogatiua succumbe *P*recium ret, si iustificatio quæ fit per gratiā, meritis præcedentibus de sanguinis beretur: ut non munus largientis, sed merces esset operantis. *C*hristi Si ergo etiā ex nequissimis in ipso uitæ exitu gratia inuenit quos adoptet, cum tamen multi etiam qui minus nocentes uidentur, doni huius alieni sunt, quis hoc aut sine dispēsatione Dei fieri, aut sine profunda dicat equitate decerni? *Q*uod utique non ideo iniquū est, quia occultū est: sed ideo æquum est, quia iudicium Dei esse non dubiū est. *Q*uod em̄ ab illius pendet arbitrio, qua sentētia iudicari debeat, priusquā iudicetur, incertum est. *G*um autem res ad finem suum uenerit, nemini libet

1. Petri. 2
Oes sancti
regale sa-
cerdotium
dicuntur.

ni liberum est de exitu cōqueri, quia certissimū est nihil aliter

Nota. Deum facere debuisse quā fecerit. Qui multimodē uocationis

Mat. 20 uarietatem ad unam gratiam pertinentem, etiam illa regula euangelicæ comparationis astruxit, qua ostendit, patrē familiās diuerso tēpore conducentē operarios uineā sub pactione denarij, quo uitæ æternæ significat æqualitas: ubi sine dubio hora undecima missi in uineā, totius diei operarijs exæquati, istorum de quibus nunc loquimur præferunt sortē, quos ad cōmendandā gratię excellentiā, in defectu diei & conclusione uitæ, diuina indulgentia munerauit, non labori precium soluens, sed diuitias bonitatis suæ in eos, quos sine operibus eligit, effundens: ut etiam hi qui multo labore sudarūt, nec amplius q̄ nouissimi acceperunt, intelligent donum sc̄ gratię, nō re nō opor operum accepisse mercedē. Vnde si & nos aduersum patrēfāt aduer miliās murmurēmus, eo q̄ nouissime uocati totius diei ope sus Deum. rarijs coæquentur, nec amplius multa opera quā pene nulla mereātur, dicetur nobis quod uni eorū respōsum est: Amice,

Dei iudicia non facio tibi iniuriā, nōnne ex denario cōuenisti meū? Tolle quod tuū est, & uade: uolo aut & huic nouissimo dare sicut nobis dī & tibi. Aut non licet mihi de re mea facere qd uolo? Aut ocu scutienda . lus tuus nequā est, q̄a ego bonus sum? Certe huic calūniatori

Roma. 9 iniusta uidebat hæc largitas, & quid eruditiois retulit? Quid rationis accepit? Non est ei dispensationis huius reuelata iustitia, nec ad inspectionē secreti latentis admissus est: sed ut à discutiendis Dei iudicijs abstineret, opposita est ei bonitas miserantis, & uolentis potestas. Quasi illi & ab Apostolo diceret:

Nota. O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit s̄igmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Omnibus ergo hominibus cuiuslibet generis, cuiuslibet conditionis & etatis, causa percipiēdæ gratiæ uoluntas Dei est, apud quā ratio electionis abscondita est, ab ea gratia incipientibus meritis, quā accepere sine meritis. Quæ si possent bona esse sine gratia nō diceret: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū cœlorū. Et nisi inducaueritis carnē filij hominis, & biberitis sanguinē eius, non habebitis uitā in uobis: Sed diceretur: Nisi quis fuerit iustus & bonus, beatus internum esse non poterit. Nec opus esset per aquam & spiritum renasci, si per mandatum sufficeret erudiri. Et euacuaretur fides, quæ credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gracia non

**Voluntas
Dei causa
omnium.**

Ioan. 3. & 6

**Gratia dae
malis &
impijs.**

tia non malis & impiss, sed bonis & rectis doceretur impendi.
 Origo itaq; ueræ uitæ, ueræq; iustitiae in regenerationis est
 posita sacramento, ut ubi homo renascitur, ibi etiam ipsarū
 uirtutum ueritas oritur. Et incipiunt ad per petuam gloriam Iustifica-
 proficere per fidem, qui uix ad temporalem uanæ laudis potest
 tio bona
 tant peruenire mercedem. Siue enim Iudeus legis scientia tu- opera p̄ræ
 mens, siue Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, priusq; cedit.
 iustificetur per fidem Christi, conclusus est sub peccato. Et si Ephe. 5
 in sua infelicitate perstiterit, ira Dei manet super eum, illa sci-
 licet in Adæ prævaricatione cōtracta. De qua Apostolus lo-
 quitur: Eratis aliquando tenebræ, nunc aut lux in domino. Ioan. 3

Ex cap. 6. Qui de cœlo uenit super omnes est, quod uidit & audiuit testificatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui accipit testimonium eius signauit, quoniam Deus uerax est. Et omnis qui accipit testimonium eius, hoc signat, hoc indica-
 cat, quod per lucem illuminantem factus est uidēs, factus est Illumina-
 obediens, factus est intelligens, sicut Joannes Euangelista te- mur per lu-
 statur dicens: Scimus quia mundus totus in maligno positus est illumini-
 est, & scimus quia filius Dei uenit & dedit nobis sensum, ut co- nant̄ Chri-
 gnoscamus uerum Deum, & simus in uero filio eius. stum.

Ex cap. 7. Ipsi aut qui nescire aliqd erubescunt, & per occa- 1.Ioan. 5
 sionē obscuritatis tendunt laqueos deceptiōis, oē in discretio-
 nem qua Deus alios eligit aliosq; nō eligit, (Multi enim sunt Mat. 20
 uocati pauci autem electi) ad merita referunt humanæ uolū- Nullus ex
 tatis, docentem scilicet neminē gratis, sed ex retributione fal- retributio-
 uari: quia naturaliter omnibus sit insitum, ut si uelint possint ne, sed gra-
 ueritatis esse participes, eisq; affluere gratiam à quibus fuerit tis salua-
 expetira. Quæ definitio, ut interim de gratiæ ueritate racea- mur om̄es.
 tur, de his uidetur aliquam ostentare ratiunculam, qui libe-
 ro utuntur arbitrio. De paruulis uero quibus sine ullo bona
 uoluntatis merito, in originali uulnere cum cæteris mortali-
 bus causa communis est, nihil potest expositionis afferri, qua
 doceatur cur isti salui fiant renati, illi percent nō renati, sub
 illius prouidentia & omnipotentia, in cuius manu est anima
 ois uiuentis, & spiritus uiuerſe carnis hois, & cui dicit: Bre-
 ues dies hois sunt, numerus dierū eius apud te est. Non autem Iob 14.
 puto istos uoluntatū patronos, simplicitate illorum tā impū Contra uo-
 denter usuros, ut aut fortuita dicant ista accidere, aut non luntatum
 renatos afferant non perire. Aperte enim, aut cum paga- patrons.
 mis con-

nis conuincerentur sentire fato, aut cum Pelagianis transsum in posteros Adæ negare peccatum. Fato autem non baptizari parvulos, nec Pelagiani potuerunt dicere, sed quia eos liberos à peccato ausi sunt profiteri, meruere damnari. Cum autem de discretione omnium hominum quæstio uenit, et ab omnibus hominibus parvuli nequeant separari, simulq[ue] de totius ætatis hominibus ueritas dixerit: Filius hois uenit querere & saluare quod perierat, frustra profunditatē inscrutabilis gratiae per liberum arbitrium conantur aperire, qui causam electionis in eorum constituant meritis qui eliguntur. Et cum multa de maiorum uoluntate ac iudicio inepta & falsa protulerint, in parvorum tamē discretiōe deficiunt, nec possunt de eius quæstionis ratione redditā gloriari, quæ de omnibus hominibus tractatur, & non de omnibus expeditur. Multiformitas autem & magnitudo diuinæ gratiae probat istos cōtra ueritatem etiam, quod de maiorum uoluntatibus astrarere, eorumq[ue] persuasioni diuinorum eloquiorum testimonia repugnare. Quæ si omnia sermoni nostro uelimus annexere, modus non erit differendo. Quæ tamen si se recordationi offerunt non omittatur, ut quantū satis est, manifestetur omne hominis bonū meritū, ab initio fidei usq[ue] ad perseverantiae consummationē, donū atq[ue] opus esse diuinū. Igitur fides, quæ bona uoluntatis & iustæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur, apostolus Paulus exponat, qui pro Romanorū fide Deo gratias agit dicens: Primum quidē gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Item ad Tessalonices, qui spiritu Dei dilectionisq[ue] seruiebant: Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis uerbum auditus Dei, non accepistis ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum Dei, qui operatur in uobis qui credidistis. Potuit ne pleniū aut euidentius demonstrari Dei esse donū, creditū fidem, quā ut ideo agerentur gratiae Deo, quoniam hi, quibus uerbum Dei per homines prædicabatur, non quasi de hominū sermone dubitarunt, sed tanq[ue] Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus ut crederent? Petrus quoq[ue] apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: Vos qui per ipsum fideles estis in Deum & cetera. Vnde autem habetur spiritus fidei, Ioannes apostolus manifestissime docet, dicens:

Fides est genitrix bonorum actionis.

1. Tessa. 2. Item ad Tessalonices, qui spiritu Dei dilectionisq[ue] seruiebant: Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis uerbum

Fides creditū dei est donum

1. Petri. 8. Petrus quoq[ue] apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: Vos qui per ipsum fideles estis in Deum & cetera. Vnde autem habetur spiritus fidei, Ioannes apostolus manifestissime docet, dicens:

1. Ioan. 4.

E T M E R I T O.

141

eens: Omnis spiritus qui confitetur Iesum in carne uenisse ex Euangeliū
Deo est. Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & recipit qui
hic est Antichristus. Item dicit, ab eo recipi Euangeliū, in quo spiritū Dei
est spiritus ueritatis. Nos inquit ex Deo sumus, qui nouit Deū habet.
audit nos: qui non est ex Deo, non nos audit. In actis: Et fides Acto. 13
quæ per eum est, dedit integrā sanitatem istam in conseptu
omnium uestrum. De Lydia cuius dominus cor aperuit ut
intenderet his quæ dicebantur à Paulo. Deus autem qui di-
ues est in misericordia & cætera. Cuius gratia saluati sumus.
Acto. 16
Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei
enim donū est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius em-
sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis,
quæ præparauit, ut in illis ambulemus. Proprium ergo hoc
habet noua creatura per gratiam, ut qui figmentū Dei sunt,
qui natuitate cœlesti conduntur in Christo, nō ocio torpeāt, Proprium
nec desidia resoluantur, sed de uirtute in uirtutem proficiāt, nouæ crea-
per uiam honorum operum ambulando: hoc est enim fingi turæ ē ope-
hoc de uetera creatura, nouam fieri: hoc est de imagine terre rari bonū.
ni hominis, ad imaginem cœlestis hominis reformari, quod
totum per cooperatores gratiæ palam, siue occulte per submi-
nistrationem spiritus ille inchoat, ille auget & perficit, cuius
agricultura, cuius ædificatio, & cuius figmentum sumus.

Ex cap. 9 Abunde (quantū arbitror) his testimonijs (quæ-
uis alia documenta aggregari potuerint) demonstratum est,
fidem qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere nō haberis:
eamq; nullis meritis præcedentibus tribui, sed ad hoc donari,
ut principium possit esse meritorum: & cum ipsa data fuerit
non petita, ipsius iam petitionibus bona cætera consequan-
tur. Vnde itaq; quædam de pluribus assumenda sunt testimo-
nia, quæ in diuersitate donorum ostendat gratiæ largitatem. Fides prin-
cipium me-
Ex Deo itaq; esse ut homo uiam Dei eligat, & ut surgat à la-
psu, Psalmus Davidicus canit dicens: A domino gressus homi-
nis dirigentur, & uiam eius uolet. Cum ceciderit nō collidet, Psal. 36
quia dominus supponit manum suam. Item idem quod duce Deus ipse
Deo uenjatur ad Deum: Emitte lucem tuam & ueritatem tuā, ducit nos
ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuū ad Deum.
& in tabernacula tua. In proverbijs quoq; legimus: Quoniā ad Deum.
dominus dat sapientiam, & à facie eius scientia & intellectus. Psal. 42
In libro autem Sapientiæ, de eodem gratiæ opere ita dicitur: Prover. 2
Quoniā

DE GRATIA

- Sapi.7 Quoniam ipse & sapientiae dux est, & sapientium emēdator,
in manu enim illius & nos & sermones nostri, & omnis sa-
pientia & operum scientia & disciplinæ. De cōtinentia quoq;
quod ex Dei munere habeatur: Ut scui, quia aliter non pos-
sum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiae,
Sap.8 scire cuius esset hoc donum. Vnusquisq; pro prium habet do-
num ex Deo, alius sic alius uero sic. In Euangelio: Non omes
1.Cor.7 Mat.19 capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est à patre meo. Coro-
Eccl.1 na sapientiae timor domini utraq; autem dona sunt Dei. Bea-
Eccl.25 tus cui donatum est habere timorem domini. Item quod ad
Hier.24 Deum conuersio cordis ex Deo sit, per ipsum dominus pro-
testatur & dicit: Et dabo illis cor ut sciāt me, quia ego sum do-
minus, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Dñi, quia
Conuersio nostra ex conuertentur ad me ex toto corde suo. Item idem prædicens,
Deo est. quod ut Deus cognoscatur, ex Deo sit: Et dabo illis cor cognoscendi me, & aures audiendi. Quod autem omne uerbum ho-
1.Cor.12 num, & omne opus sanctum, subministratio sit spiritus san-
cti, sine quo nihil recte agatur, in prima ad Chorin. Aposto-
lus docet, dicens: Ideo notum uobis facio, quod nemo in spiri-
tu Dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere do-
minus Iesum, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarū
sunt, idem autem spiritus & cætera. Hæc autem omnia ope-
rat unus atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult, &c.
Multa sunt & alia in serie canonicarum scripturarum, quæ
uitandæ prolixitatis studio præterimus.

Ex libro de uoca. ii. capite secundo.

Quamuis enim per ministros uerbi & gratiæ Dei eadē cun-
Deus dat etiā ueritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeat, Dei ta-
incremen- men agricultura est, Dei ædificatio, cuius uirtus inuisibiliter
tū ad bonū agit, ut incremento proficiat quod ædificatur aut colitur. Si-
cut attestatur Paulus dicens: Quid igitur est Apollo, quid ue-
1.Cor.3 ro Paulus? Ministri eius cui credidistis, & unicuiq; sicut domi-
nus dedit. Ego plantauī, Apollo rigauit, sed Deus incremen-
Homo ædi- tum dedit. Itaq; neq; qui plārat est aliquid, neq; qui rigat, sed
ficiatio Dei qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem & qui rigat
est. unum sunt. Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiat
secundum suum laborem, Dei enim sumus adiutores, Dei agricul-
tura estis, Dei ædificatio estis. Agriculturæ ergo huius atq;
ædifica-

E T M E R I T O.

143

ædificationis in tantum quisq; adiutor & operarius ac mi-
nister est, in quantum unicuiq; Dominus dederit. Et hi qui mi-
nistrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum, ad
quem illos incrementi auctor euixerit. In agro enim domini
non informis nec una plantatio. Nunc autem posuit Deus me-
bra & unumquodq; eorum sicut uoluit. Hæc magistro gen-
tium tanta luce, tanta euidentia prædicante, qua ratione, qua
causa dubitandum est, an omnium nobis uirtutum germen
ex Deo sit: uel quis nisi insipientissimus de differentia diuino
rum munerum conqueratur: aut imparibus ascribendum me-
ritis arbitretur, qd non æqualiter de superna liberalitate cō-
fertur? Si enim hæc distributio secundum præcedentium ope-
rum merita proueniret, non ipsorum donorum catalogum
tali conclusione Apostolus terminaret, ut diceret: Hec autem
omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidës singulis prout
uult. Vbi utiq; si meritorū causas uoluiset intelligi, diceret:
Diuidens singulis prout merentur, sicut plantatoribus aut ri-
gatoribus præmium deuotionis spopondit dicens: Vnusquis
que autem propriam mercedem accipiet secundum suum la-
borem. Datur ergo unicuiq; fine merito unde tendat ad me-
ritum, & datur ante ullum laborem, unde quisq; mercedem
accipiat secundum suum laborem. Quamuis enim omnia bo-
na, dona sint Dei, ideo tñ quædam etiam non petita tribuun-
tur, ut per ipsa quæ accepta sunt donata querantur. Semen
quippe quod iacitur in terram, non ob hoc seritur, ut ipsum
solum maneat, sed ut fructum afferendo, multiplex atq; nu-
merosum sit. Cui quidem profectus ab illo est, qui dat incre-
mentum, sed terra uiuēs, & de gratia iam imbre forcunda, ha-
bet quod ab ipsa expectetur, ad id quod accepit agendum.

Ex cap. 5. Paulus ad Titum 3. Eramus enim inquit aliquā-
do insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & uo-
luptatibus uarijs, in malicia & inuidia agētes, odibiles, odien-
tes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit
saluatoris nostri, non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per Iaua-
crum regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abun-
de per IESVM CHRISTVM salvatorem nostrum, ut iustifica-
ti gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.
Potuit ne pleniū, luculentius, uerius explicari, quæ merita
homini.

1. Cor. 12

1. Cor. 3

Oia bona

Dei dona

sunt.

Nota.

Nulla merita hominū Christ⁹ in uenit. hominum Christus inuenierit, & quos sibi mores subiecerit, quæ ad se corda conuerterit, quando uenit mederi non sanis, sed male habentibus, & uocare non iustos, sed peccatores, quoniam gentium populus qui sedebat in tenebris lucem uidit magnam, & sedētibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis: Fremebant gentes, irascebantur populi, saeuebant reges, & potestates contradicebant, superstitiones & totius misericordi reluctabantur errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentiibus, populum suum Christus augebat, & per uincula & supplicia, mortesq; sanctorum roborabatur fides, uincibat ueritas, perq; uniuersum mundum, dominici agri segetis mult iplicabatur ubertas.

Mat. 9. Esaiae. 9.

Vnde Christus populum suum auget.

Gratia Dei per uoluntatem hominis tantum per instrumentum operatur.

Gratia hominis uoluntatis primo reparat.

Ex cap. 9. Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet, suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corq; ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam uoluntas hominis subiungitur ei atq; conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidijs, ut diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione, si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos siue occultos siue manifestos omnibus adhibetur, & quod à multis refutatur, ipsorum est nequitæ: quod autem à multis suscipitur, & gratiæ est diuinæ & uoluntatis humanae. Siue igitur initia siue profectus fidelium, siue usq; in finem perseverantium cogitemus genus, nulla species cuiusquam uirtutis occurrit, quæ uel fine dono diuinæ gratiæ, uel fine consensu nostræ uoluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medietati primo petricem & famulam donorum suorum præparet uoluntatem. Nam uirtus uolentium nulla est, nec potest asseri fidem, uel spem, uel charitatem eis inesse, quorum ab his bonus consensus alienus est. Vnde sicut animus nihil uirtutis capit, nisi radiuum ueri acceperit luminis: ita gratia nihil ei quem uocat confert, nisi oculos in eo aperuerit uoluntatis.

Ephe. 2.

Ex cap. ult. Gratia inquit saluati estis per fidem &c. Ipsius enim figuratum sumus &c. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornatur & meritis. Et frustra dicitur, qd ratio operandi

E T M E R I T O.

148

operandi nō sit in electis. Virtutum quippe munera ecclioſa eſſe non posunt, quoniam ſicut ueritas ait: Omni habenti dabi Mat. 25
tur, non habenti autem etiam quod habet auferetur ab eo.
Non igitur ad hoc datur continentia, ut concupiſcentijs non
repugnet: nec ideo cuiquam tribuitur ſapienția & intellectus
ut non die ac nocte in lege domini meditetur. Quid agit do-
num dilectionis ſi beneuolentia ſoliciuſo non uigilat? Quis
fructus eſt patientiae, ſi nō habet fortitudo quod toleret? Aut
quomodo in Christo pie uiuere oſtenditur, qui nulla perſecu-
tione pulsatur? Vel pax quæ eſt à Deo & cum Deo, nunquid
bene quieta eſt, ſi non discordat cum mundo? Aut amor Dei Militia eſt
poterit ſine diaboli iniuricij obtineri? Nemine prorsus Dei uita Chri-
ſtiana intentabilem facit, neq; ob hoc ecclieſtium armorum ſtiana.
Pſidio à dextris & finiſtris instruit Christiana militia, ut nul-
lo cū hofte cōfigat: cū laudabilius fit atq; felicius pugnante
non potuisse uinci, quā desiderem non potuisse tentari. &c.

Gratia Dei
in homine
non eſt
ocicla.

Eſaiæ ſexagesimo primo: Quia induit me uestimē-
tiſ ſalutis: & indumento iuſtitiae circundedit me, qua-
fi ſponsum decoratum corona: & quaſi ſponsam or-
natam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert ger-
men ſuum: et ſicut hortus ſemen ſuū germinat: ſic do-
minus Deus germinabit iuſtitiam & laudem coram
uniuersis gentibus.

Ambroſius ad Demetriadem. Epi. ultima.

Quis enim ſine auxilio gratiæ, fructum potest afferre iuſti-
tia. Aut quis audet dicere ſe à Christo non diuidi, qui Chri-
ſtum in ſe diffitet operari? An forte uerendum eſt, ne libe-
rum tollere uideamur arbitrium, cum omnia per quæ propi-
tatiū Deus, ad ipsum dicimus eſſe referenda? Quod nequaq; Gratia que
agit in ho-
mine.
eſſe conſequentia ueritatis oſtenditur. Operante enim ſpiritu
Dei, inuatur arbitrium, nō auferetur: & hoc agit gratia, ut uo-
luntas peccato corrupta, uanitatibus ebria, ſeductionibus cir-
cumſeptra, difficultatibus impedita, non remaneat in languo-
ribus ſuis, ſed per opem miferētis medici curata reualescat, &
gaudeat, ſe non interrogantem edoctam, & non quærantem Nota.
eſſe quæſitam. Quia impletur quotidie quod Eſaias prophe-
ta p̄dixit: Quibus non eſt annunciatum de eo uidebunt, & Eſaias 52
k qui

DE GRATIA

148

qui non audierunt, intelligent. Omnis igitur illuminatarum
mentium pius motus, alienari quidem non potest à propria
hominis uoluntate. Siquidem nihil recte faciet, nisi quod uo
lens egerit: sed ut ad id quod æquum & utile est animi tendat
intentio, de illius æternæ & incommutabilis uoluntatis inspi
ratione concipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligant
ibus ut possint uidere, quod nō uident, nec tamen ipsorum est
uisio quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & he
betibus, per spiritum sanctū acies obducta tergitur, & de ue
ro lumine tenebrosæ iam & deficientes lucernæ lumen acci
piunt, nec tamen nisi ipsarum erit, quicquid fulgoris acceper
int. Proinde quia manifestissime, & prophetica & euangelis
ca, & apostolica doctrina, nec superbos nos uult esse, nec desi
des, cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, ut illam excitâ
tem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem, uigi
lanter & sobrie subsequamur, nunq̄ cessantes ab actione gra
tiarū, quia inter secunda uitę huius & aduersa, quibus gemi
na semper tentatione pulsamur, si proficimus inde alimur, s̄
stamus inde subsistimus, si recidimus inde reparamur. Vnde

Psal. 36 Dauid: A domino gressus &c.

Ambrosius de Cayn & Abel libro primo. Capite
septimo.

Hebetis cordis est, & bonum quod agit, uel qđ à Deo con
sequitur, proprijs uirtutibus uendicare, nec autoris deputare
gratiæ, sed ipse se suorū bonorum autorem ducere. Aliud est
genus peccati quidem minoris, sed supparis arrogantiæ, eoru
scilicet, qui datorēm honorum Deum non negant, sed quæ ac
ciderint, ea sibi propter prudentiam suam, cæterarumq; me
rita uirtutum iure delata arbitrantur. Propterea etiam diu
nia dignos gratia habitos, quod nequaquam uiderentur indi
gni, quibus talia diuinis beneficijs prouenirent. Deuterono
mi⁹ nono: Ne dicas in corde tuo cum consumere cœperit do
minus Deus tuus gentes illas à conspectu tuo dicens: Propter
iustitiam meam induxit me dominus possidere terrā istā &c.

Ambrosius in Exameron. lib. primo. Cap. v.

Rom. 12

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Egre
gie itaq; Apostolus & hoc loco filium dixit autorem omnij,
& in maiestate sua continentem omnia. Omnia per ipsum fa
cta sunt

**Omne bo
nu homi
uolēs agit**

**Comparati
o de oculi
lis.**

**Duplex est
arrogan
tia in ini
micis gra
tia Dei.**

Ioan. 1

Eta sunt. Ex ipso principium, & origo substantiae uniuersorum, Omnia hoc
idest, ex uoluntate eius & potestate. Per ipsum continuatio. na ex Deo.
Finis in ipsum. Ex ipso ergo materia, per ipsum operatio, quæ
ligauit atq; constrainxit uniuersa. In ipsum, quia quādiu uult
omnia eius uirtute manent atq; consistunt, & finis eorum in
Dei uoluntatem recurrat, & eius arbitrio resoluuntur.

Esaiae quadragesimo sexto: Recordamini prioris
seculi quoniam ego sum Deus, & non est ultra Deus,
nec est similis nō ei, annuncians ab exordio nouissi-
mum, & ab initio, quæ necedum facta sunt, dicens:
Consilium meū stabit, & omnis uoluntas mea fiet,
uocans ab oriente auem, & de terra lōginqua uitrum
uoluntatis meæ.

Bernardus sermone primo de annunciatione
Mariæ.

Gloria nostra hæc est, testimonium cōscientiæ nostræ. Non
quidem tale testimonium, quale ille superbus Pharisæus ha-
bebat, seducta & seductrice cogitatione, testimonium perhi-
bens de seipso, & testimonium eius uerum non erat, sed cū spī Lucc. 18
titus ipse testimonium perhibet spiritui nostro. Porro hoc te-
timonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primo te-
timonium habere nō pos. quod filii
omniū credere quod remissionē peccatorum Dei sumus.
nisi per indulgentiam Dei. Deinde, quod nihil prorsus ha-
bere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse: Postremo, qd
æternam uitam nullis operibus prometeri, nisi gratis
detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo Iob. 14
conceptum semine, nisi qui solus est mundus? Vtq; quod fa-
ctum est, non potest non fieri, ipso tamen non imputâte, erit
quasi non fuerit. Quod propheta quoq; considerans ait: Bea- Psal. 33
tus uir cui nō imputauit dominus peccatum. De operibus ue-
ro bonis certum omnino est, quod nemo hæc habeat à seipso.
Nā si stare non potuit humana natura adhuc integra, quāto
minus poterit per seipsum resurgere iā corrupta, iā uero de-
æterna uita scimus, q; non sunt cōdigne passiones tuis ad fu-
turam gloriæ, nec si unus omnes sustineat. Neq; em talia sunt
hominum merita, ut propterea uita gterna debeatur ex iure,
Is 2 aut

Magis Deo aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam ut debitores taceam, quod merita omnia dona Dei sunt, ita ut homo magis sumus, quā propter ipsa Deo debitor est; quā Deus homini, quid sunt me sp̄se nobis. rita omnia ad tantam gloriam? Ideo si credis peccata tua nō posse deleri, nisi ab ipso cui soli peccasti, & in quem peccatum nō cadit, benefacis, sed adde adhuc, ut & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium quod perhibet spiritus sanctus dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus: gratis iustificari hominem per fidē. Ita de meritis q̄q; si credis nō posse haberi nisi per ipsum, non sufficit donec tibi perhibeat testimonium spiritus ueritatis, q̄a habes ea per illū. Sic & de uita æterna habeas neceſſe est testimonium spiritus, quod ad eā diuino sis munere peruenturus. Ipse enim peccata condonat, ipse donat merita, & præmia nihilominus ipse redonat. Hęc tria in psalmis habes, dicente propheta: Beatus uir cui nō imputauit Dominus peccatū. Et alibi: Beatus uir cuius est auxilium abs te. Itē alibi: Beatus quē elegisti & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis &c.

Psal. 51 Numeri uigesimo secundo: Nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo?

Psal. 81 Capite uigesimotertio: Non aliud possum loqui nisi quod iussiterit dominus.

Sapientiae septimo: Mihi autem dedit Deus dicer ex sententia, & præsumere digna horum quae mihi dantur: quoniam ipse sapientiae dux est, & sapientium emendor. In manu enim illius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia & operum scientiae disciplina & cę. Et cū sit una, omnia potest, & inse permanens omnia innouat: & per nationes in animas sanctas se transfert. Amicos Dei & prophetas constituit.

Sapientiae nono: Sensem autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de altissimis?

Bernardus de libero arbitrio.

Quid

Quid habes quod nō accepisti? Crearis, sanaris, saluaris, qd horum ex te tibi o homo? Quid horum non impossibile libe ro arbitrio? Nec creare qui non eras, nec iustificare peccator. **Creatio, sa**
nec mortu⁹ poteras teipsum resuscitare, ut cætera p̄termittā **natio, fal**
bona, q̄ aut sanandis necessaria sunt, aut saluandis reposita. **uatio, ex**
Quod dicimus, de primo pater & ultimo. Sed & de medio ne- **Deo sunt.**
mo dubitat, nisi qui ignorans Dei iustitiam & suam uolens cō **Roma. 10**
stituere, iustitiae Dei non est subiectus. Quid enim? Agnoscis
creantis potentiam, saluantis gratiam, & sanantis ignoras iu
sticiam? Sana me ait domine & sanabor, saluum me fac & sal **Hiere. 17**
uis ero, quoniam laus mea tu es. Iste iustitiam Dei agnosce,
bat, a quo æque sperabat, tam saluari a peccato, quam à misé
ria liberari. Et ideo laudem suam illum, nō se merito statuit.

In eodem libro.

Non enim uos estis qui loquimini (inquit) sed spirit⁹ patris **Mat. 10**
uestri qui loquitur in uobis. Et Apostolus: An experimētum **2. Cor. 13**
enius queritis qui in me loquitur Christus? Si ergo Christus, **Rom. 15**
aut spiritus sanctus loquitur in Paulo, non etiam itidem ope **Deus q̄ in**
ratur in ipsis? Non em̄ loquor ait, q̄e per me non efficit Chri **Paulo sit**
stus. Quid ergo? Si non Pauli, sed Dei loquentis in Paulo, uel **operatus**
operatis per Paulum, & uerba sunt, & opera, ubi iā Pauli me **2. Thi. 4**
rita? Vbi est qđ tam fidēter aiebat, Bonū certamē certauī &c.
An in eo cōfudit forte coronā esse repositā sibi, qđ per ipsum
illa siebant? Sed multa per malos, siue angelos, siue homines **1. Cor. 9**
sunt bona, nec tamen reputant illis in merita: An potius & Voluntas
cum ipso, hoc est, cum eius bona uoluntate siebant? Nam si in bona ab
uitus euangelizauerō, dispensatio mihi credita est: si autē uo- **ipso hoīc**
lens, gloria est mihi. Cæterum, si uel ipsa uolūtas, de qua om̄ne non est.
meritum p̄det, ab ipso Paulo non est, quo pacto eam, quam **2. Thi. 4**
sibi repositam pr̄sumit, coronam uocat iustitiae? An quo-
niam iuste iam & ex debito requiritur, quodcumq; uel gratis
promittitur? Deniq; ait: Scio cui credidi & cert⁹ sum, quia po **Nota.**
tens est depositum meum seruare. Dei promissiōnū, suum ap **Promissio**
pellat depositum, & quia credidit promittenti, fidenter pro- **ne Dei sat**
missum repetit. Promissum quidem ex misericordia, sed iam uamur,
ex iustitia persoluendum. Est ergo, quam Paulus expectat,
corona iustitiae, sed iustitiae Dei, non sue. Iustum quippe est,
ut reddat quod debet. Debet autē quod pollicitus est. Et hæc
k 3 estiu

est iustitia, de qua præsumit Apostolus, promissio Dei.

Hebræorum decimo: Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi quā initiauit nobis, uiam nouam & uiuentem per uelamen, id est carnem suam, & sacerdotem magnum suū per domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aspersa corda nostra à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis est enim qui repromisit.

Proverbiorum undecimo: Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.

Ecclesiastici decimono: Est qui emittit uerbū certum enarrans ueritatem.

Tobiæ tertio: Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod uita eius si in probatione fuerit coronabitur & cætera.

Romanorū octauo: Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

In codem: Certus enim sum, quia neq; mors neq; uita &c. neque alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

Secundo Tim.: Recordationē accipiēs eius fidei quæ est in te non ficta: q̄ habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunice: cert⁹ sum aut qd & in te.

Secundo Petri primo: Quapropter fratres magis fatagite: ut per bona opera certam uestram uocatio nem & electionem faciatis.

Secundo Corinthiorum primo: Nam nostra gloria hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.

Bernardus de libero arbitrio.

Deniq; de se Paulus suisq; similibus audacter pronunciat:
Coadiutor

E T M E R I T O.

152

Coadiutores enim Dei sumus. Ibi itaque Deus homini benigne, 1. Cor. 3
 merita constituit, ubi per ipsum, & cum ipso boni quippiam Coadiuto-
 operari dignata est instituit. Hinc cooperatores spiritus sancti, res dei qua-
 & coadiutores Dei promeritores regni nos esse presumimus, re dicimus
 quod per consensum utique uoluntarium, diuinæ uoluntati cō-
 iungimur. Quid igitur? Hoc ergo totum, liberi arbitrij opus,
2. Cor. 3
 hoc solum est eius meritum, quod consentit? Est prorsus. Nō
 quidem, quod uel ipse consensus, in quo omne meritum consi-
 stit, ab ipso non sit, cum nec cogitare, (quod minus est quam
 consentire) aliquid à nobis, quasi ex nobis sufficientes sumus.
 Verba nō sunt mea, sed Apostoli, qui omne quod boni esse po-
 test, id est, cogitare, & uelle & perficere pro bona uoluntate,
 attribuit Deo, non suo arbitrio. Si ergo Deus tria hęc, hoc est,
 bonum cogitare, uelle, perficere, operatur in nobis, prius
 profecto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Si
 quidē immittendo bonā cogitationē, nos praeuenit: immutā-
 do etiā malā uoluntatē, sibi per consensum iungit: ministran-
 do & consensiū facultatē, foris per apertū opus nostrū inter-
 nus opifex innotescit. Sane ipsi nos praeuenire nequaq; possiu-
 mus. Qui aut̄ bonū neminē inuenit, neminē saluat, quē non A Deo ex-
 praeuenit. A Deo ergo sine dubio nostrā sit salutis exordiū, ordium no-
 nec per nos utiq; nec nobiscum. Verū consensus & opus, & si nō sit, salutis
 ex nobis, non iam tamen sine nobis. Sola nempe interdū bo-
 na uoluntas sufficit, cætera nō profundit si sola defuerit. Non
 profundit dixerim, sed agenti, non cernenti. Cauendū ergo cil-
 hæc inuisibiliter intra nos ac nobiscum agitari sentimus, aut
 nostrā uoluntati tribuamus, quæ infirma est, aut Dei necessi-
 tati, quæ nulla est, sed soli gratiæ qua plenus est. Ipsa liberum
 excitat arbitrium, cū seminat cogitatū: sanat cū immutat af-
 fectū: roboret ut perducat ad actū: seruat ne sentiat defectū.

Bernardus libro quinto de consideratione ad Eu-
 genium.

Fides est uoluntaria quædam & certa prælibatio necdum
 propalatæ ueritatis. Intellexus est rei cuiuscunq; inuisibilis
 certa & manifesta notitia. Opinio quasi pro uero habere ali-
 quid, quod falsum esse nescias.

Hilarius in Matthæum canone quinto.

Vult sine aliq; incertæ uoluntatis ambiguitate sperari. Ajo-
 k 4 quin

quoniam iustificatio ex fide nulla est, si ipsa fides sit ambigua.
In eodem.

Omnem igitur expectationem nostram in fide promissionum & virtutis sue potestate exigit collocari, ut cura rerum quibus indigemus omissa, ab eo potius omnia, a quo ipsi uita exordium sumimus, expectamus.

Idem Canon. uigesimo quinto.

O mulier magna est fides tua. Salutis sue scilicet ipsa iam certa, quoniam etiam de gentium congregazione confidat.

Secundo Paralipomenon uigesimo. Credite in dominum Deo uestro & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euuenient prospera.

Ecclesiastici quinto. Esto firmus in via domini, & in ueritate sensus tui & sciëtia, & prosequatur te uerbum pacis & iustitiae.

OzeÆ decimoquarto. Sanabo cõtritiones eorum, diligam eos spontaneæ: quia auersus est furor meus ab eis.

Bernardus super cantica cantorum ser. Ixvij.

Canticorum secundo. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.

Gratiæ to totum gratiæ, & primas scilicet illi partes ascribens & ultimum asscribas. Alioquin quomodo gratia plena, si quid habuerit quod non habebat nihil sit ex gratia? Non est quo gratia intret, ubi iam meritum occupauit. Ergo iam plena confessio gratiæ, ipsius gratiæ plenitudinem signat in anima conscientis. Nam si quid de proprio inest, in quantum est, gratiam illi cedere necesse est. Deest gratiæ quicquid meritis deputas. Nolo meritum quod gratiam excludat. Horreto quicquid de meo est, ut sim meus: nisi quod ille magis forsitan meum est, quod me meum facit, gratia reddit me iustificans gratis, & sic liberatus a seruitute peccati. Nec tu me elegisti, sed ego elegi te, nec ut te eligerem, tua inueni merita, sed præueni. Ita ergo in fide despousavi te mihi, & non in operibus legis, despousaviq; in iustitia, sed iustitia q; ex fide est, te iudice.

**Ipsæ nos
elegit.**

OzeÆ:

non ex lege. Restat ut iudices iudicium rectum inter me & te iudicemus.

ET MERITO.

153

te, iudicium in quo te despensaui, ubi constat interuenisse non Desponsa-
tuum meritum, sed meum placitum. Hoc est autem iudicium, ut tu sumus
tua merita non extollas, non præferas opera legis, non iactes in fide.
pondus diei & æstus, quæ magis in fide & in iustitia quæ est ex
fide, necnon in misericordia & miserationibus nosceris de-
sponsata.

Hilarius in Matthæum canone uigesimo super il-
lud: Voca operarios & redde illis mercedem.

Merces quidem ex dono nulla est, quia debetur ex opere, sed
gratuita gratia Deus omnibus ex fidei iustificatione donauit.

De fide & operibus.

Romanorum tertio:

Arbitramur enim iustificari hominem per si-
dem, sine operibus legis.

Romanorum quarto: Credidit Abraham Deo, &
reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui opera-
tur, merces non imputatur secundum gratiam, sed se-
cundum debitum: Ei uero qui non operatur, credenti
autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides
eius ad iustitiam, secundum propositum gratiae Dei.
Si enim qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides,
abolita est promissio. Ideo ex fide ut secundum gra-
tiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex le-
ge est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ.

Romanorum quinto: Iustificati ergo ex fide pa-
cem habeamus ad Deum per dominum nostrum Ie-
sum Christum, per quem habemus accessum per fidem
in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe
gloriarum filiorum Dei.

Romanorum undecimo: Propter incredulitatem
fratii sunt. Tu autem fide stas.

Romanorum decimoquarto: Omne autem quod

k s non

DE FIDE

non est ex fide, peccatum est.

Galatas secundo: Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu creditus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Galatas tertio: Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham. Prudens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiavit Abraham quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidelis Abraham. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. C H R I S T V S nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictus, quia scriptum est: Maledictus omnis qui penderet in ligno, ut in gentibus benedictio Abraham fieret in C H R I S T O I E S V, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide I E S V C H R I S T I daretur credentibus. Omnes enim filii Dei estis, per fidem quæ est in C H R I S T O I E S V.

Ephesiorum secundo: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, & cætera.

Ephesiorum tertio: In quo habemus fidutiæ & accessum in confidentia, per fidem eius.

Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per spiritum eius in interiori homi ne,

me, C H R I S T V M habitare per fidem in cordibus
uestris in charitate radicati & fundati.

Philippensem tertio: Veruntamen & existimo
omnia derrementum esse, propter eminentem scienciam
I E S V C H R I S T I domini mei, propter
quem omnia derrementum feci, & arbitror ut sterco
ra ut C H R I S T V M lucifaciam, ut & inueniar in
illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed
illam quæ ex fide est C H R I S T I I E S V , quæ ex
Deo est iustitia in fide, ad cognoscendum illum & vir
tutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius.

Hebræorum undecimo: Est autem fides speranda
rum substantia rerum, argumentum non apparen
tium.

Sine fide autem impossibile est placere Deo, cre
dere enim oportet accendentem ad Deum quia est, &
inquirentibus se remunerat sit.

Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Ba
rach, Sampson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis,
qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam
ad epti sunt re promissiones.

Prima Petri primo: In quem nunc quoq; non ui
dentes creditis, credentes autē exultabitis lætitia ine
narrabili & glorificata, reportantes finem fidei ue
stræ, salutem animarum uestrarum.

Actorum decimoquinto: Et qui nouit corda Deus
testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum,
sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide
purificans corda eorum.

Augustinus de uerbis domini, sermone xl.

Medicina animæ, omnium vulnerū, & una propitiatio pro Credere in
delictis omnium, est credere in Christo. Nec omnino quisquā Christum
mundari potest, siue ab originali peccato quod ex Adam tra
xit

na animæ. sit in quo omnes peccaverunt, & filii iræ naturaliter facti sunt, siue à peccatis quæ ipsi non resistendo carnali concupiscentiæ, sed eam sequendo, eis seruiendo, in flagitis & facino

1. Pet. 2. ribus addiderunt, nisi per fidem coadumentur & compaginen Vnum est tur corpori ejus, qui sine ulla illecebra carnali, & mortifera de peccati sci lectatione cōceptus. Nec eum in delictis mater in utero aluit, li et incre & peccati non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In eum dulitatis. quippe credentes filij Dei uiuant, quia ex Deo nascuntur, per adoptionis gratiam quæ est in fide domini nostri Iesu Christi. Quapropter charissimi, merito idem dominus & saluator noster hoc unum peccatum dicit, de quo arguit mundum spiritus sanctus, quia non credit in eum. De hoc ergo uno peccato uoluit mundi argui, quod non credunt in eum, uidelicet quia in eum credendo, cuncta peccata soluuntur. Hoc unum imputari uoluit, quo cetera colliguntur, & quia credendo nascuntur.

Iohan. 16 tur ex Deo, & filij Dei fiunt. Dedit enim inquit illis potestate filios Dei fieri credentibus in eum. Qui autem credit in filium Dei, in quantum adhaeret illi, & fit etiam ipse per adoptionem filius, & haeres DEI, cohæres autem CHRISTI, intrantum

3. Iohan. 3 non peccat. Vnde dicit Iohannes. Qui natus est ex DEO non peccat.

Augustinus de uerbis Apostoli sermone uigesimo septimo.

Recta fides est initium bona uitæ, cui uita etiæ æterna debetur, recta fides est. Est autem fides credere quod nondiu uides, cuius fidei merces est, uidere quod credis. Tempore igitur fidei tanq; tempore semetipsi, non deficiamus, sed perseveremus, donec quod seminauimus metamus. Cum enim auersum esset genus humanum à Deo,

& iaceret in delicijs suis, sicut creatore opus habemus ut essemus, sic salvatorem ut reuiuisceremus. Iustus damnauit hominem, misericors Deus liberat hominem. Deus Israël ipse dabit

Psalm. 67 uirtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus. Sed accipiunt credentes, non accipiunt contemnentes. Nec de ipsa fide accipimus.

1. Cor. 4 tamen ita gloriâdum est, quasi aliquid nos possimus. Non enim fides nihil est, sed magnu aliquid, quam si habes profecto acceptisti. Quid enim habes quod non accepisti? Videte charissimi, unde domino DEO gratias agatis, ne aliquo dono eius ingratis.

Augu-

ET OPERIBVS

153.

Augustinus libro quinquaginta Homeliarum ho-
melia decimaseptima.

Pax fratribus & charitas, cum fide à Deo patre nostro, & Ephes. 6
domino IESV CHRISTO. Quid ergo habes quod non
acepisti? Si autem acceperisti, quid gloriari si quasi non accep-
teris? Num sic gloriatus est Abrahā? Ex fide gloriatus est. Quæ
est plena & perfecta fides? Quę credit ex Deo esse omnia bona Fides ple-
na & ipsam fidem. Iterum dicit Apostolus: Misericordiam na & perfe-
tua & ipsam fidem. O confessio. Non ait misericordiam conse-
ceturus sum. O confessio. Non ait misericordiam conse-
cutus sum, quia fidelis erā, sed ut fidelis essem, misericordiam 1.Thim. x
consecutus sum. Veniamus ad eius primordia, uideamus & au-
tem sanguinemque sicut etem, Hæc Pauli uia erat, cuius uia nō
dum erat Christus. Quid habebat in corde? Quid nisi malum?
Date mihi merita eius. Si merita queris, damnationis sunt,
non liberationis.

Augustinus libro primo Retract. capite xxij.

Item disputans quid elegerit Deus in nondū nato, cui dixit
seruitur esse maiorem, & quid in eodē maiore similiter non-
dum nato reprobauerit, de quibus propter hoc commemora-
tur, quis lōge postea prolatū propheticum testimonium, Iacob Malach. x
dilexi, Esau aut̄ odio habui, ad hoc perduxī ratio[n]ationē, ut
dicerē: Nō ergo elegit Deus opera cuiuscūq; in præscientia, quæ Quid eli-
ipse daturus est, sed fidē eligit in præscientia, in quē sibi credi- git De⁹ in
turum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritū sanctū daret ut prædesti-
natis.
bona operā etiam uitā æternam consequeret. Nondum dili-
gentius quæsierā, nec adhuc inuenerā qualis sit electio gratiæ Roma. ii
de qua idem dicit Apostolus: Reliquæ per electionem gratiæ Roma. ii
saluæ factæ sunt, quæ utiq; non est gratia, si cam ulla inerita Credere
præcedant, ne iam quod datur, non secundū gratiæ, sed secun- & uelle q;
dum debitū reddatur potius meritis, q; donetur. Et paulo post modo no-
dixi: Nostrum est enim credere & uelle, illius aut dare creden- strū dicit.
tibus & uolētibus facultatē bene operandi per spiritū sanctū,
per quē charitas diffunditur in cordibus nostris, uerū est qui-
dem, sed eadē regula, & utrunq; ipsius est, quia ipse præparat
uoluntatem, & utrunq; nostrū, quia non fit nisi uolētibus no-
bis. Ac per hoc qđ etiā postea dixi. Quia neque uelle possumus Roma. ii
nisi uocemur, & cuius post uocationē uoluerimus, non sufficit
uoluntate.

DE FIDE

uoluntas nostra, & cursus noster, nisi & Deus uires currentibus præbeat, & perducat quod uocat. Ac deinde subiunxi: Manifestum est ergo, non uolētis neq; currētis, sed miserentis Deū esse, quod bene operamur, omnino uerissimū est. Sed parum de ipsa uocatione disserui, quæ fit secundum propositum Dei. Non enim omnium qui uocantur talis est, sed tantū electorū. Itaq; quod paulo post dixi: Sicut ēm in his quos elegit Deus, non opera, sed fides inchoat meritum, ut per munus Dei bene operentur: sic in his quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, ut per ipsam pœnam etiam male operentur: uerissime dixi. Sed fidei meritū etiam ipsum esse donū Dei, nec putauī quærendum esse nec dixi. Et alio loco: Cuius enim miseretur inquam, facit eum bene operari, & quē obdurat relinquit eum ut male opere. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio precedenti impietati. Quod quidē uerum est, sed adhuc quærendū erat, utrū

Fides dat meritū fidei misericordiā Dei præueniat, id est, utrū ista misericordia ex cordia ideo tantummodo fiat in homine, quia fidelis est, an etiā misericordia facta fuerit ut fidelis esset. Legimus ēm dicente Apostolo: Misericordiam cōsecutus sum, ut fidelis essem. Non ait quia fidei

i.Tim. i Iis eram. Fideli ergo datur quidē, sed data est etiā ut esset fidelis. Rectissime quidē alio loco in eodē libro dixi: Quoniam si nō ex operibus, sed misericordia Dei & uocamus ut credamus, & credētibus præstatur ut bene operemur, nō est gentibus inuidenda ista misericordia: quis ibi minus diligēter de illa, que per Dei propositum fit uocatione tractauerim.

Augustinus ad Sextum Roma num presbyterum
Epistola centesimaquinta.

Roma. 12 Deus unicuiq; partitur mensuram fidei, opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem sit in homine, sine qua illa à nulli lo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide peccatum

Roma. 14 Opera abs est. Quapropter ne se uel orationis meritum extollat, etiā ad que fidēni uincēdas temporaliū rerum cupiditates, & diligēda bona cetera sunt bona, na, atq; ipsum fontem omnium bonorū, domini adiutoriū datur oranti, quæ utiq; nisi data esset, orare non posset: Quomodo

Roma. 10 do enim inuocabunt in quem non crediderūt? Quomodo audient sine prædicāte? Igitur fides ex audiū, auditus aut per uerbū Christi. Proinde minu-

E T O P E R I B V S.

199

minister Christi, huius fidei prædicator, secundū gratiam quę
data est illi, plantator est & rigator. Nec tamen qui plantat 1. Cor. 3
est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, qui
unicuiq; partitur mensuram fidei. Vnde & alibi dicitur: Pax Ephe. 6
fratribus & charitas cum fide, Quam ne sibi tribuerent contri Pax, chari
tuo subiunxit: A Deo patre & domino Iesu Christo, quia nec tas, fides, &
omnium est fides qui audiunt uerbum, sed quibus Deus parti Deo patre
mensuram fidei: sicut nec omnia germinant quę plantan sunt.
Cur aut illi
tur & rigantur, sed quibus Deus dat incrementū. Cur aut ille
credat, ille nō credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculū
in conspectu eorū fiat, ambo idem uident, altitudo est diuitia-
rum sapientiæ & scientiæ Dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia,
& apud quem non est iniqüitas, dum cuius uult miseretur, &
quem uult obdurare: neq; em propterea sunt ista iniusta, quia
occulta. Ut aut habiter spiritus sanctus, nōne ubi uult spirat, Iohan. 7
& charitas Dei, sine qua nemo bene uiuit, diffunditur in cordi Roma. 5
bus nostris, nō à nobis sed per spiritum sanctum qui datus est
nobis? Hanc em fidem Apostolus diffiniuit dicens: Neq; circum Galat. 5
cōfīcio est aliquid, neq; p̄spūtiū, sed fides quę per dilectionem
operat. Ista quippe fides est Christianoꝝ, nō dēmonioꝝ. Nā Iacobi 1
& dæmones credunt & contremiscit, sed nunquid & diligunt?
Nam si non crederent non dicerent: Tu es sanctus Dei, uel tu
es filius. Si aut diligerent non dicerent: Quid nobis & tibi? Fi- Lucæ 4
des igitur ad Christū nos trahit, quę nisi desuper gratuito mihi Fides ac
nere nobis daretur, nō ipse diceret: nemo potest uenire ad me, Christum
nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Vnde & paulo post nos trahit.
ait: Verba quę ego locutus sum uobis spiritus & uita sunt, sed Iohan. 6
sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde Euangelista
subiungit: Sciebat enim ab initio I E S V S qui essent creden-
tes, & quis esset traditurus eum. Et ne quisquam existimaret
credentes sic ad eius præscientiā pertinere, quomodo non cre-
dentes, id est, ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantum
modo uoluntas eorum prenosceretur, mox adiecit atque ait:
Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fue-
rit ei datum à patre meo.

Sapientiæ tertio: Qui confidunt in illo intelligent
ueritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, quo
niam donum & pax est electis eius.

Dabi-

Dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.

Ecclesiastici trisicemotertio: In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hæc est eñm conseruatio mandatorum. Qui credit Deo attendit mandatis, & qui confidit in illo non minoratus erit.

Ecclesiastici secundo: Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorē illius, & in illo ueterasce, & cætera. Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum sperate in illum, & in oblectationem ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum, & illuminabuntur corda uestra. Respice filij nationes hominum & scitote, quia nulus sperauit in Deo & confusus est, & cætera.

Esaiæ quinquagesimo: Speret in nomine domini: & innitur super Deum suum.

Ozee secundo: Et sponsabo te mihi in sempiternū, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus. Et spōsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus.

Ozee decimo: Quia cōfisus es in uījs tuis & in multitudine fortium tuorum, consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ uaſtabuntur.

Abacuc secundo: Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua uiuet.

Matthæi nono: Confide filia, fides tua saluam te fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

In eodem capite: Creditis quia hoc possum facere uobis? dicunt ei, utique domine, tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis.

Lucæ

Lucæ octauo: Filia fides tua te saluam fecit, uade
in pace.

Iohannis sexto: Quid faciemus ut operemur ope-
ra Dei? Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quæ mi-
sit ille.

Augustinus super Iohannem tractatu uigesimo-
quinto, capite sexto.

Hoc est ergo manducare cibum, non qui perit, sed qui per-
manet in uitam eternam. Ut quid paras dentes & uentre? Cre Credere
de & manducasti. Discernitur quidem ab operibus fides, sicut est corpus
Apostolus dicit, iustificari hominē per fidem, sine operibus le Christi
gis, & sunt opera quæ uidentur bona sine fide Christi, & non ducare.
sunt bona, quia non referuntur ad eum finem, ex quo sunt bo Roma.3
na. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Ideo Roma.10
noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse
opus Dei. Ipsa est em̄ qua per dilectionem operatur. Nec dixit Fides est
hoc est opus uestrum, sed hoc est opus Dei, ut credatis in eum opus Dei.
quem misit ille, ut qui gloriatur, in domino glorietur.

In eodem libro tractatu xl ix. capite undecimo.

Si fides in nobis, Christus in nobis. Quid em̄ aliud ait Apo 1. Cor. 4
stolus, habitare Christum per fidem in cordibus uestris? Ergo Fides no-
fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. stra Chri-

Psalmo quadragesimono: Non in sacrificijs tuis stus est.
arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo
sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, ne-
que de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes
feræ syluarum iumenta in montibus & boues, & cæ-
tera. Nunquid manducabo carnes taurorum: aut san-
guinem hircorum porabo? Immola Deum sacrificiū
laudis, & cætera.

Esaiae quinquagesimosexto: Et filios aduerte quæ
adhærent domino, ut colant eum, & diligent nomen
eius: ut sint ei in seruos, omnem custodientem sabbatū
ne polluat illud, & tenentem fecundus meum: addu-
cam eos in montem sanctum meum: & iustificabo eos
in dor-

DE FIDE

in domo orationis meæ : holocausta eorū & uictimæ
corum placebunt mihi super altari meo.

Psalmus tricesimonono : Sacrificiū & oblationem
noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum &
pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio.

Deuteronomij decimo: En domini Dei tui cœlum
est & cœlum cœli, terra & omnia quæ in ea sunt: & ta-
men patribus tuis cōglutinatus est dominus, & ama-
uit eos: elegitq; semen eorū post eos, id est, uos de cun-
ctis gentibus, sicut hodie comprobatur, & cætera.

Esaïæ sexagesimosexto : Hæc dicit dominus : Cœ-
lum sedes mea , terra autem scabellum pedum meo-
rum . Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, &
quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc ma-
nus mea fecit, & cætera . Ad quem autem respiciam,
nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremen-
tem sermones meos, & cætera.

Ecclesiastici septimo: Ne dicas in multitudine mu-
nerum meorū respiciet dominus: & offerente me Deo
altissimo munera mea suscipiet.

Ecclesiastici tricesimoquarto : Dona iniquorum
non probat altissimus: nec respicit in oblationes ini-
quorum:nec in multitudine sacrificiorum eorum pro-
pitiaabitur peccatis.

Primo Regū decimoquarto: Veni transeamus ad
stationem incircisorum horum, si forte faciat do-
minus pro nobis: quia non est domino difficile salua-
re uel in multis uel in paucis, & cætera.

Primo Regum decimoquinto: Et pepercit Saul &
populus Agag, & optimis gregibus ouium & armen-
torum, uestibus & arietibus & uniuersis quæ pulchra
erant, nec uoluerunt disperdere ea, & cætera. Ait aut.
Samuel

Samuel ad Saul: Quare nō audisti uocem domini: sed
versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domi-
ni: Et ait Saul ad Samuel: Imò audiui uocē domi-
ni: & ambulaui in uia per quam misit me dominus: &
adduxi Agag regē Amalech, & Amalech interfeci.
Tulit autem de præda populus oves & boues primi-
tias eorū quæ cæsa sunt, ut immolet domino Deo suo
in Galgalis. Et ait Samuel: Nūquid uult dominus ho-
locausta & uictimas & non potius ut obediatur uoci
domini? Melior est enim obedientia quam uictimæ,
& cætera.

Esaïæ primo: Quo mihi multitudinem uictimarū
uestrarū, dicit dominus? Plenus sum. Holocauſta arie
eum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum,
& agnorum, & hircorum nolui, & cætera.

Amos quinto: Quod si obtuleritis mihi holocauſ-
stomata & munera uestra non suscipiam, & uota pin-
guum uestrorum non respiciam. Aufer à me tumul-
tum carminum uestrorum, & cantica lyrae tuæ non
audiam.

Michælæ sexto: Quid dignū offeram domino? Cur
uabo genu Deo excelsō? Nunquid offeram ei holocauſ-
tautomata & uitulos anniculos? & cætera. Indicabo
tibi ô homo quid sit bonum, & quid dominus requi-
rat à te. Utq; facere iudiciū, diligere misericordiam,
& solicitum ambulare cum Deo tuo.

Cyrillus in Iohannem libro tertio, capite xxxi.

Nam cum Iudei doctrinam saluatoris impie spernentes, fa-
tisq; sibi ad sciendum opus Dei legem Moseos esse putantes, di-
cerent: quid faciemus ut operemur opus Dei? Commode lon-
ge à uero cultu Dei esse ipsos subaperit, nihilq; scire ipsos do-
cet: quia literæ inhærentes figuræ atq; umbræ, non uerita-
tis plenissimum sint, ita significanter fidei fructum, à legali cultu
Iohan. q.
diffe

Deus umbras non respicit. disceparans, dicit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Hoc est inquit, opus Dei, non illud quod uos putatis, umbras solummodo legis atq; figurar; respicientes: discite q; uis nolentes, nunquam autorem legis boum aut ouium cæde expetiisse. Quid autem thus est, etiam si suaui odore circumsum aërem replete? Hircus porro quid iuuare poterit, aut c'namomi oblatio? num carnes taurorum Deus manducabit? num hircorum sanguinem bibet? Nouit omnia uolatilia coeli, & pulchritudo agri cum eo est: odit ac repulit solennitates uestras, nec aliquid solenitatum uestrarum olfaciet, ut ipse dicit:

Esaie 1 Nec ad patres uestrros de holocaustis & hostiarum cæde locutus est. Nō est igitur hoc opus Dei, sed illud, ut credatis in eū,

Mandata Dei condeannant. quem misit ille. Fides enim salutem affert, & gratia iustificat, mandata uero legis condemnant magis. Opus igitur Dei, fides in C H R I S T V M est: quare doctrinæ suæ, non umbra culis legis inhærendum est. Illud mirari omnino decet. Nam cum solitus esset Christus, nullam de iis facere curam, qui per tentationem interrogabant, in præsentiarum tamen quām uis nullam consecuturos utilitatem illos uideret, in cōdemnationem eorum respondet, quod ipse alibi dixit: si nō uenissim, & locutus non fuissim eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Iohannis decimo septimo: Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum & quem misisti Iesum Christum.

Cyrillus in Iohannem libro undecimo, capite decimo sexto.

Cognitio Dei uita. Sed si Dei cognitio uita æterna est, quomodo dicet quispiā, alia quadā re indigebimus? Quod si nulla re alia indigeamus, æterna, quomodo fides absq; operibus mortua esse perhibetur? Fides autem quid aliud est, q; uera de Deo cognitio? Fide em cognitio fit, testatur id Esaias, dicens: Si em non creditis, non intelligitis. Quod autem nuda perspiciendi cognitio inutilis sit sanctorum uiro; uoces confirmant. Dicit em quidam discipulusq;

Iacobus 2 domini: Tu credis quia unus est Deus & probe facis, dēmonia etiā & credūt, & horrescunt. Quid igitur ad hæc dicemus? aut quomodo uerus hic sermo dñi erit? Sed uerus est absq; ulla penitus hæsitatione. Cognitio enim uita est, quia totam myste-

rij uir-

rii uirtutem parturit, & mysticæ benedictionis affert partici- Deiuita est
pationem, per quam uiuifico uerbo cōiungimur. Ea enim de
causa (ut puto) comparticipes Christi, ac (ut ita dicam) concor- Ephe. 3
pores, aut concorporales gentes scribit Paulus, quia sanctissi-
mæ carnis eius & sanguinis participes factæ sunt, sic & mem-
bra Christi membra nostra dicitur. Cognitio igitur uita est,
spiritalem nobis benedictionē adducens, per quam spiritus in
cordibus nostris habitat, in adoptionem filiorū Dei, & ueram
pietatem per Euangelicā uitam, & incorruptibilitatem refor-
mās. Cum igitur origo & quasi pronuba dictorum omnium
bonorū cognitio Dei ueri esse inueniatur, recte à domino no-
stro Iesu Christo uita æterna est appellata, quasi mater & ra-
dix uirtute, naturaq; sua uitam æternam pariens, & cætera.

Romanorum decimo: Prope est uerbū in ore tuo,
& in corde tuo. Hoc est uerbum fidei, quod prædicar-
mus, quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum,
& in corde tuo credideris, quod Deus illum suscita-
uit à mortuis, saluus eris: corde enim creditur ad iusti-
tiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scri-
ptura: Omnis qui credit in illum nō confundetur. Esaie 28

Augustinus in manuali, capite uigesimo secundo.

Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius meriti Merita
meum est, refugium meum, salus, uita, & resurrectio mea. Meritū nostra.
tum meum miseratio domini. Non sum meriti inops, quādiu Mors Chri-
stii miseracionum dominus nō defuerit. Et si misericordiae do sti tota
mini multæ, multus ego sum in meritis. Quanto ille potētior spes no-
est ad saluandum, tanto ego sum securior. stra est.

Cap. 23: Peccavi peccatum grande, & multorū sum mihi cō-
scius delictorū, nec sic despero, quoniam ubi abundauerunt de-
lictū, superabundauit & gratia. Qui de uenia peccatorum suo Nota-
rum desperat, negat Deum esse misericordem. Magnam iniu-
riam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in Iniuriā fa-
se est, negat Deum habere charitatem, ueritatem & potesta-
tem, in quibus tota spes mea consistit, scilicet in charitate a dō diffidit.
Murmure et iam quantū uoluerit insipīēs cogitatio mea, dices:
Quis enim es tu, & quanta est gloria illa, quibusque meritis il-

Iam obtinere speras? Et ego fiducialiter respōdeo. Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filium, quia uerax est in promissione, potens in exhibitione, & licet ei facere quod uult, non possum terreri multitudine peccatorū, si mors domini in mentem meam uenerit.

Romanorum tertio: Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorū? Non. Sed per legem fidei.

Origenes in epistolam ad Romanos libro tertio, capite tertio.

Sola fides iustificat.

Vnde Iudeis iactantia contra gentes.

Sola fide si ne operib^z homo iu-

Luc^z 7 cundum Lucā referuntur, quæ ad pedes Iesu audiuit: Remittimur tibi peccata tua. Et iterum: Fides tua te saluum fecit, uade in pace. Sed & in multis Euangeliū locis hoc sermone uolumen

Opera fine gimus salvatōrē, ut credentis causam dicat esse salutis eius. Ig-

fide inania tur iustificatur homo per fidem, cui ad iustitiam nihil confe- sunt. runt opera legis. Vbi uero fides non est, quæ credentē iustifi- cat, etiā si opera quis habeat ex lege, tamē quia nō sunt ædifica- ta supra fundamentū fidei, quis uideantur esse bona, operato- rem suum iustificare nō possunt, si eis deest fides, quæ est signa- culum corum qui iustificātur à Deo. Quis autē uel iustitia sua gloria?

gloriabitur, cum audiat Deum per Prophetā dicentem: *Quia Esaïæ 64.*
omnis iustitia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ: *Sola*
igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi.

*Deuteronomij uigesimo secundo: Non seres uineā
tuam diuerso semine: ne & sementis quam leuisti, &
quæ nascuntur ex uinea pariter sanctificantur. Non
arabis in boue simul & asino. Non indueris uestimentū
eo quod ex lana linoq; contextum est, & cetera.*

*Ambrosi⁹ in epistolā ad Romanos, capite tertio.
Iustificati gratis, per gratiam ipsius. Iustificati sunt gratis, *Sola fides*
quia nihil operantes, neque uicem reddentes, sola fide iustifica iustificat.
ti sunt dono Dei, & cetera.*

Idem Ambrosius, capite quarto.

*Credenti autem in eum qui iustificat impium, re-
putatur fides eius ad iustitiam.*

*Hoc dicit, quia sine operibus legis credenti, id est, gentili in
Christum, reputatur fides eius ad iustitiam, sicut Abrahæ. Quo-
modo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iustifica-
tione Abrahæ, cum uidicat Abraham nō ex operibus legis, sed *Roma. 4*
*sola fide iustificatū? Non ergo opus est lex, quādo impius per
solam fidē iustificatur apud Deū. Secundum propositū gratiæ
Dei, sic decretū dicit à Deo, ut cessante lege, solam fidē gratiæ
Dei posceret ad salutē. Sicut & David dicit. Hoc ipsum munit
exemplo Prophetæ: *Beatitudinem hominis, cui Deus accepto-*
*fert iustitiam sine operibus. Beatos dicit, de quibus hoc sanxit
Deus, ut sine labore & aliqua obseruatione, sola fide iustificen-*
*tur apud Deum. Temporis ergo beatitudinē prædicat q̄ natus
est Christus, sicut ipse dñs: *Multii iusti & prophetæ cupierunt Matth. 13*
*uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, & non audierunt.****

*Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū *Psalm. 31*
recta sunt peccata,*

*Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum.
Manifeste beati sunt, quibus sine labore uel opere aliquo re-
mittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nulla ab his requi-
sita pœnitentia opera, nisi tantum ut credant.*

Hilarius in Matthæum canone nono.

Matth. 9 Mouet scribas remissum ab homine peccatum, hominē emittantum in Iesu Christo contuebātur, & remissum ab eo quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Deinde mutationem eorum dominus introspicit, dicitq; facile esse filio hominis in terra peccata dimittere. Verum em̄, nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus: ergo qui remittit Deus est, quia nemo remittit, nisi Deus.

Auctorū decimosexto: Custos carceris ait Paulo & Silē: Domini, quid me oportet facere ut saluus fias? At illi dixerunt: Crede in dominum Iesum, & saluus eris tu & domus tua.

Psalmo quinquagesimoquinto: Pro nihilo, inquit, saluos facies illos.

Idem Hilarius in Matthæum canone uigesimo.

Matth. 19 Apostoli enim spiritualiter audientes neminē ex lege posse saluari, cum ipsi etiam tunc in lege essent. Nam uehementis eos amor legis feruorē detinuit. Hi igitur nondum penitus Euangelici mysteriū ueritate cōperta, metuunt neminē saluum esse posse sine lege. Quia omnē salutem etiam num in lege constituant, sed dominus breui absolutaq; ratione, eorundē & ignorantiam & metū soluit, dicēs: Hoc quidē impossibile est apud homines, possibile autē apud Deum. Quid em̄ Iudeo tam sine effectu uidetur, quam ab homine magis salutem experat, q; ex lege? q; ut in crucis scandalo legislatio & testamentum, & adoptione, & hereditas negligatur? Quid autē Dei uirtuti tam possibile est, q; ut per fidem saluet? ut per aquam regeneret? ut per crucem uiincat? ut per Euāgelia exoptet? ut per resurrectionē ex morte uiuificit? Quibus auditis Apostoli cito credit, scelē omnia reliquise profitentur, & cetera.

Lucas 18 Athanasius in Epistolam ad Galatas.

Galat. 3 Quoniam autē in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestū est, quia iustus ex fide uiuit, lex autē nō est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Ostendit igitur lege execrabilis reddimūlari. Nunc plane demonstrat fidem ipsam, uel solam iustificandi in se habere uirtutem, & Abacuc dicentem inducit:

Abacuc 2 Quia ex fide non à lege uiicturus est iustus. Lex namque non solam

solum exigit fidem, sed opera. Recte autem apud Deum dixit: Lex non solum Nam apud homines iusti forte credetur, qui legi inhæserint. Iam fidem Quales pharisei fuere, quise in hominum conspectu iustior exigit. res prætenderent. Lex itaque cum ob eius difficultatem haud quam iustificaret, & nos execratione obstringeret, accessit gratia facile ad iustitiam iter ostendens, qua & iustificati benedictionem assequimur. Patet igitur non solum ante traditam legem, fidem ipsam benedicendi & iustificandi uim habuisse, sed post conditam magis ac magis eandem seruasse.

Ex glosa ordinaria in epistolam Iacobi.

Quod Abraham per fidem sine operibus iustificatus dicitur, de operibus quæ præcedebant intelligitur, quia per opera quæ fecit iustus non fuit sed sola fide. Hic de operibus agitur quæ fidem sequuntur, per quæ amplius iustificabitur, cum iam per fidem fuisset iustus. Vnde Paulus: Fide Abraham obtulit Isaac cum tentaretur, hæc oblatio est opus & testimonium fidei & iustitiae. & cætera.

Hebrei.15

Psalmo tricesimonono: Beatus uir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in uanitates, & insinuations falsas.

Numeri sexto: Sic benedicetis filiis Israël, & dicitis eis: Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Convenerat dominus uultum suum ad te: & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super filios Israël, & ego benedicam eis.

Actorum quarto: Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hoībus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Augustinus libro de litera & spiritu, Capite decimotertio.

Non enim spiritum huius mundi accepimus, ait idem ipse constantissimus gratia prædictor, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quis est autem spiritus mundi huius, nisi superbiæ spiritus? Quo cor insipiens obscuratum est eorum, qui cognitū Deum non ut Deum gratias agendo glorificarunt: nec alio spiritu decipiuntur etiā

l. 3. illi

Nihil nobis tribuen-
dum.

illi, qui ignorantes Dei iustitiam, & suam iustitiam uolentes constituere, iustitia Dei non sunt subiecti. Vnde mihi uidetur magis esse Dei filius, qui nouit a quo speret quod nondum habet, quam qui sibi tribuit id quod habet: quāuis utriq; horum praeferendus sit, qui & habet, & nouit a quo habeat, sitamen non se credit iam esse quod nondum est: ne incidat in uirium illius pharisæi, qui quanquam Deo gratias ageret ex his quæ habebat, nihil tamen petebat dari sibi, tanquam nihilo indiget ad augendam perficiendam iustitiam. His igitur consideratis pertractatisq; pro uiribus quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis bonæ uitæ, nisi per fidem Iesu Christi. Hoc est, non lege operum, sed lege fidei: non litera, sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gratia.

Augustinus in eodē libro. Capite decimoquarto.

Promissio corripere atq; corriger uideatur Apostolus, ut legis nomines, non si ne eandem circumcisionem appelleat, cæterasq; eiusmodi legi guras ipsas obseruationes, quas tanq; umbras futuri iam nunc respuunt tenemus. Christiani, id tenetes quod per illas umbras figurate promitterebatur: tamē legem ex qua dicit neminem iustificari, nō tm in illis sacramentis quæ habuerunt promissuas figuræ, ueril etiam in illis operib; uult intelligi, quæ quisquis fecerit, iuste uiuit, ubi est & illud: Non cōcupisces. At ut hoc quod dicitimus

Exo. 31. 20 fiat planius, ipsum decalogū uideamus. Certe enim legē Moses ministrandam populo accepit in monte, scriptam in lapi deis tabulis digito Dei. Hæc decē præceptis constringitur, ubi de circumcisione nihil mandatum est, nihil de uictimis pecorum, quæ nunc a Christianis non immolantur. In illis igitur decem præceptis, excepta sabbati obseruatione, dicatur mihi, quid nō sit obseruandū a Christiano, siue de non faciendis contemnendisq; idolis, alijsq; ullis dijs, præter unū uerum Deum, siue de non accipiendo noī domini in uanum, siue de honore parentibus deferendo, siue de cauendis fornicationibus, homiciis, furtis, falsis testimonijs, adulterijs, re aliena concupiscentia? Quid horum quisquam dixerit Christianum non debere seruare? An forte nō istam legem quæ in illis tabulis duabus occidens, scripta est, literā occidente appellat Apostolus, sed illā circumcisio-

titionis, aliorumq; ueterum iamq; abolitorum sacramentorum? Sed quomodo putabimus, cū in ea sit, Non concupisces, per quod mandatum, quamuis sanctum & iustum & bonum, fecellit me, inquit, peccatum, & per illud occidit? Quid enim aliud est, Litera occidit, spiritus autem uiuificat: quamuis cui dentius eo ipso loco ad Corinthios ubi ait, litera occidit, spiritus autem uiuificat, non aliam uelit intelligi literam, quam ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptū. Sic enim dicit: Qm̄ estis epistola Christi ministrata per nos: scripta non Decem præ atramento, sed spiritu Dei uiui, nō in tabulis lapideis, sed in ta cepta oportibus cordis carnalibus. Et illa nouem præcepta, quæ si recte rā legis obseruantur ut scripta sunt, non ad legem operum, ex qua ne sunt. Imo iustificatur, sed ad legem fidei, ex qua iustus uiuit pertinere putāda sunt: Quis tam absurde sentiat, ministratiōne mortis in literis figuratā lapideis, non dici ex omnibus decē præceptis, sed ex uno solo quod ad sabbatū pertinet? Vbi ergo ponimus, Lex iram operatur, ubi enim non est lex, nec præuariatio. Et usq; ad legem peccatum in mundo fuit. Peccatū autē non imputabatur cū lex non esset. Et illud q; iam tories cōmemorauim⁹: Per legē cognitio peccati, maximēq; illud ubi eui dentius expressit, unde agit: Concupiscentiā nesciebā, nisi lex diceret: Non concupisces. Quē totum locum attende, & uide utrū quicq; propter circuncisionē uel sabbati, uel quid aliud umbratilis sacramenti, ac nō totum propter hoc dicat, quod Litera prohibens peccatum non iustificat hominē, sed potius occidit, augendo concupiscentiam & iniquitatem, prævaricationem cumulando: nisi liberet gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis &c.

2. Cor. 3.

Ro. 4.

Ro. 5.

Ro. 7

August. de litera & spiritu. Cap. xxxi.

Attendē iam illud quod excutiendū posuimus, utrum fides Duplex est in potestate sit? De hac fide enim nunc loquitur, quam adhibemus cum aliquid credimus, non quam damus cum aliquid pollicemur, nam & ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidem: aliter ait, Non mihi seruauit fidem. Nam illud est, nō credit, qd̄ dixi: illud nō fecit quod dixit. Secundū hanc fidem, qua credimus, fideles sumus Deo: secundū ilan uero quæ sit quod promittitur, etiā Deus ipse fidelis est nobis

1. Cor. 10. nobis. Hoc enim dicit Apostolus : Fidelis Deus , qui uos non permittit tentari super id quod potestis. De illa itaq; fide quærimus, utrum in potestate sit, qua credimus Deo uel in Deum.

Genes 15. Hinc enim scriptum est: Credidit Abraham Deo, & deputatū est illi ad iustitiam. Et credenti in eum qui iustificat impiū, deputatur fides ad iustitiam. Vide nunc utrum quisquam crederet, si uoluerit, aut nō credat, si noluerit. Quod si absurdū ē: credere. quid est enim credere, nisi cōsentire uerum esse quod dicitur? consentio autem si utiq; uolentis est, profecto fides in potesta te est. Sed sicut Apostolus dicit: Non est potestas nisi à Deo. **Roma. 13.** Quid igitur causæ est, cur non & de ista nobis dicatur: Quid enim habes, qd nō accepisti? Nam & ut credamus, Deus dedit.

Quarto Regum decimotertio: Et misertus est de minus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum quod habebat cū Abraham & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos: neq; proīcere penitus usque in præsens tempus.

Exodi sexto: Ego audiuī gemitum filiorum Israēl quod Agyptij oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei.

Secundo Paralipomenō decimoquarto: Domine non est apud te ulla distantia utrum in paucis auxiliis aut in pluribus: adiuua nos domine Deus noster. In te enim & in tuo nomine habentes fidutiam uenimus cōtra hanc multitudinem . Dominus Deus noster tu es, non præualet contra te homo &c.

Exodi decimoquinto : Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

In eodem Capite: Ego enim sum dominus Deus saluator tuus.

Genes tricesimo secundo: Deus patris mei Abram, & Deus patris mei Isaac . Domine qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam & in locum nativitatis

ratis tuae & benefaciam tibi. Minor sum cunctis miserationibus tuis & ueritate tua quam explesti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis egredior &c.

Ad Titū primo: Paulus seruus Dei, apostolus auctem Iesu secundum fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis &c.

Ioannes Chrysostomus in Epistolam Pauli ad Titum Homelia prima.

Intuere obsecro quām istud exordium beneficijs Dei referuntur sit, totaq̄ prorsus epistola huiusmodi est. Qua ex resanctum illum virum excitat, magis ad labores pro fide ac pietate subeundos: nec ipsum modo, uerum & eos qui ab eo docebuntur. Nihil enim ferme ita nobis utile est, ut meminisse iungiter beneficiorum Dei, siue quæ communiter omnibus, siue quæ seorsum singulis tribuit. Si enim cum ex amico beneficium aliquod sumimus, siue cum uerbum aliquod gratū placidumq; audimus, in amore exardescimus, quanto magis cum uiderimus quibus periculis impliciti fuimus, ex quibus omnibus nos eruit Deus, prōptiores ad obedientiam erimus? (Et agnitionem ueritatis.) Veritatē autem hoc in loco ad Differē figuram refert, & illa enim agnitione erat, & pietas erat, non ta tia inter finem ueritas: neq; item mendacium, sed figura atq; imago in guram & spe uitæ æternæ, illa in spe uitæ præsentis. Qui enim ea fecerit ueritatem, inquit uiuet in eis. Vide quā ex ipsis initijs iam indicet, gratia legisq; distantiam, illi non electi, sed nos. Nam & si ipsi alii quando dicebantur electi, iam huiusmodi gratiam amiserūt (quem reprobavit is, qui non mentitur Deus ante tempora secularia) hoc est, non modo ex penitentia remedio prouenit, Roma. 5 sed olim ab ipso principio ista præfixa sunt: hoc ipsum plurimis in locis posuit, puta cum dicit, segregatus in euangelium Dei. Et rursus: Quos præsciuit & prædestinauit. Ostenditur profecto ex his nobilitas nostra, qd non nuper, sed olim atq; ab ipsis initijs electi sumus, quam reprobavit (inquit) is qui non mentitur Deus.

Psalmo centesimo decimo octavo: Retribue seru-

NO TUO

uo tuo, vivifica me ut custodiam sermones tuos.

Hilarius in Psalmum cxvij.

Quibus non est constans emundati cordis conscientia, precari ista prophetæ uoce non possunt: Retribue seruo tuo. Si enim digna secundum opera nostra retributio aderit, peccatorum ac delictorum nostrorum penas merebimur. Satis est autem, si cui uel haec fidutia saltem gratulandi ad Deum fuerit, non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniustias nostras reddidit nobis. Quia secundum altitudinem cœli à terra longauit iniquitas nostra à nobis, quia ipse cognovit figuraionem nostram. Magnū est, tantam in se Dei misericordiam cognoscere, & scire consuetudinem criminum procurū à se abesse, & dignum Dei misericordia se esse cœpisse. Propheta autem hic, in cuius scilicet corpore habitatio Dei digna est, qui sancto spiritu plenus, non communia nec terrena cogitat & effatur. Libertatis ei⁹ est ut oret: Retribue seruo tuo. Sed forte insolentis est istud audaciae, sine aliqua confessione modestia meritū retributionis optasse, nec se in corpore sitti, id est, in uili atq; humili sorte esse meminisse. Exclusit autem propheta omnem de se uanitatis ac iactantiae opinionē, nam cum dixisset: Retribue ex fidutia innocentiae seruo tuo, ex seruitutis officio, & ex conditionis suæ confessione subiecit: Constanter igitur haec postulat, qui Dei se seruū, non peccati esse meminisset, quia omnis qui peccat, seruus est peccati. (Viuam iam, inquit, & obseruabo sermones tuos.) Viuam atq; obserua bo nō præsentis tuis res est, sed significatio sermonis huius futurum se tempus extendit. Scit enim propheta quando beatissima illa & uera uiuētium uita sit. Nunc uero & in puluere mortis manem⁹, & in mortis corpore sumus, à quo se liberari Apostolus orat dicens: Miser ego hō quis me liberabit de corpore mortis huius? Habemus autem etiam nunc admixtā nobis materiā, quæ mortis legi & peccati obnoxia ē, & in huius caducæ carnis infirmæq; domicilio corruptionis labē ex eius consortio mutuamur, ac nisi glorificato in naturam spiritus corpore, uitæ ueræ non potest esse natura. Hanc ergo retributionem sibi propheta orat, ut uiuat future huius uitæ tempus in loco altero docens, quo ait: Et placebo Deo in regione uiueantium. Et fortè si quis existimat sibi in sacramento baptismi perfectam

Fidutia q̄lis
erit nobis
in Deum.

Natura no
stra pecca
to obnoxia

Innocētia
pfecta no-

E T O P E R I B V S.

174

perfectam illam innocentiam, & cœlestis uitæ dignam reddi bis in b
tam puritatem, Ioannem baptistam dixisse recolat: Ego qui^r ptissimo nō
dem baptizo uos in aqua pœnitētię, qui autem post me uenit
fortior me est, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni,
ipsum autem dominum baptizatum à Ioanne cum adhuc es-
set in corpore, meminerit locutum: Adhuc habeo alio baptis-
mo baptizari. Est ergo quantum licet existimare perfectæ il-
lius emendatio puritatis etiam post baptismi aquas reposita. Nulla man-
datorū dei
Sunt enim multa seculi scandala quæ prohibent perfectam in
nobis mandatorum esse custodiam. Taceo de naturis corpo-
rū, quæ nos interim aut per infirmitatem, aut per incētiua ui-
tiorum imperfectos esse compellunt. At uero morte ista deui-
stodia,
cta & auleo eius obtuso, cum facie ad faciem audiemus atq
ternemus, tunc uere & uiuemus & mandata Dei sequemur.
Psalmo centesimo quadragesimo secundo: Spiritus
tuus bonus deducet me in terrā rectam. Propter no-
men tuum domine uiuiscabis me.

Hilarius in Psalmum cxlij.

Et cōpetens illa humanæ uerecundiae professio est, at quod
per spiritum Dei in terram rectam deducendus sit, id nō me-
ritisui esse arroget, neq; per satisfactionem p̄i obsequiū id si-
bi postulet, sed totum hoc ad clarificandum in se Dei nomen De satisfac-
tione &
expectet, ut propter honorem Dei nominis, in terra recta es-
se statuatur. Et quia per hanc terram scit sibi non in corpore merito,
mortis huius posse concedi, quia labes carnis humanæ per ad-
mixtam in se uitiorum consuetudinem aboleri penitus, nisi
cum naturæ demutatione non possit, uiuiscarise quasi non-
dum uiuat expostulat.

Prouerbiorum decimoquarto: Misericordia et ue-
ritas præparant bona.

Capite decimoquinto: Per misericordiam & fidem
purgantur peccata: per timorē autem domini decli-
nat omnis à malo.

Ioannes Chrysostomus tomo quarto: Homelia
quinquagesima secunda. Ex Capite Matthi*uicesimo*
quarto.

Venite

Venite (inquit) benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi, quia dedistis quæ semper habere non poteratis, recipite quæ in perpetuum possideatis. Merito centuplum super cælum, qui unum seminasti in terra. Non enim quantū iustitia hominum potest mereri, tale creatum est regnum cælorum, sed quale Dei uirtus potuit præparare. Si enim secundum angustias humanæ iustitiae regnum cælorum creare uoluisset, utiq post opera hominū illud creasset. Nunc autem quoniam non secundum mercedem hominū, sed secundum suam largitatem constituit mercedem sanctorum, ideo antequam sanctos crearet in seculo, regnum cælorum præparauit in cælo. Propterea & quos ante constitutio nem misericordia suos esse cognoscit, tantis eos laboribus onerat & tam diu laborare facit, donec digni efficiantur regno cœlesti & cetera.

Primo Paralipomenon quinto: Quia Deum inuocauerunt cum præliarētur, & exaudiuit eos eo quod credidissent in eum.

Secundo Paralipomenon decimosexto: Oculi enim domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credūt in eū.

Hiere. quinto: Domine oculi tui respiciunt fidem.

Romanorum decimoquarto: Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

Augustinus cōtra duas epistolas Pelagianorum, libro tertio. Capite quinto.

Nostra fides, hoc est catholica fides, iustos ab iniustis non operum, sed ipsa fidei lege discernit, Quia iustus ex fide uiuit. Per quam discretionem sit, ut homo ducens uitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienæ, parentibus honorem debitum reddens, castus usq; ad continentiam, ab omni omnino concubitu, etiam coniugali, eleemosynarum largissimus, iniuriarū etiam patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablatā, uel etiam uendit omnis suis, erogatisq; in pauperes, nihil suum proprium possideat, cum suis tamen istis laudabilibus moribus, si non in Deum rectam fidem & catholicam tenet,

Regnum
cælorum
præpara-
tur nobis à
Deo, non
meretur

Discretio
iusti & in-
iusti.

neat, de hac uita damnandus abscedit. Alius autem habens
quidem opera bona, ex fide recta quæ per dilectionem opera De hoīe ex
tur, non tamen ut ille benemoratus incontinentiam suam fir fidic uiuēte
stentat honestate nuptiarum, cōiugij carnalis debitum & red
dit & repetit, nec sola propagationis causa, ueruinetiam uo
luptatis, quamvis cum sola uxore concubuit, quod coniuga
tis secundum ueniam concedit Paulus apostolus, iniurias ta
mē non patienter accipit, sed ulciscendi cupiditate fertur ira
tus, quamvis ut possit dicere, Sicut & nos dimittimus debito
ribus nostris, rogatus ignoscit, possidet rem familiarē, faciēs Matt. 6
inde quidem eleemosynas, non tam largas, quā ille, nō aufert
aliena, sed quāuis ecclesiastico iudicio, non forensi, tamen re
petit sua. Nempe iste qui moribus illo uidetur inferior, propt
rectam fidem quæ illi est in Deum, ex qua uiuit, & secundum
quā in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis ope
ribus Deuin laudat, sibi tribuēs ignominiam, illi gloriā, atq; Opera ho
ab ipso sumens & indulgentiam peccatorum, & dilectionem minis fidē
recte factorum, de hac uita liberandus, & in consortium cum habentis
Christo regnaturorū recipiēdus emigrat. Cum itaq iusti oēs
& antiquiores & Apostoli ex fide uixerint recta, quæ est in
Christo Iesu domino nostro, mores q̄ tam sanctos cum fide
habuerint, ut licet non tam perfectæ uirtutis in hac uita esse
potuerint, q̄ post hanc uitam quæ futura est, tamen quicquid
peccati ex humana infirmitate surrepserit, pietate ipsius fidei
continuo deleretur. Omnia igitur piorū sub hoc onere cor
ruptibilis carnis, & in uitæ istius infirmitate gementium spes Vera spes
una est, quod aduocatum habemus apud patrem Iesum Chri
stum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum. oīm Chri
stianorum
1. Ioan. 3

Deuteronomij duodecimo : Sin autem comedere
uolueris, & te esus carnium delectauerit occide & co
mede iuxta bencditionem domini Dei tui, quam de
dit tibi in urbibus tuis, siue immundū fuerit, hoc est
maculatum & debile: siue mundum, hoc est integrū
& fine macula, quod offerri licet: sicut caprā & cer
uum comedes, absq; esu duntaxat sanguinis quem su
per terram quasi aquam effundes &c. Sanguis enim
eorum proanima est: & iccirco non debes animā co
mēdēre

medere cum carnibus: sed super terram fundes quasi aquam, ut bene sit tibi & filiis tuis post te &c.

Augustinus contra Julianum, Pelagianum, libro quarto, capite tertio.

Noueris itaq; non officijs, sed finibus à uitijis discernendas esse uirtutes. Officium est autem quod faciendum est, finis vero propter quod faciendum est. Cum itaq; facit homo aliquid ubi peccare nō uidetur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare conuincitur. Quicquid autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit propter quod fieri debere uera sapientia præcipit, & si officio uideatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

Proverb. decimo sexto: Omnes uiax hominis patet oculis eius: spirituum ponderator est dominus.

Exodi septimo: Tulitq; Aaron uirgam coram Pharaone & seruis eius, quæ uersæ est in colubrum. Vocauit autem Pharaon sapientes & maleficos: & fecerunt etiā ipsi per incantationes Aegyptias & arca na quedā similiter. Proiecerūtq; singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones. Sed deuorauit uirga Azron uirgas eorum.

Chrysostomus in opere imperfecto super Matthæum, capite septimo.

Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Quæ sunt uestimenta ouilia? species simulatæ reliquiae, ut cæteræ species pietatis quibus uestiunt se lupi rapiunt simulatum bonum, nam manifestum malum quasi malum figurant & cauent. Magna uirtus est boni, cognoscere malū, & firma turba salutis est scire quem fugias. Hæresis periculosa quidem res est, sed ualde utilis: periculosa, quia multi seducuntur in eam, & pereunt: Utilis autem, quia tentatur fideles per eam, & ab infidelibus segregantur. Qui murmurat de periculo temptationis, murmurat de præmio probationis. In nullo enim negotio potest requies inueniri, nisi præcesserit labor quanto

Opera hy-
popcritica
quæ sunt

Hæresis
ualde uti-
lis, sed pe-
riculosa.

quanto magis in spiritualibus rebus, nisi præcesserit tētatio. Differētia non potest esse probatio. Primi scire oportet, quia sunt om̄i bonorū & no falsi Christiani, nam nulla res sic perdit Christianos ue- falso-
rum, quām hēc: nā quoscunq; uiderint dici Christianos quasi Christia-
Christianos eos æstimāt. Si em cōstat quia falsi sunt Christia- norum.
ni: aut ille est falsus Christianus, aut tu: Si tu, non ille: Si ille,
ut quid eū Christianū æstimas de quo Christus tibi mādauit,
quia Christianus nō est: Quē Deus non confitetur suū filii, tu
quo modo tibi æstimes fratrem? Sed forte dicis quomodo pos-
sum illum dicens non esse Christianum, quem uideo Christū
confitentem, altare habentem, sacrificium panis & uini offe-
rentem, baptizantem, scripturas sanctorum legentem, omnē
ordinem sacerdotij habentem. Vir sapiens, si non confiteret
Christum, & manifesta esset gentilitas illius, & seducebaris in
eam, insania erat quia seducebaris. Nunc autem quia confiten-
tur Christum, sed nō sic quemadmodum Christus mandauit,
negligentia tua est si ab illo seduceris. Quod autem de simili-
tudine ecclesiasticorum mysteriorum dixisti, hoc audi respon-
sum: Quoniam & simia om̄ia habet membra hominis, & per-
omnia hominem imitatur. Nunquid propterea dicendus est
homo: Sic & hæreses omnia mysteria habent & imitantur,
sed non sunt ecclesiæ. Vides quia de hæreticis Christianis lo-
quitur Christus fugiendis, quia foris in Christi schemate ui- Hæretici
dentur, ab intus autem confessionis efficacitate gētile: & isti om̄ia my-
multo pericolosiores sunt, q illi Iudaici: quoniam illi quidem steria ecclē
reieci ab apostolis, & notati extra conuentum Christianorū sīc habent.
erratici uagabantur, & furtim quosdam corrumpēbat incau Acto. 20
tos. Isti autem quasi fundati Christiani, & ecclesiæ suas habē-
tes, & quid dico, ecclesiæ etiam regentes, palam cum liberta-
te subvertunt, & sic multiplicati sunt ex diuerso Christiani
potius uagi, quām illi. De qualibus lupis ad Ephesios dicebat
Apostolus: Scio quia post discessum meū intrabunt lupi gra-
ues in uos, non parcentes gregi, & ex uobisipsis exient, per-
uerſa loquentes, ut abducant discipulos post se. A fructibus
eorum cognoscetis eos. Fructus enim hominis est cōfessio fi-
dei eius, & opera conuersationis ipsius. Si ergo uideris homi-
nem Christianū, statim considera, si confessio eius conueniat
cū scripturis, uerus est Christianus: Si aut̄ non est quemadmo-
dum Christus mandauit, falsus est. Indicium Christianitatis nō
Fruct⁹ ho-
mini. Chri-
stiani est
confessio
fidei.

ad nomen retulit, sed ad confessionem, quia non nomen solum Christi Christianum facit, sed & ueritas Christi. Quia in nomine Christi multi ambulant, in ueritate autem pauci.

Primo Regum secundo: Non est sanctus ut est dominus, neque enim est alius extra te: & non est fortis, sicut Deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Recedat uetera de ore uestro: quia Deus scientiarum dominus est: & ipsi præparantur cogitationes.

Esaie quinto: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.

Esaie undecimo: Non nocebunt & non occident in uniuerso monte sancto meo quia repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operientis.

Exodi trigesimotertio: Præcipis ut educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum: præsertim cum dixeris mihi: noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem ut sciam te: & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice populum tuum gentem hanc. Dixit dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.

Psalmo duodecimo: Usquequo auertes faciem tuam a me?

Psalmo certesimododecimo octavo: Illumina faciem tuam super seruum tuum.

Psalmo centesimo quadragesimosecundo: Non auertas faciem tuam a me &c.

Proverbiorum decimo octavo: Turris fortissima nomine domini: ad ipsam currit iustus & exaltabitur.

Ecclesiastici uicesimo quarto: Ego mater pulchre dilectio-

dilectionis & timoris, & agnitionis & sanctæ spei. In me gratia omnis uiae & ueritatis: in me omnis spes uitæ & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupisci tis me: & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hæreditas mea su per mel & fauum. Memoria mea in generatione se culorum. Qui edunt me adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc fitient & cætera.

Hieremias nono: Non glorietur sapiens in sapientia sua, non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriet qui gloriatur, scire & nosce me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Hæc enim mihi placent, dicit dominus.

Hieronymus libro secundo commentariorum in Matthæum, capite xiiij.

Simile est regnum celorum homini negotiatori querentibonas margaritas, & inuenta una preciosa margarita &c. Vnum autem est preciosissimum margaritum, scientia saluatoris & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arca num. Quod si inuenierit homo negotiator, similis Pauli apostoli, omnia legis prophetarumq; mysteria & obseruationes pristinas, in quibus inculpate uixerat, quasi purgamenta contemnit & quisquilias, ut Christum lucrifaciatur. Quod sit preciosissimum marginatum.

Genesis tricesimo secundo: Dixit autem Iacob: Vidi dominum facie ad faciem: & salua facta est anima mea.

Sapientiae decimo quinto. Nossis enim te consummata iustitia est: & scire iustitiam & uirtutem tuam, radix est immortalitatis.

Canicorum secundo: Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Sapientiae nono: Et si quis erit consummatus inter filios hominum: si ab illis fugeris, Sapientia tua in nihilum computabitur. Nam per Sapientiam sanati sunt quicunque placerunt tibi a principio.

Ecclesiastici primo: Dilectio Dei honorabilis sapientia. Initium sapientiae timor domini: & cum fidelibus in uulua concretus est: & cum electis foemini gradietur: & cum iustis & fidelibus agnosceretur. Timor domini scientiae religiositas: religiositas custodiet & iustificabit cor: iocunditatem atque gaudium dabit & cetera. In thesauris sapientiae intellectus: & scientiae religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. In thesauris sapientiae significatio disciplinae: execratio autem peccatori cultura Dei.

Augustinus libro meditationum, capite decimo-quarto.

Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hebræ. 4. Haec bentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. Supereminet enim omnem scientiam tua inæstimabilis charitas, quam ostendisti nobis indignis bonitate & pietate tua. Filius namque tuus Deus noster non angelos, sed semen Abraham apprehendit, a simulatus nobis per omnia absq; peccato. Hæc nempe mihi tota spes est, & omnis fidutia. Est enim in ipso Iesu Christo dominio nostro, unius cuiusque nostrum portio, caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificat, ibi gloriosum me esse cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio. Quamuis peccator sum, de hac communione gratiae non diffido. Et si peccata mea prohibent, substancia mea requirit. Et si delicta mea me excludunt, naturæ communio non repellit. Mitis uero & ualde benignus est dominus Deus noster, & diligit carnem suam, membra sua & viscera sua, in ipso Deo & domino nostro Iesu Christo dulcissimo, benignissimo, atq; clemetissimo, in quo resurrexi, & iam

& iam cœlos ascendimus, & tā in cœlestibus cōfideremus. Ca-ro nostra nos diligit. H abemus autem sanguinis nostri p̄x-rogariuam in ipso. Sumus autem membra eius & caro eius, ipse deniq; est caput nostrum, ex quo totum corpus sicut scri-ptum est, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et nemo unq; carnē suā odio habuit, et erūt duo in carne una. Mysteriū hoc magnū est, ego dico in Ch̄fo & in ecclesia ait Apostolus.

Ephe.3

August. in Ioan. tractatu nono, capite secundo.

Sacramentūm hoc magnum est. Et ne quis istam magnitu-dinē sacramenti in singulis quibusq; hominib; uxores habē-tibus intelligeret, ego aut dico, inqt, in Christo & in ecclesia, quod est hoc sacramentum magnum, erūt duo in carne una. Sic ergo Christus adhæsit ecclesiæ, ut essent duo in carne una.

August. lib .de litera & spiritu , capite undecimo.

Quia per legē fidei quisq; cognoscit, si quid bene uiuit, Dei gratia se habere, & ut perficiatur in dilectione iustitiae, non se aliunde consecuturum. Quæ cogitatio piūm facit. Quia pie-tas est uera sapientia. Pietatem quam Græci theosebiām uo-cant. Ipsa quippe commēdata est, cū dictum est homini quod in libro Iob legitur: Ecce pietas est sapientia. Theosebia si ad uerbi originem latine expressam interpretaretur, Dei cultus dici poterat, qui in hoc maxime constitutus est, ut anima ei nō sit ingrata. Vnde & in ipso uerissimo & singulari sacrificio domino Deo nostro agere gratias monemur. Erit em̄ ingra-ta si quod illi ex Deo est sibi tribuerit, præcipueq; iustitiam: cuius operib; ueluti proprijs & uelut à semetipsa fibim̄ par-tis, nō uulgariter tanq; ex diuinitijs aut membrorū forma aut eloquentia, cæterisq; siue externis siue internis, siue corporis siue animi bonis, que habere etiam scelerati solent, sed tanq; de his quæ proprie sunt bona honorum quasi sapienter infla-tur. Quo uitio repulsi à diuina stabilitate substantiæ, etiā mag-ni quidā uiri ad idololatriæ dedecus defluxerunt. Ipsa est il-la sapientia quæ pietas uocat, qua colit pater lumen, à quo est om̄e datū optimū. Colitur aut sacrificio laudis, actionibusq; gratiarū, ut cultor eius non in seipso, sed in illo glorietur.

Si sola fide saluamur, quomodo ergo intelligēda sunt autoritates istæ quæ cum præcedentibus discor-dare uidentur.

Sacramen-tū unionis

Pietas est
cultus dei

Iacobi secundo:

VIS autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa est? Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est offerens filium suum Isaac super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

Roma. ij. Non em auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Gloria honor & pax omni operanti bonum.

Galatas quinto: Euacuati estis a Christo qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid ualeat, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

Augustinus libro Octoginta trium quæstionum, capite septuagesimo sexto.

Quoniam Paulus apostolus prædicens iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, ut putarent cum semel in Christum credi dissent, etiam si male operarentur, & facinorose flagitiosè puiuerent, saluos se esse posse per fidem. Locus iste huius epistolæ eundem sensum Pauli apostoli quomodo sit intelligendus exponit. Ideoq; magis Abrahæ utitur exemplo uacuam esse fidem, si non bene operetur, quoniam Abrahæ exemplo etiā Paulus apostol⁹ usus est, ut probaret, iustificari hominem sine operibus legis. Cum enim cōmemorat bona opera Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt: satis ostendit Pauli apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominem sine operibus per fidem, ut si quis crediderit, nō ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorū bonorum non præceoperū arbitretur se peruenire ad donū iustificationis, quæ est

Concordia
tia Iacobi
& Pauli de
fide & ope
ribus

Opera bo
na fidem

non præce
dunt.

In fide. In hoc enim se gentibus in Christum creditibus, Iu
dai præ-

dai præferre cupiebant, quod dicebant se meritis honoris operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicam gratiam peruenisse, id est scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quod incircensis gentibus Christi gratia non traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit, posse hominem sine operibus se præcedentibus iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem quod modo potest nisi iuste operari? quamvis ante nihil operatus iuste ad fidei iustificationem peruerterit, non merito honorum operum, sed gratia Dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur. Quod si cum credi-

Note.

derit, mox de hac uita discesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illum, sed gratia peruenit; nec consequentibus, quia in hac uita esse non finitur. Quapropter non sunt sibi contrarie duorum Apostolorum sententiæ Pauli & Iacobi, cum dicit unus iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus. Quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedunt, iste de his quæ fidem sequuntur.

Prima Corinthiorum decimotertio: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut es sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum.

Augustin⁹ in prima quinquagena ex prologo Psal mi tricesimi primi.

Iacobus enim in epistola sua, contra eos qui nolebant bene operari de sola fide præsumentes, ipsius Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem, & non sunt sibi aduersi Apostolæ non sibi. Dicit autem opus omnibus notum, Abraham filium suum sunt ad immolandum obtulit Deo. Magnum opus, sed ex fide. Laudo uersi. super edificationem operis, sed video fidei fundamentum. Laudatio fructum boni operis, sed in fide agnoscere radicem. Si enim hoc preter fidem retram faceret Abraham, nihil illi proficeret qualecumq; opus esset illud. Rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cuim ei Deus imperaret offerre sibi immolandum fi-

Fides ipsa lium suum, diceret apud semetipsum, non facio, & tamen cre-
necesse est do, quia me etiam contemnentem iussa sua liberat Deus, fides
ut operet. sine operibus mortua esset, & tanquam radix sine fructu steri-
lis atq; arida remaneret. Quid ergo: Debem⁹ nulla opera præ-
ponere fidei: id est, ut ante fidē quisq; dicatur bene operatus?

Nota. Ea enim ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quamvis uidean-
tur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi uidentur esse,
ut magnæ uires & curi⁹ celerrimus præter uiam. Nemo ergo
computet bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat, bonū
opus non erat. Bonū opus intentio facit, intentionem fides di-
rigit. Non em⁹ ualde attendas quid homo faciat, sed quid cum
facit aspiciat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. Er-
go fratres ex fide iustificatus est Abraham, sed si fidem opera
non præcesserūt, tamē secura sunt. Nunquid enim fides tua ste-
rilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est ipsa. Itaq; si fides si-

Opera A-
brahae se-
cuta sunt
fidem. ne dilectione sit, sine opere erit. Ipsa dilectio uacare nō potest.
Non ergo Iacobum Apostolum Paulo, sed ipsum Paulum ipsi
Paulo opponamus, & dicamus ei: At nos quodāmodo permit-
tis impune peccare, cum dicis: Arbitramur iustificari hominē
per fidē sine operibus. Sed ad hæc dicis: Fides quæ per dilectio-
nem operatur, Quomodo hac quasi securus sis, si operatus nō
fueris? Hac autem nec spem, nec ipsam fidē uideo habere bo-
nam, nisi operatus fueris per dilectionē. Te ipsum audi o Apo-
stole. Certe fidem mihi hic sine operibus uis cōmendare, opus
autē fidei dilectio est, quia dilectio uacare nō potest, nisi & ma-

Opus fidei
dilectio est li nihil operetur, & quicquid potest boni. Quid enim facit dile-
ctio? Declina a malo & fac bonum. Hanc ergo fidem sine ope-
ribus commendas, & alio loco dicis: Et si fidem habeam, ita ut
montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mi-
hi prodest. Ergo si nihil mihi prodest fides sine charitate, cha-
ritas autem ubi fuerit, necesse est ut operetur, fides ipsa per di-
lectionem operatur. Quomodo ergo iustificabitur homo per
fidem sine operibus? Responderet ipse Apostolus: Propterea
hoc tibi dixi o homo, ne quasi de operibus tuis præsumere ui-

Fides à deo
data facit
hominem
justum. dereris, & merito operum tuorum accepisse fidei gratiā. Noli
ergo præsumere de operibus ante fidem, noueris quia pecca-
torem te fides inuenit: & si te fides data fecit iustum, impium
inuenit quem faceret iustum. Credenti inquit in eum qui iusti-

Roma. 4. ficit impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Si iustificatur
impius,

impius, ex impio fit iustus: si ex impio iustus fit, quæ sunt opera impiorum? Iactet iam impius opera sua & dicat: Do pauperibus, nihil alicui aufero, nō uxorem alienam concupisco, nō quenq̄ occido, nulli fraudē facio, depositū apud me nullo teste repräsentō. Hæc omnia dicat, Quæro utrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius, inquit, ista faciens? Quomodo illi de quibus dictum est: Et seruierunt creaturæ potius quam Roma. et creatori, qui est benedictus in secula. Quomodo nō es impius? Quid si de his omnibus bonis operibus aut illud speras quod sperandum est, sed nō ab illo à quo sperandum est: aut hoc speras quod sperandum non est, etiam ab illo à quo æterna uita speranda est. Pro bonis operibus sperasti terrenam quandam facilitatem, impius es, non est ista merces fidei. Chara res est fides, uili illam addixisti. Impius ergo es, & nulla sunt ista opera tua. Moueas licet in bonis operibus lacertos, & uidearis nam optimè gubernare, in saxa festinas. Quod si quod sperandum est speras, id est, uitam æternam, sed non à domino Deo Vita æterna: per Iesum Christum, per quem solum datur uita æterna: sed nam nō per putas te ad uitam æternam posse peruenire per militiæ cœli, opera sed per solem & lunā, per potestates aëris & maris, & terræ, & si per Christum, impius es. Sed crede in eī, qui iustificat impiū, ut post stum dat. fint & bona opera tua esse opera bona. Nam nec bona illa appetauerim, quandiu non de radice bona procedunt.

Actorum tertio: Et in fide nominis eius hunc quæ uos uidistis & nostis confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit integrum sanitatem istam in conspectu omnium uestrum.

Romanorum duodecimo: Vnicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

Athanasius libro commentariorum in Epistolam ad Romanos.

Et quoniam singulis Deus fidei mensuram diuisit, non enim id tua uirute, sed Dei munere effectum est, quod siue magnū sit illud, siue exiguum, Deus ipse largitus est. Fides autem hoc loco pro D E I gratia sumenda est, qua illa miracula facta. Duplex est fides. Duplex nanque est fides nostra, altera, ut illud: Fides fides. tua te saluum fecit. Altera Dei est donum, qua fiunt miranda, Luca 17 ut il-

Lucæ 17. ut illud : Si habueritis fidem ut coccum sinapis, dicetis monti huic, & cætera.

Augustinus libro de litera & spiritu, capite uigesimo sexto.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Vnde autem factorem legis Græcum iustificari diceret sine gratia saluatoris? Neq; enim contra scripsum diceret, quod ait, factores legis iustificabuntur, tanquam per opera non per gratiam iustificantur, cum dicat gratis iustificari hominem per fidem sine operibus legis, nihil aliud vel intelligi in eo quod dicit gratis, nisi quia iustificatione opera non præcedunt. Sed sic intelligendum est, factores legis iustificabuntur, ut sciamus eos aliter non esse factores legis, nisi opera præ iustificantur, nō ut iustificatio factoribus accedit, sed ut factores iustificatio præcedat.

Aut certe ita dictum est iustificabuntur, ac si diceretur, iusti habebuntur, iusti deputabuntur, sicut dictum est de quodam: Ille autem uolēs iustificari, id est, ut iustus haberetur, & deputaretur. Vnde aliter dicitur: Deus sanctificat sanctos suos, aliter, Sanctificetur nomen tuum. Nam illud ideo, quia ipse illos fecit sanctos esse qui non erant sancti: Hoc autem ideo, ut quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est, sancte timeat. Nec Naturaliter legem moueat te quod naturaliter eos dixit quæ legis sunt facere, nō quomodo spiritali, non fide, non gratia. Hoc enim agit spiritus gratia, ut imaginem Dei in qua naturaliter facti sumus, instauraret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod utiq; san-

Roma. 2. etum etiam ab hominibus habeatur, id est, sancte timeat. Nec Naturaliter legem moueat te quod naturaliter eos dixit quæ legis sunt facere, nō quomodo spiritali, non fide, non gratia. Hoc enim agit spiritus gratia, ut imaginem Dei in qua naturaliter facti sumus, instauraret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod utiq; san-

Psalm. 40. nat gratia, propter quam Deo dicitur: Miserere mei, sana animam meam quia peccavi tibi. Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciunt. Qui enim hoc non faciunt, uitiosi faciunt, quo uitio lex Dei deleta est de cordibus.

Secundo Paralipomenon sexto: Si autem peccauerint tibi (neq; em est homo qui non peccet) & cetera.

Iob nono: Quantus ego sum ut respondeam ei, & loquar uerbis meis cum eo? Qui etiā si habuero quipiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.

Si iustificare me uoluero, os meum condēnabit me. Si in-

Si innocentem ostendero, prauum comprobabit. Ve-
rebar omnia opera mea, & cætera.

Capite decimo: Vitam & misericordiam tribuisti
mihi, & uisitatio tua custodiuist spiritum meum. Et si
impius fuero, uę mihi est, & si iustus, nō leuabo caput
saturatus afflictione & miseria.

Capite decimoquinto: Quid est homo ut immacu-
latus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? Ecce
inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli nō sunt
mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis
& inutilis homo.

Capite uigesimoquinto: Nūquid iustificari potest
homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus
de muliere?

Esaiae sexagesimoquarto: Et facti sumus ut immū
di omnes nos, & quasi pannus menstruatæ uniuersæ
iustitiae nostræ.

Ecclesiastes septimo: Non est homo iustus in ter-
ra qui faciat bonum, & non peccet.

Ecclesiastes septimo: Non te iustifices ante Deum
quoniam agnitor cordis ipse est.

Augustinus in Enchiridi. capite Ixij.

Ipsa etiam uita cætera iam ratione utens & ratis quantali-
bet præpollat sicut cunctitate iustitiae, sine remissione peccato-
rum non agitur. Quoniam filii Dei quādū mortaliter uiuit, ne peccato-
rum non agitur, Roma.8
cum morte cōfigunt. Et quāmuis de illis sit ueraciter dictum,
quotquot spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: sic tamen spiri-
tu Dei excitātur, & tanquam filii Dei proficiunt ad Deum, ut
etiam spiritu suo, maxime agrauante corruptibili corpore,
tanquam filii hominum in quibusdam motibus humanis defi-
ciant ad seippos, & ideo peccent. Interest quidem quantum fa-
tis dicitur. Neq; enim quia peccatum est omne crīmē, ideo crī-
men est etiam omne peccatum. Itaq; sanctorum hominum ui-
tam, quādū in hac morte uiuitur, inueniri posse dicimus sine
crīmē.

crimine, peccatum aut si dixerimus quia non habemus, ut ait
I. Ioan. i sanctus Apostol^o, nosipso seducim^o, & ueritas in nobis nō est.
Agustinus de diffinitionibus. Ortho. fidei, capite
quadragesimonono.

Oēs sancti Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc de-
pronūtiāt finit esse iustus uel sanctus cum affectu teneat sanctitatem. Nō
se peccato enim naturae humanae uiribus, sed propositi adjumento per
res. De gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo ueraciter se omnes
 sancti pronuntiant peccatores, quia in ueritate habent quod
 plangent, & si non reprehensione conscientiae, certe mobilita-
 te & mutabilitate præuaricatricis naturae.

Gregor. in Moral. libro xxij. ca pite sexto.

Sunt uero nonnulli qui cum bona aliqua faciūt, iniuitati-
 suarum protinus obliuiscuntur, & cordis oculū in considera-
 tione bonorum operum quæ exhibent figunt, atq; eo se iam san-
 ctos aestimat, quo inter bona quæ agunt, malorum suorum in qui-
Oia bona bus & fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui
opera no- scilicet si distinctiones judicis uigilanter attenderet, plus de ma-
stra imper lis suis metuerent, q; de imperfectis bonis exultarent: plus in-
 fecta sunt. spicerent qd de his quæ adhuc eis agenda sunt debitores teneri-
 tur, q; quod operantes, quandam iam debiti partem soluunt.
 More itaq; uiatorum, nequaquam debemus aspicere quantum
 iam iter egimus, sed quantum superest ut pergamus. Amplius
 igitur debemus aspicere quæ bona necdum fecimus, quam ca-
 tur electi, plerung; eorum cordi suggestitur, ut bona quæq; quæ
 fecerunt ad animū reuocent, & securitatis iam letitia exultet.
 Sed si uere electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos
 diuertunt, omnem in se de peractis bonis laetitiam reprimunt,
 & de his quæ minus egisse se intelligunt tristitiam requirunt,
 indignos se aestimant, & penè soli bona sua non uident, quæ in
 se uiderenda omnibus ad exemplum præbent, & cetera.

Secundo Paralipomenon ultimo, In oratione Ma-
nasse regis: Quia indignum saluabis me secundum
magnam misericordiam tuam.

Hieronymus in dialogo aduersus Pelagian.

Philip. 3 Sed parumper te interrogabo, quid de illo Apostoli loco
 (quem

(quem scribit ad Philippenses) sentias: Non quia iam accepisti, aut iam perfectus es, & cetera. Et afferit præteriorum se semper obliuisci, & ad priora semper extendi, per quæ docet præterita negligenda, & futura cupienda, ut quod hodie perfectum putauit, dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfeciū conuincat fuisse. Atq[ue] ita per singulos gradus dum nunquam in statione, sed semper in cursu est, imperfectum doceat, quod homines putamus esse perfectum, solamq[ue] perfectionē & ueram iustitiam, Dei tantum uirtutibus coaptandam. Secūdū & ueram iustitiam, Dei tantum uirtutibus coaptāda. Perfectio nostra Dei uirtutibus coaptāda.

dum propositū, inquit, perseguor ad brauiū supernæ uocatio-
nis Dei in Christo Iesu. O Apostole Paule ignosc mihi quasi
homunculo mea uitia confitenti, si audacter interrogem: Di-
cis te necdum accepisse, & necdum comprehendisse, & necdum
esse perfectum, & præterior, semper obliuisci, & ad priora te
extēdi, si quo modo possis occurrere in resurrectione mortuo-
rum, & consequi brauium supernæ uocationis. Et quomodo
statim infers: Quotquot ergo perfecti, hoc sapimus, siue sapia-
mus (diuersa enim sunt exemplaria) & quid sapimus siue sapia-
mus nos esse perfectos comprehendisse quod non comprehen-
dimus, accepisse quod non accepimus, esse perfectos, qui non
dum perfecti sumus? Quid ergo sapimus, inq[ue] quid sapere de-
bemus qui perfecti non sumus? Imperfectos nos esse confiteri,
& necdum comprehendisse, necdum accepisse. Hæc est hominis
vera sapientia imperfectum esse se nosse, atque (ut ita loquar)
functorum in carne iustorum imperfecta perfectio est.

Perfectio nostra est imperfectio nostrarum cognitio.

Idem Hieronymus aduersus Pelagium.

Quamobrem & grauissimus Poëta Flaccus scripsit in Satyra: Nam uitij nemo sine nascit, optimus ille est, Qui minimis urgetur. Pulchre quidam nostrorum ait: Philosophi patriar- chæ hereticorum, ecclesiæ puritatem peruersa maculauere do- strina, ut nesciant illud dictum de humana fragilitate: Quid gloriatu[r] terra & cinis. Præsertim cum de iisdem Apostolus ticorum dicat: Video aliam legem in membris meis. Et iterū: Non cū Roma. 7 quod uolo bonum, hoc ago, sed quod nolo malū hoc ago. Si quod non uult operatur, quomodo stare potest hoc quod dicuntur, posse hominem sine peccato esse si uelit? Qua ratione potest esse q[uod] uelit, cū Apostolus afferat se q[uod] cupiat, implere nō posse? Cum me putauerō ad calcem peruenisse uirtutū, tūc ha- bebo

bebo principium. Hæc hominibus sola perfectio est, si imperfectos esse se nouerint.

Fulgentius libro primo ad Monimum.

Nunc enim diuinorum munerum (ut ita dicam) nondū est perfecta perfectio, utpote, ubi omnis perfectus perfectiōis est indignus. Nam ille qui dixit: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, Idem dicit: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Fuit ergo perfectus spe futuræ glorificationis, fuit autē imperfectus onere corruptionis & mortalitatis. Corpus enim quod corruptitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Fuit perfectus expectatione muneric, fuit imperfectus fatigacione certaminis. Fuit perfectus, q̄ mente seruiebat legi Dei: fuit imperfectus, q̄ carne seruiebat legi peccati. Fuit perfectus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo: fuit autem imperfectus, quia quandiu fuit in corpore, peregrinabatur a domino. Fuit perfectus, plenissime sciens, quia Deus quæcumq; promisit, potens est & facere: fuit autem imperfectus, quia Deus in sanctis suis quædam nondū fecit, ex omnibus quæ promisit. Propter quod etiam omnes antiqui iusti (sicut idem apostolus dicit) testimonio fidei comprobati, non sunt sine subsequentium perfectio, perfecti: sic subsequentes sancti, non possunt sine precedentibus perfici. Donum itaq; perfectum tunc omnibus dabitur, quando sanctis æterna glorificatio tribuetur.

Chrysostomus in opere imperfecto, capite sexto.

Alioquin si unusquisq; motus carnis suæ consideret, nullum facere bonum inuenitur, quia omne bonum aduersante carnis natura, contradicentes nobisipsis implemus.

Ecclesiastici decimo-septimo: Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut quid nequius quam quod excogitavit caro & sanguis? & hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse cōspicit: & oēs homines terra & cinis.

Augustinus libro de litera & spiritu, cap. xxxvi.

Primi preceptum hic nullus impler. Proinde hoc primum preceptum iustitiae, quo iubemur diligere dominū ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: cui est de proximo diligendo alterum consequens, in illa uita implebimus, ubi uidebimus facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc

hoc etiam nunc præceptum est, ut admoneremur quid fide ex poscere, quo spem præmittere, & obliuiscendo quæ retro sunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum mihi uidetur, in ea quæ perficienda est iustitia, multum in hac uita ille proficit, qui quam longe sit à perfectione iustitia, proficiendo cognoscit.

Esaïæ quadragesimo tertio: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me: & peccatorum tuorum nō recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpres tui prævaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos: dei ad internitionem Iacob, & Israël in blasphemiam.

Esaïæ decimo: Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabit serra contra eū à quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignū est.

Esaïæ decimoquarto: Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, & quis auertet eam?

Esaïæ sexagesimoquarto: Et nunc domine pater noster es tu, nos uero luti, & factio noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine sati, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ.

Hieremiac undecimo: Tu aut dñe demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorū, &c.

Baruchi secundo: Domino Deo nostro iustitia, nobis autem & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc.

Danielis quinto: Porro Deū qui habet flatū tuum in manu sua, & omnes uias tuas, non glorificasti.

Danielis tertio: Oia quæ induxisti super nos, & universa quæ fecisti nobis in uero iudicio fecisti, &c.

Danielis quarto: Iuxta uoluntatem enim suam fa
cit, tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus ter
ræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, qua
re fecisti?

Augustinus secunda quinquagena, Psalmo septuaginta
gesimo in prologo.

Timor & amor Dei. Multum enim me mouet Dei amor & timor. Timor quia iustus est, amor quia misericors est. Quis em ei diceret, quid fecisti, si danaret iustum? Quanta ergo misericordia eius ut iustificet inustum? Ex hoc prelectum nobis & Apostolum audiimus eandem maxime gratiam commendantem, de cuius commendatione habebat Iudeos inimicos, uelut de litera legis præsumentes, & tanq; iustitiam suam diligentes, atq; iactantes Roma.10 de quibus dicit: Testimonium perhibeo illis, quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Et tanq; ei dicere, quid est em habere zelum Dei secundum scientiam, subiecit continuo: ignorantes enim Dei iustitiae, & suam uolentes constitueri, iustitiae Dei non sunt subiecti. Gloriantes, inquit, tanq; de operibus, excludunt a se gratiam, & tanq; de sanitate sua falsa præsumentes,

Matth. 9 respuunt medicinam. Contra tales & dominus dixerat: Non Homo perueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiæ. Non est opus se nihil est sanis medicus, sed male habentibus. Hæc ergo tota scientia hominis magna est, scire quia ipse per se nihil est, & quoniam quicquid est, a Deo est, & propter Deum est. Hanc gratiam ergo commendat Apostolus, hinc habere meruit inimicos Iudeos, de litera legis, & de iustitia sua gloriantes.

Iustitia Dei iusti iniquitas. Ergo in tua iustitia, non in mea. Quia mea quid? Praecessit hi abste data iustus ero, & sic erit mea, ut tua sit, id est, abs te mihi data. In eum enim credo, qui iustificat impium, ut depuratur fides mea ad iustitiam. Erit ergo & sic iustitia mea, non tamen tanq; propria mea, non tanq; a meipso mihi data, sicut putabant illi qui super literam gloriabantur & gratiam regnabilem spuebāt. Nam dictum est in illo loco: Iudica me domine secundum iustitiam meam. Certe non gloriabatur in sua iustitia, sed 1. Cor. 4 reuocare ad Apostolum: Quid enim habes, quod non accepisti? Psalm. 30 & sic dic iustitiam meam, ut memineris quod acceperis eam. Quoniam

Niam firmamētum meum & refugium meum es tu. Firmum Refugium enim te facit gratia Christi, & immobile aduersus omnes ten̄ nostrum tatiōes inimici. Sed ibi est & humana fragilitas, ibi est adhuc Christus Prima captiuitas, ibi est lex in membris, repugnans legi mentis, & captiuum uolens ducere in lege peccati, adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Quantumlibet firmus sis ex gratia Dei, quandiu adhuc portas terrenum uas, in quo thesaurus est Dei, aliquid etiam de ipso uase fictili formidandum est. Ergo firmamentum meum es, ut firmus sim in isto seculo aduersus omnes tentationes, sed si multae sunt, & turbat me, refugium meum tu es.

Deuteronomij quinto: Obserua autē diem sabbati ut sanctifices eum sicut præcepit tibi dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua: septimus dies sabbati est, id est requies domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis & cetera.

Amos quinto: Odi & proieci festiuitates uestras: & non capiam odorem cœtuum uestrorum.

Hieremiac decimo septimo: Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sabbati & cetera. Sanctificate diem sabbati sicut præcepi patribus uestris & cetera. Et si sanctificaueritis diem sabbati ne faciatis in eo omne opus &c.

Exodi decimo sexto: Sex diebus colligite: in die au tem septimo sabbatum est Domini & cetera. Videte quod dominus dederit uobis sabbatum: & propter hoc die sexta tribuit uobis cibos duplices, maneat unusquisque apud semetipsum: & nullus egrediatur de loco suo die septimo: & sabbatizabit populus die septimo.

In eodem: Requies sabbati sanctificata est domino.

Ozeq quinto: In domino præuaricati sunt, quia filii alienos genuerunt.

Idem capite sexto: Quia misericordiam uolui &

DE FIDE

non sacrificium, & scientiam Dei plusq; holocausta.

Exodi tricesimo primo: Videte ut sabbatū meum custodiatis: quia signum est inter me & uos in generationibus uestris: ut sciatis quia ego dominus qui sanctifico uos. Custodite sabbatum meum. Sanctum est enim uobis. Qui polluerit illud morte moriatur.

Leuitici uigesimo: Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum dominus Deus uester. Custodite præcepta mea & facite ea. Ego dominus qui sanctifico uos.

Esaiae quinquagesimo octavo: Si auerteris à sabbato pedem tuum facere uoluntatem meam in die sancto meo, & uocaberis sabbatum delicatum, & sanctū domini gloriosum: & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur uoluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super dño, &c.

Neemias decimo: Populi quoque terrae qui important uenalia & omnia ad usum per diem sabbati uendant: non accipiemus ab eis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittimus annum septimum, & exactionem uniuersæ manus.

Capite decimotertio: Et de pueris meis constitui super portas, ut nullus inferret onus in die sabbati: & manserunt negotiatores & uidentes foris Hierusalem, & cætera.

Leuitici uigesimoquarto: Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullumque seruile opus facietis in eo.

In eodem capite: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus: & uocabitur sanctus, affligetisque animas uestras in eo, & offertis holocaustum domino. Omne opus seruile non facietis

cietis in tempore diei huius : quia dies propitiationis est, ut propitietur dominus Deus uester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiā fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimū sempiternum erit uobis in cunctis generationibus & habitationibus uestris. Sabbatum requietionis est, & affligetis animas uestras, & cetera.

Esaie quinquagesimo sexto: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen sempiternum dabo eis quod non peribit.

Augustinus libro quarto, capite decimo septimo,
De Genesi ad literam.

Hæc igitur summa minimè superba, & uere pia requies nobis. Ab omnistrâ, ut sicut ipse requieuit ab omnibus operibus suis, quia non bus operi ei opera sua, sed ipse sibi bonum quo beatus est: ita & nos ab bus nostris omnibus operibus, non tantū nostris, uerum etiam ipsius, non requiesceris in illo requieturos nos esse sperem⁹, idq; desideremus post re debem⁹. bona opera nostra, quæ in nobis agnoscimus, illius potius esse In Christo quam nostra: ut etiam sic post bona opera sua ipse requiescat requie ha⁹ in nobis, cum post bona opera, quæ ab illo iustificati fecerim⁹ bemus. in se nobis requiem præstet. Magnum est enim nobis ab illo extitisse, sed magis erit in illo requiemisse.

Ecclesiastici decimo octavo: Deus solus iustificabitur & manet inuictus rex in æternum.

Esaie quinquagesimo quinto: Quia dominabitur qui qui fecit te, Dominus exercituum nomē eius & redemptor tuus sanctus Israël Deus omnis terræ uocabitur.

Esaie quinquagesimoprimo: Prope est iustus me⁹, egressus est saluator meus: & brachia mea populos iudicabunt, & cetera. Salus autem mea in sempiter-

numerit & iustitia mea non deficiet.

Esaiae quadragesimo quinto: Ergo in domino dicitur: Meae sunt iustitiae & imperium. Ad eum ueniens, & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israël.

Baruch primo: Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostrae. Peccauimus autem in Deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum.

Esaiae quinquagesimo: Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam, ut petra durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet mihi?

Esaiae quinquagesimo tertio: In scientia sua iustificabit ipse iustus, seruos meos multos: & iniurias eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est.

Prima Corinthiorum primo: Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio.

Prima Corinthio. sexto: Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes & cetera. regnum Dei possidebunt. Et haec aliquando quidem fuitis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri IESV CHRISTI & in spiritu Dei nostri.

Titi tertio. Iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem uitae eternae.

Augustinus ad Bonifacium Epistola l.

Iustus et iustificans non est nisi Deus. Absit autem, ut stificas est quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut aut suam uelit constitueri iustitiam, id est, quasi a seipso sibi datam, cum dicatur ei:

ti: Quid em̄ habes quod nō accepisti? Aut sine peccato se esse 1. Cor. 4
 factare audeat in hac uita, sicut ipsi in nostra collatione dixe-
 runt in ea se esse ecclesia, quae iam nō habet maculam aut ru-
 gam aut aliquid huiusmodi: nescientes hoc modo in eis com-
 pleri, qui uel post baptismum cōtinuo uel dimissis debitibus quae
 dimittenda in oratione poscuntur de hoc exēunt corpore, in
 tota uero ecclesia tunc futurum ut sit omnino non habēs ma-
 culam aut rugam aut aliquid eiusmodi, quando dicendū erit:
 Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus
 enim mortis est peccatum, in hac uita ubi corpus quod corrū-
 pitur aggrauat animam, si ecclesia eorum iam talis est, non er Militās ec-
go dicant Deo, quod dominus nos orare docuit: Dimitte no-
bis debita nostra. Cum enim in baptismo cuncta dimissa sint, est sine ma-
culam aut rugam aut aliquid huiusmodi. Contemnant & ga.
 Apostolum Ioannem clamātem in epistola sua: Si dixerimus 1. Cor. 15
 quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in Matth. 6
 nobis non est. Si cōfessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & 1. Ioan. 1
 iustus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni ini-
 quitate. Propter hanc spem, dicit uniuersa ecclesia: Dimitte no Matth. 6
 bis debita nostra: ut non superbiētes sed confidentes mundet
 nos ab iniuitate, atq; ita sibi dñs Christ⁹ exhibeat in illa die
 gloriosam ecclesiam, non habentem maculam atq; rugā, &c.

Augustinus ad Innocentium Papam, Epistola no nagesima quinta.

Vbi mors uictoria tua, ubi est mors aculeus tuus, aculeus au 1. Cor. 15
 tem mortis est peccatum, Diligentius pertractandum propter Nullus ho
 alios quosdam, qui senserūt, atq; in literis suis mandauerunt, minū hic
 etiam in hac uita esse posse homines sine peccato, non ab ini- est sine pec-
 tio natuitatis suæ, sed conuerstione à peccatis ad iustitiā, & à cato.
 uita reproba ad bonam uitam. Sic em̄ intellexerunt quod de Luce 1
 Zacharia & Helizabet scriptum est, ambulasse eos in omnibus
 iustificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est si-
 ne querela, sine peccato dictum acceperunt, non quidem ne-
 gantes, immo etiā qd alijs locis in literis eorū inueni, pie confite-
 tes adiutoriū gratiæ dñi nostri, non per naturalē spiritum ho-
 minis, sed per principalem spiritum Dei, qui parum uiden-
 tur considerasse ipsum Zachariam suisse utique sacerdotem.

DE FIDE

Omnis ait tūc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primi
tus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo: si
Oratio est cut nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine
sacrificiū. peccato, quoniam iussi sumus dicere: **Dimitte** nobis debita no

Matth. 6 stra, Ita & tunc per sacrificia uictimarum animalium conuin-
cebant sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis pecca-
tis iubebātur offerre. Quod si resita se habet, ut per gratiam
saluatoris proficiamus quidem in hac uita, deficiente cupidita-
te, crescente charitate, perficiamus autem in illa uita, cupidita-
te extīcta, charitate completa, profecto illud quod scriptū

1. Ioan. 3 est: Qui natus est ex Deo non peccat, secundum ipsam chari-
Charitas tatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natuitatem quæ ex
sola nō pec- Deo est, agenda & perficienda pertinet charitas, non ea quæ
cat.

Roma. 7 bra sua arma iniquitatibus peccato, potest dicere: Iam non ego
operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum. Sed quo-
quo modo sc̄ habeat ista quæstio, quia & si non inuenitur ho-
mo in hac uita sine peccato, id tamen dicit posse fieri per adiu-
torium gratiæ & spiritus Dei, quod ut fiat conandum atq; po-
scendum est. Id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est

Omnes ho- uelle. Nobis autem sufficit, quod nullus in eccllesia Dei reperi-
mines pec- tur in quolibet profectu excellentia atq; iustitia, qui sibi au-
catores deat dicere nō necessariam precationem orationis dominicæ:
sunt.

Matth. 6 ne seipsum decipiatur & ueritas in eo non sit, quamuis iam sine
querela uiuat. Non enim qualemque etiam tentationis huma-
næ, sed graue peccatum est quod in querelam uenit.

Hieronymus aduersus Pelagianos libro primo.

8. Johan. 3 Omnis qui natus est ex Deo non peccat, peccatum nō facit.
Si enim omnis qui natus est ex Deo non peccat, quoniam se-
men eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex Deo na-
tus est, qua consequētia idem in eodem loco loquitur: Si dice-
rimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & uer-
itas in nobis nō est? Ignoras rationē, hæsitas atq; turbaris? Au-
8. Johan. 1 di eundē Euāgelistā: Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis & iu-
stus est, ut dimitat nobis peccata nostra, & inuendet nos ab
omni

omni iniquitate. Tūc ergo iusti sumus, qñ nos peccatores fa- Iustitia ro-
temur, & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei stra est, cō-
consistit misericordia. Dicente sancta scriptura: Iustus accusa fessio in iu-
tor est sui, in principio sermonis. stitiae no-

Quarto Esdræ octauo: Quoniam nos & patres no- stræ.
stri talibus morbis languemus: tu autē propter nos Pro.12.
peccatores misericors uocaberis. Si enim desiderauer-
is ut nostri miserearis: tunc misericors uocaberis no-
bis non habentibus opera iustitiae. Iusti enim quibus
sunt opera multa reposita: ex proprijs operibus reci-
pient mercedem. Quid est enim homo ut ei indigne-
ris: aut genus corruptibile ut ita amarus sis de ipsis?
In ueritate enim nemo de genitis est qui non impie-
gessit: & de confidentibus qui non deliquit.

Hieremiac secundo: Et dixisti: Absq; peccato & in-
nocens ego sum, & propterea auertatur furor tuus à
me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod di-
xeris non peccavi. Quām uilis facta es nimis iterans
uias tuas!

Hieremiac decimoquarto: Si iniquitates nostræ re-
sponderint nobis, domine fac propter nomen tuum,
quoniam multæ sunt auersiones nostræ &c.

Ezechielis uicesimo: Et recordabimini ibi uiarum
uestrarum, & omnium scelerum uestrorum, quibus
polluti estis in eis, & displicebitis uobis in conspectu
uestro in omnibus malicijs uestris quas fecistis, & scie-
tis, quia ego dominus cum benefcero uobis propter
nomen meum, nō secundum uias uestras malas, neq;
secundum scelera uestra pessima domus Israël ait
dominus Deus & cæt.

Ezechielis tricesimosexto: Non proper uos ego
faciā domus Israël, sed propter nomē sanctum meū,
quod polluistis in gentibus ad quas intrafatis &c. Et

effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris.

Iob xxxv. Si peccaueris quid ei nocebis? Et si multiplicat̄ fuerint iniuriae tuæ quid facies cōtra eū? Porro si iuste egeris, qd donabis ei, aut quid de manu tua accipieret? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua: & filiū hominis adiuuabit iustitia tua.

Bernardus sermone tertio de aduentu.

Diligit enim Deus animam quæ in conspectu eius, & sine intermissione considerat, & sine dissimulatione dijudicat se metipsam. Idq; iudicium non nisi propter nos à nobis exigit, quia si nosmetipsos iudicauerimus, nō utiq; iudicabimur. Propterea sapiens ueretur omnia opera sua, scrutatur, discutit, & dijudicat uniuersa. Honorat quippe ueritatem, qui & se & omnia sua in eo statu quo ueritas habet & agnoscit ueraciter & humiliter confitetur. Audi deniq; manifestius à te iudicium exigi, post iustitiam: Cum feceritis (inquit) omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite serui inutiles sumus. Hæc planè quantum in homine est, digna sedis præparatio domino maiestatis, ut & iustitiae mandata studeat obseruare, & semper indignum sese & inutilem arbitretur. &c.

Bernardus sermone quinto de dedicatione.

Quis poterit saluus esse dicunt discipuli salvatoris. Et ille: Apud homines hoc impossibile est, sed non apud Deum. Hæc tota fiducia nostra, hæc unica consolatio nostra, hæc tota ratio spei nostræ. Sed de possibiliitate iam certi, de uoluntate quid agimus? Quis seit si dignus est amore an odio? Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam planè fidem nobis subuenire necesse est, hic oportet succurrere ueritatē, ut quod de nobis latet in corde patris, nobis per ipsius spiritum reueletur, & spiritus eius testificans persuadeat spiritui nostro quod filij Desumus. Persuadeat aut uocando & iustificando gratis per fidem, in quibus nimirum uelut medius quidam transitus est, ab æterna prædestinatione ad futuram magnificationem. Propterea sane geminam illam considerationem, alterā quidem iudicij & ueritatis, alterā uero nō incongrue uocari credimus fidei & pietatis. Inde homo nunc quidem

1. Cor. 11

Luce. 17

Lucæ. 18

Impossibi
le est salua
ri nisi per
Christum

Eccle. 9

Roma. 8

Certissimum
per spiritum
sanctum
nos filios
Dei esse.

quidem Bariona, nunc uero satana meret ut audire. Nolite mirari hoc. Recolite ex euangelio, cui dictum sit (& utrumq; in ueritate, nam utrung; ab ipsa ueritate dictum) Prius quidem beatus es Symō Bariona, nec multo post: Vade retro satanas. Vnus ergo utrūq;, & si nō utrung; ex uno. Illud em̄ ex patre, Matth. 4: istud ex hoīe, ipse tñ utrūq; erat. Vnde Bariona? quia caro & sanguis non reuelauit ei, sed pater ei qd locurus est reuelauit. Vnde satanas? Quia sapuit quæ erant hoīm, non quæ Dei.

Romanorum primo: Non erubesco euangelium, Virtus em̄ Dei est in salutē omni credēti, Iudeo pri-
mum & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur
ex fide in fidē, sicut scriptū est: Iust⁹ aut ex fide uiuit. Ab. 2

Augustinus libro de litera & spiritu.

Hæc est iustitia Dei quæ in testamento ueteri uelata, in no-
uo reuelatur. Quæ ideo iustitia Dei dicitur quod impartien-
do eā iustos facit, sicut domini est salus qui saluos facit, & hęc
est fides ex qua & in qua reuelatur, ex fide scilicet annuncian-
tium, in fidem obedientium. Qua fide Iesu Christi, id est, quā Iustitia dei
nobis cōculit Christus, credimus ex Deo nobis esse, pleniusq; qua iusti-
futurum esse, quod iuste uiuimus. Vnde & illi à pietate qua so-
lus colendus est gratias agimus.

In eodem lib. Quisquis autem crediderit ei qui se à pecca-
tis omnibus absoluendum, & ab omnibus uitis sanandum,
& calore ac lumine eius accendendum illuminandumq; non
contempserit, habebit ex eius gratia bona opera, ex quibus
etiam secundum corpus à mortis corruptione redimatur ac
coronetur, bonisq; satietur, non temporalibus, sed æternis su-
pra quam petimus, aut intelligimus.

Deuteronomij tertio: Præcipe Iosue, & corrobo-
ra eū atq; cōforta: quia ipse præcedet populu istum:
& diuidet eis terram quam uisurus es.

Deut. xx. Vos hodie contra inimicos uestrós pa-
gnā cōmittitis: nō pertimescat cor uestrū. Nolite me
tuere: nolite cedere: nec formidetis eos: qd dñs Deus
uester in medio uestri est: & pro uobis contra aduer-
sarios dimicabit ut eruat uos à periculo &c.

Esaia

Fides facit
opera bo-
na.

Esaiae quinquagesimo septimo: Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terrā, & possidebit montem sanctum meum.

Augustinus libro primo de doctrina Christiana, cap. decimogonto, decimo septimo, decimo octavo.

Quanta ergo se fiducia, spes credentium consolatur, considerans quantus & quanta pro nondum credentibus passus sit. Porro quoniam in via sumus, nec via ista locorum est, sed affectuum, quam intercludebat quasi septa quædam spinosa, præteriorum maliciæ peccatorum, quid liberalius & misericordius facere potuit, qui seipsum nobis quo rediremus subternere uoluit, nisi ut omnia donaret peccata conuersis.

**Beneficio
rum Dei cō
sideratio.**

**Claues ec
clesiæ.**

& grauiter fixa interdicta reddit⁹ nostri pro nobis crucifixus euelleret. Has igitur claves dedit ecclesiæ suæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent in celo: & quæ ligarer in terra, ligata essent in celo: scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata nō crederet, sed ab his correctus auerteret, in eiusdē ecclesiæ gremio cōstitutus, eadē fide atq; correctione sanatur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperando, quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat, ubi de fructu suæ conuersionis infidus est.

Idem lib. tertio de doctrina Christiana, cap. xvi.

Nisi manduaueritis carnem filij hominis & sanguinem bibetis, non habebitis uitam in uobis, facinus uel flagitium uidetur iubere. Figura est ergo, præcipiens passioni domini esse communicandum, & suauiter atq; utiliter recondendū in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & uulnerata sit.

In eodem lib. cap. 9. Hoc uero tempore posteaquam resurrectione domini manifestissimum iudicium nostrę libertatis illuxit, ne eorum quidem signorū quæ iam intelligimus, operatione graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademq; factu facilima, & intellectu augustissima, & obseruatione castissima, ipse dominus & Apostolica tradidit disciplina: sicuti est baptismi sacramentum, & celebratio corporis & sanguinis domini. Quæ unusquisq; cum percipit quo referatur imbutus agnoscit, ut ea non carnali seruitute, sed spiritua Spiritus est, si potius libertate ueneretur. Ut autem literam sequi, & significat, pro rebus quæ his significatur accipere seruilis infirmitas est: ita inu-

Ioan. 6

**Coīcatio
passionis
domini**

ita inutiliter signa interpretari, male uagantis erroris est.

Bernardus super: Qui habitat, sermone tertio
uersu tertio.

Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. discipuli di-
xerunt: Durus est hic sermo, & abierunt retrorsum. Quid est com-
autem māducere eius carnem, & sanguinem bibere, nisi com-
municare passionibus eius, & eam conuersationem imitari
quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibatum illud al-
taris sacramētū ubi dominicum corpus accipimus, ut sicut
uidetur illa panis forma in nos intrare: sic nouerimus per eā
quam in terris habuit conuersationem, ipsum intrare in nos
ad habitandū per fidem in cordibus nostris. Cum em̄ iustitia
ingredī, ille ingredī qui fact⁹ est nobis à Deo patre iustitia.

Eadem est fides ueteris & noui testamenti.

Secundo Corinthiorum quarto: Habentes autem
eundem spiritum fidei sicut scriptū est: Credidi pro-
pter quod locut⁹ sum, & nos credimus propter quod
& loquimur, scientes, quoniam qui suscitauit Iesum,
& nos cum Iesu suscitabit.

Hebraeorum quarto: Etenim & nobis nunciatum
est quemadmodum & illis, sed nō profuit illis sermo
auditus non admixtus fidei & his quæ audierunt.

Augustinus ad Dardanum de præsentia Dei ca-
pite decimo septimo.

Non enim audemus fideles temporis nostri præferre ami-
cis Dei, per quos nobis ista prophetata sunt cum Deum Abra-
ham, & Deum Isaac, & Deum Iacob ita se Deus esse commen-
det, ut hoc dicat suum nomen aeternum. Quod si circuncisio testamenti
antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur, quid responde-
bitur de his, qui antequam hoc præceptum esset Deo placue-
runt, non tamen sine fide. Quia sine fide ut scriptum est ad He-
breos, impossibile est Deo placere. Habentes autem eundem idem spi-
ritū fiduci inquit Apostolus. Non diceret eundem, nisi & illis fidei
lorum ipse esset spiritus fidei. Sicut autem illi quando idem sa-
cramentum occultum erat, credebant Christi incarnationē ueteri te-
futuram, sic & nos credimus factam. Et à nobis autem & ab mentio-
nibus

Per fidem
Christus
ad corda
nostra in-
trat.

illis futurus expectatur ad iudicium eius aduentus.

Ozeæ sexto: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & uiuemus in cōspectu eius, scie mus sequemurq; ut cognoscamus dominum.

Hebræorū xij. Mementote præpositorum uestrorum qui uobis locuti sunt uerbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.

Ambrosius ad Horontianum epistola tricesima nona: libro septimo.

Duo sunt
dies Heri
& Hodie.

Psal. 2

Duos enim dies comprehendit scriptura generales, Heri & hodie. De quibus dicit: Imitamini fidem Iesu Christi, Heri & Hodie. Ipse & in secula. In superiore die promissio est, in consequēti solutio. Sed quia hesterna die neq; Moyses neq; Iesus Nauem populum induxit in requiem, hodierna die Christus induxit, cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suam enim resurrectionē Iesus populo requiem comparauit. Requies em in cœlo nō in terra est. Requies nostra Dominus est Iesus qui ait: Hodie mecum eris in paradiſo. Abiit Heri, uenit Hodie. Il lud Hodie quod promissum est, quo admoniti sumus uocem Domini audiendam & sequendam. Abiit ergo illa dies testamenti ueteris, uenit dies nouus.

Secundo Paralip. uigesimo: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non est enim uestra pugna, sed Dei. Cras descendetis contra eos. Non enim eritis uos qui dimicabitis: sed tantummodo confiden ter state, & uidebitis auxilium domini super uos. O Iuda & Hierusalem nolite timere nec paueatis. Cras egrediemini contra eos, & dñs erit uobiscum.

Secundo Paralip. tricesimo secundo: Cum illo em est brachium carneū, nobiscū dominus Deus noster, qui auxiliator noster, pugnabitq; pro nobis.

August. lib. primo. Retract. Cap. decimoquarto:
Duae lauda biles per Duae sunt enim personæ in religione laudabiles. Vna cordi qui iā inuenerūt, quos etiam iudicare beatissimos necesse est.

Alia

Alia eorum qui studiosissime & rectissime inquirunt. Primi sonæ in
 ergo sunt iam in ipsa possessione, alteri in uia, qua tamen certis
 tissime peruenit. In his uerbis meis, si illi qui iam inuenier-
 runt, quos in ipsa possessione iam esse diximus, sic accipian-
 tur beatissimi, ut non in hac uita, sed in ea quam speramus, &
 ad quam per fidem uiam tendimus sint, non habet iste sensus
 errorem: Ipsi enim iudicandi sunt quod querendum est inue-
 nisse, qui iam ibi sunt quod nos querendo & credendo, id est,
 fidei uiam tenendo cupimus peruenire. Si autem in hac uita
 putantur esse isti, uel fuisse, id uerum esse non mihi uidetur:
 Non quia in hac uita nihil ueri omnino inueniri potest quod
 mente cernatur non fide credatur, sed quia tantum non est quic-
 quid est, ut nos faciat beatissimos. Illud enim beatissimos facit
 quod ait: Tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoscâ sicut
 & cognitus sum. Qui hoc inuenierunt, ipsi dicendi sunt in bea-
 titudinis possessione consistere, ad quam dicit uia fidei quâ
 tenemus, & quod credêdo cupimus peruenire. Sed qui nā sunt
 illi beatissimi, qui iam sunt in ea possessione quod dicit hęc uia,
 magna questio est. Et angeli quidem sancti quod ibi sint nul-
 la questio est. Sed de sanctis hominibus iam defunctis, utrum ipsi
 saltē dicendi sint in illa possessione consistere, merito querit.
 Nam enim corpore quidem corruptibili, quo anima aggrau-
 tur, exuti sunt, sed adhuc expectat etiā ipsi redemptionē cor-
 poris sui, & caro mortis requiescit in spe, nondū in futura incor-
 ruptione clarescit. Sed utrum ad contemplandam cordis oculi
 ueritatem, sicut dicitur est, facie ad faciem, nihil ex hoc mi-
 nus habeant, non hic locus disputando inquirere.

i. Cor. 13
 Qui sint
 uere beatis.

Ecclesiastes nono: Quodcūq; facere potest manus
 tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sa-
 pientia, nec scientia erūt apud inferos q; tu properas.

Cyprianus contra Demetrianū, tractatu primo.

Credite & uiuite, & qui nos ad tempus persequimini, in æter-
 num gaudete nobiscum. Quando istinc excessum fuerit, nul-
 lus iā locus penitentiae est, nullus satisfactionis affectus. Hic
 uita aut amittit, aut tenet, hic saluti æternæ cultu Dei, & fru-
 ti fidei prouide. Nec quisquam, aut peccatis retardetur, aut
 annis, quo minus ueniat ad consequendam salutē, in isto ad-
 huc mūdo manēti penitētia nulla sera est. Patet ad indulgen-
 tiā

De purga-
 torio.

tiam aditus, & querentibus ueritatem, facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu, & uitæ temporalis occasu pro delictis roges Deum, qui uerus & unus est, confessionem & fidem eius agnitionis implores uenia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate conceditur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur. Hanc gratiam Christus impartiit, hoc munus misericordiæ suæ tribuit, subigendo mortem trophæo crucis, redimendo credentem precio sanguinis sui, reconciliando hominem Deo patri, uiuificando mortalem regeneratione cœlesti. Hunc si fieri potest, sequamur omnes, huius sacramento & signo censemur, hic nobis uiam uitæ aperit, hic ad paradisum reduces facit, hic ad celorum regna perducit, cum ipso semper uiuemus, & facti per ipsum filii Dei, cum ipso semper exultabimus, ipsius crux reparati & cætera.

D euteronomij primo: Dominus Deus qui ductor est noster pro uobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis uidentibus, & in solitudine ipsi uidistis. Portauit te dominus Deus tuus ut solet homogesta re paruulum suum, in omni uia per quam ambulastis, donec ueniretis ad locum istum.

D euteronomij tertio: Ne timeas eos, dominusem̄ Deus uester pugnabit pro uobis. Precatusq; sum dominum in tempore illo dicens: Domine Deus, tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manuq; fortissimam. Neg; enim est alius Deus uel in cœlo uel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ &c.

D euteronomij tricesimoprimo: Et Iosue iste trāsbit ante te sicut locutus est Dominus & cetera. Confortare& esto robustus. Tuenim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorū iurauit dominus: & tu eam forte diuides &c.

Quarto Esdræ secundo: Ille uiuenis quis est qui coronas imponit, & palmas in manibus tradit? Et respondens

respondens dixit mihi: Ipse est filius Dei quem in seculo confessi sunt.

Primo Ioannis secundo: Si quis peccaverit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Gregorius in Ezechie. lib. primo. Home. viij.

Iustus igitur aduocatus noster, iustos nos defendet in iudicio, quia & nos metipos cognoscimus & accusamus iniustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus.

Primo Regū decimo septimo: Et dixit Philisteus ad Dauid: Nunquid ego canis sum, quod tu uenis ad me cum baculo? &c. Dixit autē Dauid ad Philisteū: tu uenis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem uenio in nomine domini exercituum Dei agminum Israël &c. Ipsiū enim est bellum, & tradet uos in manus nostras.

August. li. primo de doct. Christ. cap. xxxix. & xl.

Homo itaq; fide, spe & charitate subnixus, eaq; incōcussus retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaq; multi per hæc tria etiam in solitudine sine codicibus uiuunt. Vnde in illis arbitror iam cōpletum esse quod dicti est: Siue prophetæ euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur. Quibus tamen quasi machinis tanta fidei & spei & charitatis mest instructio, ut perfectum aliquid tenentes, ea quæ sunt ex parte non querant. Perfectum sane quantum in hac uita potest. Quapropter cum quiq; cognoverit finem præcepti essent charitatem, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, omnem intellectum diuinarum scripturarum ad illa tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedat.

De mandatis & doctrinis

homínium.
Leuitici decimonono.



Custodi-

^{1. Cor. 11}
Ex spiritu
uiuenti co-
dices non
sunt necel-
farū.

DE MANDATIS

Custodite omnia præcepta mea, & uniuersalia iudicia, & facite ea. Ego dominus.

Cap. xx. Custodite præcepta mea, & facite ea, Ego dominus qui sanctifico uos.

Eodem cap. Nolite ambulare in legibus nationum, quas ego expulsurus sum ante uos &c.

Deutero. quarto: Non addetis ad uerbum quod uobis loquor: nec auferetis ex eo. Custodite mādatā domini Dei uestrī, quæ ego præcipio uobis. Scitis qd̄ docuerim uos præcepta atq; iusticias sicut mandauit mihi dominus, sic facietis ea, in terra quam possessūri estis & obseruabitis & implebitis opere.

Deutero. vii. Custodi ergo præcepta & ceremonias atq; iudicia quæ ego mando tibi hodie ut facias.

Eodem duodecimo: Quod præcipio, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam nec minuas.

In eodem cap. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum uidetur.

In eodem libro capite decimotertio: Dominum Deum uestrum sequimini, & ipsum timete, mandat illius custodite, & audite uocem eius, ipsi seruietis & ipsi adhærebitis.

In eodem libro capite decimoctavo: Propheta aut qui arrogantia depravatus uoluerit loqui in nomine meo, quæ ego nō præcepi illi ut diceret, aut ex nomine meo alternorum deorum, interficietur.

In eodem capite xxviiij. Et Iosue xxiiij. Tantum confidamini, & estote solliciti, ut custodiatis cuncta que scripta sunt in uolumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neq; ad dexteram neq; ad sinistram.

In eodem capite tricesimocupo: Ponite corda uestra in omnia uerba mea quæ ego. testiforis uobis

uobis hodie, ut manderis ea filijs uestris custodire & facere, & implere uniuersa, quæ scripta sunt in uolumine legis huius &c.

Iudicium secundo: Non dimiserunt adinuentiones suas, & uiam durissimam, per quam ambulare consuerant.

Tertio Regū ij. De Semei, Nónne testificat⁹ sum tibi per dñm, & prædixi tibi: quacunque die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturum⁹ &c.

Tertio Regum octauo: Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius sicut & hodie & cætera.

Tertio Esdræ octauo: In his enim Esdras magna disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum quæ essent ex lege domini & præceptis etcæ. Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo & cætera.

Psalmo tricesimo septimo: Da illis secundū opera eorum, & secundum nequitiam adinventionū ipsorū.

Psalmo lxxx. Et dimisi eos secundū desideria cordis eorū, ibunt ab inuentionibus suis. Si populus meus audisset me, Israël si in iujs meis ambulasset &c.

Psalmo cœtesimo quinto: Et fornicati sunt in adinventionibus suis & cætera.

Esaïæ tertio: Ruit eñ Hierusalem et Iudas concidit, quia lingua eorū et adinuentiōes eorū contra dominū, ut prouocarent oculos maiestatis eius.

Esaïæ xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Notas facite in populis adinuētione eius, mementore qm̄ excelsum est nomen eius.

Ezechie. xxxij. Et dicitis: Non est recta uia do-

272 DE MANDATIS

mini: unum quenque iuxta vias suas & cætera.

Secundo Regum uicesimo secundo: Deus immaculata via eius: eloquium domini igne examinatū: scutum est omnium sperantium in se.

Ozeæ quarto: Quia tu scientiam repulisti, repellem te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.

Capite nono: Propter maliciam ad inuentionum earum, de domo mea ejiciam eos.

Ozeæ duodecimo: Iuxta vias eius, & iuxta adiuventiones eius reddet ei.

Amos quarto: Et offerte mane uictimas uestras, tribus dieb⁹ decimas uestras. Et sacrificiate de ferme to laudem, & uocate uoluntarias oblationes, & annūciate. Sic em⁹ uoluistis filij Israël, dicit dominus Deus.

Micheæ tertio: Hæc dicit domin⁹ Deus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem. Et si quis non derit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Propterea nox uobis pro uisione erit, & te nebrae uobis pro diuinatione. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum?

Capite quarto: Et docebit nos de uijis suis, & ibimus in semitis eius. Quia de Syon egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem.

Ezechie, uicesimo: In præceptis patrum uestrorum nolite ambulare. Iudicia eorum nolite custodire, in præceptis meis ambulate, iudicia mea custodite.

Hieremizæ uicesimotertio: Propter hoc ecce ego ad pro-

H O M I N V M .
ad prophetas dicit dominus, qui furantur uerba mea
unusquisq; à proximo suo, et seducūt populum meū,
in mendacijs suis & erroribus suis.

213

Esaïeucesimonono: Eo quod appropinquat po-
pulus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor au-
tem eius longe est à me, & timuerunt me mādato ho-
minum & doctrinis, ecce ego addam ut admiratio-
nem faciam populo huic miraculo grandi & stupen-
do, peribit enim sapientia à sapientibus, & intelle-
ctus prudentium abscondetur.

Ecclesiastici secundo: Qui timent dominum, non
erunt incredibiles uerbo illius, & qui diligunt illum
conseruabunt uerbum illius. Qui timent dominum,
inquirent quę bene placita sunt ei, & qui diligunt eū,
replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum, custo-
diunt mandata eius & cætera.

Proverbiorum tricesimo: Omnis sermo Dei igni-
tus, & clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne ad-
das quicquam uerbis illius, & arguaris, inuenia-
risq; mendax.

Ambro. libro de paradiſo. cap. duodecimo.

De eo quod addidit Eva uerbis domini dicens: Neq; tange-
tis. Etenim quantum præsens lectio docet, discimus nihil uel Gene. 3
cautionis gratia, iungere nos debere mandato. Si quid enim
addas uel detrahas, prævaricatio uidetur esse mandati. Pura
enim & simplex mandati forma seruanda, uel testimonij se-
ries imitanda est. Pleruncq; testis dum aliquid ad seriem gesto forma sim-
rum ex suo adiūcit, totam testimonij fidem partis mēdacio de plex seru-
colorat. Nihil igitur uel quod bonū uidetur addendum est. da est.

Genesis xxxi. Responderūt Rachel & Lia ad Ia-
cob: Omnia quæ præcepit tibi dominus fac.

Matthæi decimoquinto: Sine causa colunt me do-
centes doctrinas & mandata hominum.

○ ; Mat-

Matthæi xvij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite.

Cypria. ad Cœciliū libro ii. Epistola iii.

Ioan.13; Si feceritis quod mando uobis iam non dicam uos seruos sed amicos. Et quod Christus debeat solus audiri, pater etiā de cœlo cōtestatur dicens: Hic est filius meus dilectus in quo be ne consensi, ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est, nō debemus attendere quid aliquis ante nos faciendū pur tauerit, sed quid prior Christus qui ante oēs est, fecerit. Neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei uerita tem, cum per Esiam prophetam Deus loquatur & dicit: Sine causa autem colunt me mandata & doctrinas hominum do centes. Et iterū in euangelio: Rei scitis mandatum Dei, ut tra ditionem uestrā statuatis. Et ideo frater charissime, si quis de antecessoribus nostris, uel ignoranter, uel simpliciter nō hoc obseruauit & tenuit, quod nos dominus facere exēplo & ma gisterio suo docuit, potest simplicitati cius de indulgentia do mini uenia concedi. Nobis uero non poterit ignosci, qui nunc à dño admoniti & instructi sumus. De hoc quoq; ad collegas nostros literas dirigamus, ut ubiq; lex euangelica & traditio dominica seruetur, & ab eo quod Christus docuit & fecit non recedatur. Quæ ultra iam contēnere, & in errore pristino per seuerare, quid aliud est quā incurere in obiurgationem dñi incrépantis in Psalmo & dicentis: Ad quid exponis iustifica tiones meas, & assūmis testamentum meū per os tuū? Tu au tem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos retro. Si ui debas furem currebas cum eo, & inter moechos particulā tuā ponebas. Exponere em iustificationes & testamentū domini, & hoc non idem facere quod fecit dominus, quid aliud est, q; sermones eius abiūcere, & disciplinam domini contēnere? nec de Euangelica ueritate furat dñi nostri uerba & facta, & cor rūpit atq; adulterat p̄cepta diuina. Nam si sacerdotes Dei & Christi sumus, non inuenio quē magis sequi, q; Deum & Christum debeamus, csi ipse in Euangelio maxime dicat: Ego sum lumen mundi, qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitę. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi & p̄cepta eius obseruare debemus, quia & ipse

**Solus Chri
stus audiendus est**

Esaïe 29.

Mat. 15

**Error mul
torum nō
excusat.**

Psal. 49

**In uerbo
dñi perma
tere debe
mus.**

Ioan.8

ipse in alio loco mittens Apostolos dixit: Data est mihi omnis Mat. 23
potestas in celo & in terra. Ite ergo & docete omnes gentes, tunc
gētes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti. Docete eos
obseruare oia quæcumque p̄cepisti uobis. Quare si in lumine Chri-
sti ambulare uolumus, à preceptis eius & monitis non receda-
mus, agentes gratias, quod dū instruit in futurū quod facere debea-
mus, de p̄terito ignoscit quod simpliciter errauimus. Et q̄a iam Lux euāge
secūdus aduētus nobis appropiat, magis ac magis benigna
ei⁹ ac larga dignatio corda nra luce ueritatis illuminat, ut cū lica quotie
in claritate sua & maiestate cœlesti uenire cœperit, inueniat die magis
nos tenere quod monuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. aperitur.

Psalmo tricesimonono: In capite libri scriptū est
de me, ut facerem uoluntatem tuam Deus meus uo-
lui: & legem tuam in medio cordis mei.

Esaiae quinquagesimonono: Labia uestra locuta
sunt mendacium, & lingua uestra iniuriam fatur.
Non est qui inuocet iustitiam, neq; qui iudicet uere,
sed confidunt in nihil, & loquuntur uanitates.

Hieremiacē septimo: Nolite confidere in uerbis mē
dacijs, dicentes, templū domini, tēplum domini, tem-
plum domini est. Ecce uos confiditis uobis in sermo-
nibus mendacijs, qui non proderunt uobis.

Hieremiacē octavo: Quomodo dicitis, sapiētes nos
sumus, & lex domini nobiscū est? Vere mendaciū ope-
ratus est filius mendax scribarū. Confusi sunt sapien-
tes, perterriti & capti sunt. Verbum enim domini
proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.

Hieremiacē quadragesimoquarto: Sermonem quē
locutus es ad nos in nomine domini, nō audiēmus ex
te, sed facientes faciemus omne uerbum, quod egredi-
tur de ore nostro & cetera.

Cyprianus in tractatu tertio de simplicitate prae-
latorum.

Qui audit (inquit) uerba mea & facit ea, similabo eū uiro
sapien-

sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Descendit pluvia, adueniunt flumina, flauerunt uenti & impegerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim fuit super petram. Verbis igitur eius infistere, quæcunq; & docuit & fecit discere & facere debemus. Cæterum credere se in Christum quomodo dicit, qui non facit quod Christus facere præcepit? aut unde perueniet ad præmium fidei, qui fidem nō uult seruare mandati? Nutet necesse est & uagetur, & spiritu erroris arreptus, uelut puluis quē uentus excutit, uentiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui salutaris uiae non tenet ueritatem. Cauenda sunt autem non solum quæ sunt aperte manifesta, sed & astute fraudis subtilitate fallentia.

Fraus & fallacia diaboli. Quid uero astutius, quidue subtilius, quam ut Christi aduentu deterritus ac prostratus inimicus (postquam lux gentium uenit, & so spitandis hominibus salutare lumē effusit, ut surdi auditum spiritualis gratiæ admitterent, aperirent ad Deū oculos suos cæci, infirmi æterna sanitate reualescerent, claudi ad ecclesiā currerent, muti claris uocibus & precibus orarent) uidens idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas ac templo deserta, excogitauerit nouam fraudem, ut sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos? Hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, ueritatem corrumperet, scinderet unitatem. Quos detinere non potest in uiae ueris cæcitate, circuſcrit & decipit noui itineris errore. Rapit & de ipsa ecclesia homines, & dum fibram appropinquans lumini, atq; euasisse seculi noctem uidentur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cum euangelio Christi, & cū obseruatione eius, & lege non stantes, Christianos se uocent, & ambulantes in tenebris habere se lumen existiment, blandiente aduersario atq; fallente, qui secundum Apostoli uocē, transfigurat se in angelum lucis, & ministros subornat suos, uelut ministros iustitiae, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiā sub pretestu fidei, Antichristum sub uocabulo Christi, ut dū uerisimilia mentiunt, ueritatē subtilitate fruſtrent. Hoc eo fit fratres

Mala mula ex neglegitu uerbi Dei. dilectissimi, dum ad ueritatis originē non redditur, nec caput querit, nec magistri coelestis doctrina seruat. Quæ si quis cōprobatio est. Probatio est ad fidem facilis compendio ueritatis.

Chryso-

**Chrysostomus in opere imperfecto, capite viij.
Matthæi septimo: Erat enim docens eos sicut po-**
testatem habens.

Omnis doctor est seruus legis, quia neq; supra legem adderet. **Ois** doctor
re potest aliquid de suo sensu, neq; subtrahere aliquid secundum est seruus
proprium intellectum, sed hoc tantum modo prædicat, quod legis.
habetur in lege. Nec enim potest mēs humana detractare, qd
sapientia diuina dicit. Sic enim ait Salomon: Ne addas ad uerba Dei, neq; detrahias inde. Qui autem hoc est ausus facere, se Christus
sapientiorē putat quam Deum, & incipit falsus esse testis, quia est dñs le-
illud dicit, qd nec auris audiuist, nec oculus uidit. Christus au- gis & fab-
tem dominus legis est, & subtrahere potest de lege, quod pro- pter necessitatē temporis iussit. Utputa propter duritiam cor dis, iussum fuerat dare libellum repudiū, dominus illud quasi
potestatem habēs subduxit dicens: Quod Deus coniunxit, ho- ino non separat. Item & addidit quod propter infirmitatem
hominum minus fuerat iussum, utputa antiquis dictum est:
Non occides, ego autem dico nō irasceris. Ideo ergo miraban tur, quia non quasi seruus legis sub potestate constitutus, illud
docebat quod fuerat iussum: sed quasi dominus legis, & habēs
potestatem sua autoritare addebat, supra quam fuerat dictū
dices: Antiquis dictum est hoc; ego autem dico hoc, & cetera.

Esaiae tertio: Ruit enim Hierusalem, & Iudas con-
cidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum cō-
tra dominum prouocauerunt oculos maiestatis eius.
Agnitio uultus eorum respondebit eis & peccatum
uum quasi prædicauerunt nec absconderunt.

**Matthæi uigesimotertio: Dilatant enim philac-
ria sua, & magnificant fimbrias.**

Chrysostomus in opere imperfecto super illud.
Alius enim sic interpretatur hunc locum, quia per obserua-
tias inquit dierum dilatāt uerba sua quasi philacteria, & ostē-
dunt populo, ea assidue prædicantes quasi conservatoria salu-
tis eorum, de quibus Christus dicebat: Sine causa colunt me, Matth. 15
docentes mandata & doctrinas hominum. Fimbrias autē ue- Cōtra mā
fimbricas magnificatas, dicit supereminentias eorundem data homi-

mandatorum magnificatas. Quando enim minimas illas superfluas obseruationes iustitiarum suarum laudant quasi eximias, & ualde Deo placentes, simbrias uestimentorum suorum magnificant.

Exodi decimo: Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis ungula quæ necessaria sunt in cultum dñi Dei nostri: præsertim cū ignoremus quid debeat immolari: donec ad ipsum locū perueniamus.

Iosue septimo: Peccauit Israël & prævaricatus est pactum meū: tuleruntq; de anathemate & furati sunt atq; mentiti, & absconderūt inter uasa sua. Nec poterit Israël stare ante hostes suos: eosq; fugiet quia pollutus est de anathemate. Nō ero uobisq; donec contenteratis eū qui huiusmodi sceleris reus est, & cætera.

In eodem capite octauo: Et sic omnia facietis ut iussi.

Esaïe nono: Et erunt qui beatificant populu istum seducentes, & qui beatificantur, præcipitati.

Hieremias octauo: Et sanabant contritiones filii populi mei ad ignominiam dicentes, pax, pax, cum non esset pax. Confusi sunt quia abominationem fecerunt. Quinimò confusione non sunt confusi, & eru- bescere nescierunt.

Ezechielis decimotertio: Hæc dicit domin⁹ Deus: Vq; qui consuunt puluillo sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite uniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Et cum caperēt animas populi mei, uiuificabat animas eorum, & uiolabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmētum panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & uiuificant animas, quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs.

Ozeq septimo: Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra

contra me mēdacia. Et non clamauerūt ad me in cor de suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum & uinum ruminabant, & recesserunt à me.

Abacuc secundo: Vē ei qui multiplicat non sua, usquequo & aggregat contra se densum lutum? Nūquid non repente consurgent, qui mordeāt te, & eris in rapinam eis, & cætera.

Matthēi nono: Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres: alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres percunt. Sed nouum uinum in utres nouos ponunt, & ambo conseruantur.

Hieronymus in Hieremiam libro commentario-
rum, capite uigesimotertio.

Quid paleis ad triticum dicit dominus: Et pulchre doctrina peruersa paleis comparatur, quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conteruntur. Et quia solent hæretici semper prospera pollicari, & cœlorum regna peccatoribus pandere, ut dicant, parata sunt tibi regna cœlorū, potes imitari maiestatem Dei, ut absque peccato sis. Accepisti enim liber: arbitrij potestatem, & le Qui docet gis scientiam, per quam cōsequaris quod uolueris, decipiuntq; liberū arbitrii, & blanditijs miseros, & maxime mulierculas oneratas peccatis, trium que circumferuntur omni uento doctrinæ, & omnes auditores suos adulacione decipiunt. In eodem: Et ego ad prophetas 2. Tim. 3. dicit dominus, qui furantur uerba mea unusquisq; à proximo Hæretici de suo. Sic hæretici assumunt testimonia scripturarum de ueteri prauāt te & nouo testamento, & furantur uerba salvatoris unusquisq; testimonia à proximo suo, Prophetis, Apostolis, & Euangelistis, & afluxus scripturarum. mutunt linguis suas, ut cordis uienena ore pronuntient.

Cyprianus Magno, Epistola vi. libro primo.

Qui non est mecum aduersum me est. Et qui nō meeum co-
ligit spargit. Item beatus Ioannes Apostolus, nec ipse ullam
hæresim

hæresim, aut schisma discreuit, aut aliquos speciatim separatos posuit, sed uniuersos qui de ecclesia exissent, quicq; contra

v. Iohann. 2 ecclesiam facerent, Antichristos appellauit dicens: Auditis, Antichristi sunt oēs inquit, quia Antichristus uenit, nunc autem Antichristi mul ti sunt oēs facti sunt. Vnde cognouimus quia nouissima hora est, ex nobis existunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Vnde apparet aduersarios C H R I S T I, Antichristos omnes esse, quos constat à charitate & ab unitate ecclesie recessisse. In eadem: Afferant necesse est singuli quique quod faciunt, nec uolunt uicti facile suc-

Maximiū cumbere, quāmuis sciant id quod faciunt non licere. Illud mi malū Chri standum est imo indignandum potius & dolendum, Christia stianorū nos Antichristis assistere, & præuaricatores fidei atque proditores ecclesie, intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare.

Esaiae sexagesimoquinto: Populus qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper: qui imolant in hortis & sacrificant super lateres: qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam & ius prophanum in uasis eorum. Qui dicunt recede à me, non appropinquas mihi quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

Ezechielis uigesimooctauo: In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate.

Naum quarto: Congregare ergo ut brucus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quām stellæ cœli. Brucus expansus est & auolauit. Custodes quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ confidunt in sepibus in die frigoris. Sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitauerunt pastores tui, & cætera.

Hicremiae uigesimotertio: Facti sunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorra. No-
lue

lite audire uerba prophetarum qui prophetant uo-
bis, & decipiūt uos. Visionem cordis sui loquitur, non
de ore domini.

Hieronymus libro quarto commentarioꝝ in Mat-
theum, capite uigefimoquarto.

Multi enim uenient in nomine meo dicētes: Ego sum Chriſtus Antichriſtus, & cætera. Auditis quia Antichristus uenturus est, nunc sum mul-
ti autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes haeresiarchas tis sub no-
ria sunt Christo. Nec mirum si aliquos ab his uideamus seduci sibi docent.
cum dominus dixerit, & multos seducent.

Cum ergo uideritis abominationem.

Abominatio desolationis intelligi potest, & omne dogma. Dogma
peruersum, quod cum uiderimus stare in loco sancto, hoc est, peruersum
in ecclesia, & se ostendere Deū, debemus fugere de Iudea ad mō abomina-
tes, hoc est, dimissa occidente litera & Iudaica prauitate, approatio est.
pinquare mōtibus eternis de qbus illuminat mirabiliter Deꝝ.

Proverbiꝝ decimoquarto : Est uia quæ uideat ho-
mini iusta: nouissima autē eius deducunt ad mortem.

Ecclesiastici primo : Ne fueris hypocrita in cōspe-
ctu hominum: & ne scandalizeris in labijs tuis. Atten-
de in illis ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inho-
norationem : & reuelet Deus absconsa tua: & in me-
dio sinagoge elidat te: quoniam accessisti maligne ad
dominum, cor tuum plenum est dolo & malitia.

Ecclesiastici decimoctavo : Post concupiscentias
tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Si p̄stes
animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium
inimicis tuis.

Hieremias secundo: Quomodo dicis non sum pollu-
ta, post Baalim non ambulaui. Vide uias tuas in con-
ualle, scito quid feceris.

Secundo Machabeorum sexto : Igitur Eleazarus
unus de primoribus Scribari, uir ætate prouectus &
uultus

DE MANDATIS

vultu decorus aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimā mortem magis quam odibilem uitam complectens, uoluntarie praeibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter, sustinens destinauit non admittere illicita propter uitæ amorem. Huiusque qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam uiri amicitiam tollentes eum secreto rogabant afferrari carnes quibus uesci ei licebat: ut simularetur manducasse sicut rex manduauerat de sacrificijs carnibus, ut hoc facto à morte liberaretur: & propter ueterem uiri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare coepit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciæ, atq; à puero optimè conuersationis actus: & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta respondit. Cito dicens præmitti se uelle in infernum. Non enim ætati nostræ dignum est (inquit) fingere: ut multi adolescentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorū transisse ad uitā alienigenarū, & ipsi propter meā simulationē, & propter modicū corrupibilis uitæ tēpus decipiant: & per hoc maculā atq; execrationē meæ senectuti conquerram. Nam si in presenti tempore supplicijs hominum eripiar: sed manū omnipotentis nec uiuus nec mortuus effugiam.

Amos secundo: Deceperūt enim eos idola sua postquam abierunt patres eorum & cetera. Et filius ac pater eius ierunt ad puellam, ut uiolarent nomen sanctum meum: & super uestimentis pignoratis accusuerunt iuxta omne altare: & unum damnatorum bibebant in domo Dei sui.

Hieronymus in Malachiam, capite secundo

cundo, folio centesimo tricesimoprimo.

Vos autem recessistis de uia, & infirmos fecistis multos in le Malach.3
ge, corrupistis testamentum Leui, dicit dominus omnipotens.
Et ego dedi uos contemptibiles & dissolutos in omnes gentes,
pro eo quod non custodistis uias meas, sed accipiebatis perso-
nas in lege, & cætera. Per Moysem in Deuteronomio sum locu-
tus: Date Leui doctrinam eius ueritatem uiro justo & reliqua.
Vos autem recessistis à uia recta siue declinastis, dicente me: Nō
declines neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, & infirmos feci-
stis multos in lege, siue scādalizasti. Declinare ad dexteram, Declinare
est abstinere à cibis quos Deus creauit ad utendum, condemnata ad dexterā
re nuptias, est in illud incurrire, quod in alio loco scriptū est: & ad fini-
xur ite se tradit & libidini, & scādalizat multos in lege, cui me Eccle.7
lius est ut mola asinaria suspendatur in collo eius, & demerga-
tur in profundum matris.

Augustinus epistola centesima decima nona, capi-
te decimonono ad inquisitiones Ianuarij.

Sed hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris salu-
berima præcepta sunt minus curantur, & tam multis presumi Præsum-
ptionibus plena sunt oīa, ut grauius corripiatur qui per octa-
tua suas terram nudo pede terigerit, q; qui mētem uinolentia hoīm subi-
sepelierit. Omnia itaq; talia quæ neq; sanctar; scripturar; au-
toritatibus continentur, nec in concilij episcoporum statuta
inueniunt, nec consuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt,
sed diuersorum locoq; diuersis moribus innumerabiliter ua-
riantur, ita ut uix aut omnino nunq; inueniri possint causæ,
quas in eis instituendis homines securi sunt, ubi facultas tribui-
tur, sine ulla dubitatiōe resecāda existimo. Quāmnis enim ne-
que hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam ta-
men religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebra Religione
tionum sacramentis misericordia Dei esse liberam uoluit, ser Christia-
nulibus oneribus premunt, ut tolerabilius sit cōditio Iudeor; nam Deus
sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur. Sed ec- fecit.
clesia Dei intra multam paleam, multaq; zizania constituta
multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem uel bonam ui-
tam, non approbat, nec tacet, nec facit.

Leui-

Leuitici decimoctauo: Custodite mandata mea.
Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante uos, &
ne polluamini in eis. Ego dominus Deus uester.

Exodi uigesimoquinto: Inspice & fac secundū ex-
emplum quod tibi monstratum est in monte.

Hieremiacē tertio: Confusio comedit laborem pa-
trum nostrorum ab adolescentia nostra: greges eo-
rum & armenta eorum, & filias eorum comedit con-
fusio. Dormiemus in cōfusione nostra & operiet nos
ignominia nostra: quoniam domino Deo nostro pec-
cauimus nos & patres nostri ab adolescentia nostra
usque ad diem hanc, & non audiuimus uocem domi-
ni Dei nostri.

Hieremiacē decimosexto: Vere mendaciū possede-
runt patres nostri: uanitatem quæ eis non profuit.

**Augustinus libro tertio de baptismo, contra Do-
natum, capite nono.**

Item Honoratus Attuca dixit: Cū Christus ueritas sit, mā-
gis ueritatem q̄ consuetudinem sequi debemus.

Responsio Augustini.

Si ueritas autem id aperuerit esse retiaendum, quod illa con-
suetudo præscriperat, manifestum erit, nec illam frustra fui-
se institutam atque roboratam.

Felix episcopus.

**Veritatem non cōsue-
tudinē se-
qui debe-
mus.** Nemo consuetudinem rationi & ueritati præponat, quia cō-
suetudinem ratio & ueritas semper excludunt.

Sententia Casti episcopi, capite quinto.

Qui cōtempta ueritate præsumit consuetudinem sequi, aut
circa fratres inuidus est & malignus, q̄bus ueritas reuelat, aut
circa Dei ingrat⁹ est, cuius inspiratione ecclesia eius instruit.

**Cyprianus ad Pompeium contra epistolam Ste-
phani.**

Nec consuetudo quæ apud quosdam obrepserat impedit
debet, quo minus ueritas præualeat & uincat. Nam consuetu-
do sine

de sine ueritate, uetus erroris est, propter quod relicto erore, sequamur ueritatem.

Vide Tertullianum libro de uirginibus uelandis in principio de consuetudine.

Prouerbiorū undecimo: Statera dolosa abominatio est apud Deum: & pondus æquū uoluntas eius.

Prouerbiorū uigesimo: Pondus & pondus, mensura & mēsura, utrumque abominabile est apud Deū, & cætera.

In eodem capite: Abominatio est apud Deū pondus & pondus: statera dolosa non est bona.

Deuteronomij uigesimoquinto: Nō habebis in sacellis diuersa pondera, maius & minus nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & uerum, & modius equalis & uerus erit tibi & cætra. Abominabitur enim dominus eum qui facit hanc: & auersatur omnem iniustitiam.

Hieremiae undecimo: Mane consurgens contestatus sum, & dixi: Audite uocem meam, & non audierunt, nec inclinauerūt aurem suam: sed abierūt unusquisque in prauitate cordis sui mali, &c. Inuenta est cōiuratio in uiris Iuda & in habitatoribus Hierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire uerba mea.

Michæl sexto: Nūquid iustificabo staterā impiam, & saccelli pondera dolosa? In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea, loquebant̄ mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.

Augustinus libro de baptismo contra Donatistas libro secundo, capite sexto.

Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus & quomodo uolumus pro arbitrio nostro dicētes: hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam stateram de scripturis san-

ris sanctis tāquam de thesauris dominicis, & in illa quid grā
uius sit appendamus, imo nō appendamus, sed à domino ap-
pensa recognoscamus.

Ecclesiastici quadragesimoquinto: Et dedit eis in
præceptis suis potestatem in testamento iudiciorum,
docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare
Israël. Quia contra illum steterunt alieni, & propter
inuidiam circundederunt illum homines in deserto,
qui erant cum Dathan & Abiron, & cōgregatio Cho-
rē in iracundiam.

Matthæi uicesimotertio: Super cathedram Moysi
federunt scribæ & pharisei. Omnia ergo quæcunq;
dixerint uobis seruate, secundum opera uero eorum
nolite facere.

Augustinus super Ioannem, tractatu quadragesi-
mo sexto, capite decimo.

**Sua doc-
re nullus
præsumat.** Sedēdo em̄ super cathedrā Moysi, legē Dei docent, ergo per
illos De⁹ docet. Sua uero illi si uelint docere, nolite audire, no-
lite facere. Certe em̄ tales sua quærunt, & nō quæ Iesu Christi.

Augustinus de doctrina Christiana, libro quarto,
Capite uicesimoseptimo.

Philip. Dicunt enim & non faciunt: Vnde ait & Apostolus: Siue oc-
casione siue ueritate Christus annūtietur: Christus autem uer-
itas est, & tamen non ueritate etiam annuntiari ueritas po-
test: id est, ut prauo & fallaci corde quæ recta & uera sunt pre-
dicentur. Sic quippe annuntiatur Christus ab eis qui sua quæ
runt, non quæ Iesu Christi. Sed quoniam boni fideles nō quæ
libet hominem, sed ipsum dominum obedienter audiunt, quæ
ait: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Dicūt
enim & non faciunt, Ideo audiuntur utiliter, qui etiam utili-
ter non agunt. Sua enim querere student, sed sua docere non
audient, de loco scilicet superiore sedis ecclesiasticæ, quem fa-
na doctrina cōstituit. Propter quod ipse dominus, priusquam
de talibus quod commemorauī diceret, præmisit, Cathedram
Moyſi federunt. Illa ergo cathedra, non eorum sed Moyſi, co-
thedram gebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Agebant er-
go sua

go sua in uita sua : docere autem sua , cathedra illos non per mittebat aliena . Multis itaque prosunt dicendo quæ non faciunt: sed longe pluribus prodecent faciendo quæ dicunt, &c.

Origenes in Matthēū Homelia uigesima quinta.

Super cathedram Moyſi federunt scribæ & pharisei, & cetera. Quod arbitror huiusmodi est: Qui legem Moyſi profitentur se interpretari, & in hoc gloriantur, aut qui superascendere hęc se profitetur, hi sedent super cathedram Moyſi. Qui ergo non recedunt à litera legis, scribæ dicitur: Qui autē maius Qui scribent aliquid profitentes, diuidunt seipſos quasi meliores à multis, & qui pharisei secundum hoc pharisei dicuntur, qui interpretantur diuīſi & ſiſci dicuntur. segregati. Phares enim diuīſio appellatur. Post aduentum autem Christi, sedent super cathedram ecclesiæ, quę est cathedra Christi & thronus. Sicut autem super cathedram Moyſi male Cathedra quidem fedeſtant scribæ & pharisei, bene autem qui recte in ecclesiæ telligebant legem, atque tradebant: ſic & super ecclesiasticam ſedent quidem dicentes quæ facere oportet unumquę non autem facientes, & alligantes onera grauia imponit super humeros hominum, ipſi nec digito uolentes ea mouere. De quibus dicebat ſaluator: Quicunque ſoluerit unum de mandatis Matth. 5 iſtis minimis, & docuerit homines ſic, minimus uocabitur in regno cœlorum. Et ſecundum opera eorum ne faciat, ſed Matth. 23 omnia quæ dixerint uobis facite. Reprehendit ergo huiusmo In latores di präceptrōes, qui non ſolum quæ dicunt non faciunt, ſed etiā legum im- crudeliter & fine misericordia, & non ſecundum aſtimatio- portabilitū nem uirium, uniuscuiusq; audientis, ſed maiora uirtute ipſoſe iniungunt: utpote qui prohibet nubere, & ab eo quod expe- dit ad immoderatam immundiciam compellunt. Qui docent etiam abſtinere à cibis, & alia huiusmodi, ad quę non omnino oportet cogere homines fideles, alligant per uerbum exposi- tionis ſuę onera grauia, citra uoluntatem Christi dicentis: Iu Matth. 11 gum meum ſuauę eſt, & onus meum leue. Et frequenter uide- re eſt eos qui talia docent, contraria agere sermonibus ſuis, Omnia faciētes propter personas hominum & glorias uanas, ſicut ſubsequens sermo demonſtrat dicens: Omnia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus.

Origenes in Ezechielem: Homelia septima.

Omnia enim quæcunq; uobis dicunt facite, iuxta opera au- Docere &

**Facere de- tem eorum nolite facere. Iste sermo de me est qui bona doceo,
bemus.** & contraria gero, & sum sedens super cathedram Moysi qua-
si Scriba & Pharisæus. Præceptum tibi est ò popule, si non ha-
bueris accusationem doctrinæ pessimæ, & aliorum ab ecclesia
dogmatum, conspexeris uero meam culpabilem uitam atque
peccata, ut nō habes iuxta dicētis uitā tuam instituere, sed ea
**Nullū imi- facere quæ loquor. Nullū imitemur, & si uolumus imitari quæ
temur præ piā, propositus est nobis ad imitandū Christus Iesus. Descri-
ter Chri- ptī sunt Actus Apostolorū, & Prophetarū gesta de sacris uolu-
stum. minibus agnoscimus, illud exemplar firmum est, illud propo-
situm solidum, quod qui sequi cupit, securus ingreditur.**

**Esaïæ quinquagesimo sexto: Speculatorēs eius ce-
ci omnes: nescierunt uniuersitati: canes muti non uale-
tes latrare: uidentes uana, dormientes, & amantes so-
mnia, & canes impudentissimi nescierūt saturitatem.
Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes
in uiam suam declinauerunt unusquisque ad auari-
tiam suam à summo usque ad nouissimum. Venite su-
mamus uinum & impleamur ebrietate, & erit sicut
hodie, sic & cras & multo amplius.**

**Idem capite quinto: Abiecerūt enim legem domi-
ni exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemau-
erunt. Ideo iratus est furor domini in populū suū,
& extēdit manū suā super eum & percussit eum.
Et cōturbati sunt montes, & facta sunt morticina co-
rum quasi sterlus in medio platearum.**

**Ezechielis tricesimoquarto: Vę pastoribus Israëli,
qui pascebāt semetip̄sos. Nónne greges à pastoribus
pascentur? Lac comedebatis & lanis operiebamini,
& quod crassum erat occidebatis, gregem autē meū
non pascebatis.**

**Ozeç quarto: Et oblita es legis Dei tui, obliuiscar
filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinē eorum
sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in cōtumeliam
mutabo**

mutabo, & cætera. Et erit sicut populus, sic sacerdos.
Et uisitabo super eum vias eius, & cogitationes eius
reddam ei.

Ozeç octauo: Ipsí regnauerūt, & non ex me, prin-
cipes extiterunt, & non cognoui. Aurum & argētum
suum fecerunt sibi idola ut interirent.

Ozeç nono: Venerūt dies uisitationis, uenerūt dies
retributionis. Scitote Israël stultū prophetam, insanū
uirum spiritualem. Propter multitudinē iniuitatis
tuæ, & multitudinem amentiæ speculator Ephraim
cum Deo meo propheta laqueus ruinæ factus est su-
per omnes vias eius. Insania in domo Dei eius.

Micheæ tertio: Tunc clamabunt ad dominum, &
non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis, in
tempore illo sicut nequiter egerunt in adiumentoni-
bus suis, & cætera.

Zachariæ undecimo: Quia ego suscitabo pasto-
rem in terra, qui derelictum non uisitabit, dispersum
non queret, & cōtritum non sanabit, & id quod stat,
non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungu-
las eorum dissoluet. O pastor & idolum derelinqui-
tes gregem.

Malachiæ secundo: Et nunc ad uos mādatum hoc
ō sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis po-
nere super cor, ut deris gloriam nomini meo, ait do-
minus exercituum, mittam in uos egestatem, & male-
dicam benedictionibus uestris, & maledicā illis, quo-
niā non posuistis super cor.

Cyprianus tractatu primo cōtra Demetrianum.

Audite sermonem domini filij Israël, quia iudicium domini Ozeç 4
est aduersus incolas terræ, eo ꝑ neq; misericordia, neque ueri-
tas, neq; agnitiō Dei est super terram: sed execratio, & menda tas, neque
ciūm, & cædes, & furtū, & adulteriū diffusum est super terrā, agnitiō dei

super ter. & cætera. Indignari se Deus dicit & irasci, eo qd agnitus Dei non sit in terris, & Deus non agnoscitur nec timetur. Delicta mendaciorum & libidinum, fraudū, crudelitatis, blasphemiae, impietatis, & furoris Deus increpat, & incusat, & ad innocentiam nemo conuertitur. Indignatini, indignari Deum, quasi

Impatiens hoīm aliquid boni male uiuendo mereamini, quasi non omnia ista quæ accidunt, minora adhuc sint & leuiora peccatis uestris, & cætera. De sterilitate aut fame quereris, quasi famem maiorem siccitas q rapacitas faciat, quasi non de captatis annuorū incrementis, & pretiorū cumulis flagrantior inopia ex crescatur ardor. Quereris cludi imbris cœlum, cum sic horrea cludantur in terris. Quereris minus nasci, quasi quæ nata sunt, indigentibus præbeantur. Pestem & lucem criminaris, cum peste ipsa & lue, uel detecta sint, uel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia, & defunctis auaritia inhiat ac rapina, sidem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarij, fugientes morientium funera, & appetentes spolia mortuoruim, ut appareat in egritudine sua miseris ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint dum curātur, euadere. Nam diuinus terror dare nō potest innocentia disciplinā, & inter populum frequenti strage morientē, nemo considerat esse se mortalem. Passim discurrunt, rapitur, occupatur, prædandi dissimulatio nulla, nulla cœlestatio est. Quasi liceat, quasi oporteat,

Auaritia erga defunctos. quasi ille qui nō rapit, damnū & dispendium propriū nō sentiat, sic unusquisq rapere festinat. In latronibus est utcunque scelerum aliqua uerecudia, auias fauces & desertas solitudines diligunt, & sic illic delinquitur, ut tamen delinquentiū facinus tenebris & nocte ueletur. Auaritia palam fœuit, & ipsa audacia sua tutâ in fori luce, abrupte cupiditatis arma prostituit.

Secundo Paralipomenon uigesimonono: Sacerdotes quoque ingressi templum domini ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam quam intro reppererunt in uestibulo domus domini, quam tulerunt Leuitæ: & exportauerunt ad torrentem eadrum foras.

Genesis quadragesimonono: Ruben primogenitus

tus meus, tu fortitudo mea & principiū doloris mei.
 Prior in donis, maior in impio. Effusus es sicut aqua.
 Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & macu-
 lasti stratum eius. Simeon & Levi fratres, uasa iniqui-
 tatis bellantia. In consilium eorum non ueniat ani-
 ma mea, & in cœtum illorum non sit gloria mea: quia
 in furore suo occiderunt virum, & in uolūtate sua suf-
 foderunt murum. Maledictus furor eorum quia per-
 tinax, indignatio eorum quia dura. Diuidam eos in
 Jacob, & dispergam eos in Israël. Iuda te laudabunt
 fratres tui.

Cyprianus sermone de Ieiunio & temptatione dñi.

Si Moysen & Aaron, & Samuelem hodie haberet ecclesia
 cum inuocaret, exaudirentur. Et orantibus Job & Noë & Da-
 niele populo parceretur. Rarus hodie Phinees, qui perfodiat Raritas bo-
 impudicos: rarus Moyses, q̄ occidat sacrilegos: rarus Samuel, nosq; prela-
 qui inobedientes lugeat: rarus Job, qui pro filiorum negligē torum.
 ria sacrificium offerat: rarus Aaron, qui coram Pharaone cō-
 minationes diuinās edicat: rarus Noë, qui his quibus submer-
 sio imminet, arcā bitumine litam prouideat. Flens cum Apo Philip. 3
 stolo dico, inimicos crucis qui terrena sapiunt magistratus,
 quorum Deus uenter est, qui in his quæ dicere nefas est, impu-
 dentes letantur & gloriantur. Venerunt periculosa tempora, Pericula
 quæ prædixit Apostolus, in quibus uoluptatum amatores ma nostriterem
 gis quam Dei, speciem pietatis habentes, uirtutem uero abne-
 gantes, inueniuntur præpositi innumerabiles, qui ieiunia &
 orationes nec digito mouēt: in quorum manibus iniquitates
 sunt, & muneribus eorū dextera oneratur: frustra ab his quæ
 tantur miracula, frustra auxilia implorētur, non sunt idonei
 intercessores, Domini contemptores, nec conuenienter ad pla-
 candum eum accedunt, nec conciliant quem offendunt.

Zacharię undecimo: Vox ululatus pastorum quia
 uastata est magnificētia eorum: vox rugitus leonum,
 quoniam uastata est superbia Iordanis. Hæc dicit do-
 minus D E V S meus: Falce pecora occisionis: quæ

232 D E M A N D A T I S
qui possederat occidebant, & nō dolebant, & uendebant ea dicentes: Benedictus dñs, diuites facti sumus.

Hieremie quinto: Ego aut̄ dixi forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes uia dñi, & iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates & loquar eis. Ipsi em̄ cognoverunt uiam dñi, & iudicium Dei sui. Et ecce hi magis simul confregerunt iugum, ruperūt uincula, & cetera.

Primo Machabæorū secundo: Et eris tu & filij tui inter amicos regis: & amplificatus auro & argento & muneribus multis. Et respondit Mathatias & dixit magna uoce: Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut discedant unusquisq; à seruitute legis patrū suorū, & consentiant mandatis eius, ego et filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Proprius sit nobis Deus: non est nobis utile relinquere legem & iusticias Dei. Non audiemus uerba regis Antiochi: nec sacrificabimus transgrediētes legis nostræ mandata ut eamus altera uia.

Cyprianus sermone de Ieiunio & tentatione dñi.

Mendax est Diabolus, & his qui sibi obtemperant multa se Ambitio daturum promittit. Malum hoc in uniuersa ecclesia uagatur, & luxus & communis pestilētia, innumerabiles occupat, ut pro gloria sacerdoti huius mundi, qui liberi erant se uendant in seruos, & per uitia tum. ad seruitia deputantur, & obligati pacto chirographum subiectio[n]is conscribāt Diabolo. Per omne nefas uoluptates emuntur, & per omne scelus copiosæ libidines exquiruntur. Iudas ille proditor uenditurus magistrum, prætaxatum pretium à Matth. 26 principib[us] exegit sacerdotum. Quid mihi, inquit, uultis dare & ego eum uobis tradam? Usque ad mortem domini amor lucri se ingerit, nec uitæ saluatoris quæstus desiderium dicit. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub umbra

Acto. 8 recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon De simo Apostolorum temporibus uenalcem putas spiritum sanctum, monia ec Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per clesis. quam plura lucretur. Hæc sacrilegiū forma per omnia officia gradusq;

gradusq; discurrit, & nihil intentatum ambitio pretermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius, quicunq; hæc exercent commercia: nec quicquam huiusmodi ab eo, nisi præmissa apostosia, donari. Inuerecum de tentator ambitiosos aggreditur, & conditione perniciofa præmissa talia pollicetur, ultra quæ extendi non possit cupiditas, regnorum scilicet omnium monarchiam, & uniuersitatem dominatum, ut in omnibus mundanis, unus homo quasi Deus habeat potestatem, & cui omnia subiecta sint, & generale uectigal excellentiæ principali cuncta persoluant. Quid ultra cupide quæreris? quid amplius auare desideras? nunquid & sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest fames tua, offa huius mundi iniecta dentibus tuis, & fauibus tuis universa rerum massa intrusa? Mundum habes, Deum nō habes, mūdus transfibit, tu cū eo: qui nō stas, cades, transfibis & rues.

Augustinus super Ioannem, tractatu quadagesi monono, capite undecimo.

Nam cum dominus Iesus multa fecisset: non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa domini num Christum & dixisse & fecisse quæ scripta non sunt. Elencta sunt autem quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficerent uidebantur.

Prouerbiorum tricesimo: Generatio quæ sibi mūda uidetur, & tamen non est lora à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebrae eius in alta surrexte. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis: ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus: sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer affer.

Ad Colloſſenses secundo: Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neome nię, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorum quæ non uidit ambulans frustra & cetera. Ne tetigeritis, neq; gustauis:

ritis: neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominum & cætera.

Augustinus ad Paulinum, Epist. lix.

**Ne seducatur
murus
bris.**

Per irrisiōnem quippe uerba posuit eorum, à quibus eos nobis lebat decipi atq; seduci, qui discernentes cibos secundū culturam angelorū, atq; ita hoc mundo decernentes, dicunt: Ne te tigereatis ne gustaueritis ne attraminaueritis: cum sint omnia munda mundis. Quibus enim ita scribit, metuebat eos seducātumbris rerum dulci nomine scientiæ, & aut̄ti à luce ueritatis, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hanc autem sub nomine sapientiæ uel scientiæ curā, uanarum superfluarium obseruationum, & de superstitione gentilitatis, maximeq; ab eis qui philosophi sunt nuncupati, & à Iudaismo cauendum esse cernebat, ubi erant umbræ futurorum remouendæ, quoniam lumen earum iam Christus aduenerat. Per principatus enim & potestates supersticio gentilium uel philosophi seducebant, prædicantes illam quā uocant theologiam per elemēta huius mundi. Mirabiliter uult eos esse horū uelut mirabilium cōtemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capit, dicendo: Et estis in illo repleti. Nemo ergo uos, inquit, uidet in cibo, tanq; propterea omnia illa dixerit, quia isti per huiusmodi obseruationes seducebātur à ueritate qua liberi fiebant. De qua dictum est in euāgeliō: Et ueritas liberabit uos. Turpe est, inquit, & nimis incōgruū, & à generositate uestræ libertatis alienum, ut cū fitis corpus Christi, seducamini umbris, & conuinci uideamini ueluti peccantes, si hæc obseruare negligitis. Nemo ergo uos conuincat, cum fitis corpus Christi, uolens uideri humilis corde in cultura angelorum quæ nō uidit inculcans. Vel sicut quidam codices habent. Quæ uidit inculcans. Aut enim sic dicere uoluit, Quæ non uidit inculcans, quia homines ista suspicioībus & opiniōibus agunt, nō quod uiderint ista esse facienda. Aut certe quæ uidit inculcas, ideo magna existimans quia uidit ea quibusdam in locis obseruari alibi ab hominibus, quorum autoritati haberet fidem etiam ratione non redditā. & ideo magnus sibi uidetur, quia ei contigit quorundam sacrorum uidere secreta. His dictis inserit uerba eorum qui decernunt de hoc mundo, per has obserua-

**Cauete à
iudaismo**

Ioan. 8

**Cōstitutio
nes hoīm
nō obligāt
ad peccati**

**Opinioni-
bus mūdus
regitur.**

secrationes quasi rationabiles affectata uanitate humilitatis inflati, Ne tetigeritis, ne gustaueritis ne attractaueritis. Non uult eos in his obseruationibus iudicari ubi dicitur : Ne tetigeritis &c. Omnia hæc magis ad corruptionem ualent, cum superstitione ab his abstinetur, ut eis homo abutatur, id est, non eis utatur secundum præcepta & doctrinas hominum. Cauete ne quis uos decipiatur per philosophiam. Et quid est philosophia latine, nisi studium sapientiae? Sunt ergo, inquit, ista rationem quidem habentia sapientiae, id est, de quibus aliqua ratio reddatur: secundum elementa mundi huius, & principia & potestates in obseruatione et humilitate cordis. Id enim agunt ista, ut superstitionis uitio cor humilietur ad non parcedum corpori, dum fraudatur istis escis, quibus compellitur abstinere, non in honore aliquo ad saturitatem carnis: non quod honoratus illo magis quam illo cibo caro saturetur, cum ad eius necessitatem non pertineat, nisi a quolibet ualedicenti apto alimento refici atque fulciri.

Ecclesiastici decimo nono. Est solertia certa, & ipsa iniqua. Et est qui emittit uerbum certum enarrans ueritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.

Prima ad Timothicum quarto: Spiritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in Hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriata m habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum, cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil eiendi quod cum gratiarum actione percipitur.

Ad Titum primo: Omnia munda mundis, coinqui natis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum & mens & conscientia. Conscientur se nosce Deum, factis autem negant, cum sint abomi-

Ne decipia
mur per in
anem phi
losophiæ.

abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum
reprobi.

Romanorum decimoquarto: Non ergo amplius
inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis ne po-
natis offendiculum fratrib*i*. Omnia quidem sunt mun-
da, sed malum est homini qui per offendiculum
manducat.

Augustinus libro contra Adimantum Manich*x*,
capite decimoquarto.

Oia mūda
mundis.

Nam & munda esse omnia Apostolus dixit secundum fi-
dem: & ei esse immunda, qui putat immunda: & tunc esse ab
eis temperandum, cum per offensionem accipiuntur, id est,
cum aliquis infirmus putat sibi ab omnibus carnibus tempe-
randum, ne incidat in carnem immolatitiam: & ideo eñ qui
manducat potest arbitrari in honorem idolorum id facere,
& ex eo grauiter offendit, cum ipsa immolatitia caro, si ex fi-
de a nesciente accipiatur, neminem maculet. Vnde alio loco
idem Apostolus interrogare uetat, cum quid de macello emi-
tur, uel ab aliquo infideli quisquam uocatus, in mensa eius ex
hiberi sibi carnes uideret, quas isti immundas arbitrantur, non
propter immolationem, sed quia carnes sunt, cum Apostolus
clamat omnia munda esse, & omnem creaturam bonam esse,
1. Cor. 10 & omnia sanctificari per uerbum & orationem, & tamē tem-
perandum ab eis, si quis forte infirmus offenditur. Et quodā
1. Timo. 4 loco istos apertissime significauit dicens: In nouissimis tempo-
ribus futuros quosdam prohibentes nubere, abstinentes à ci-
bis quos creauit Deus. Hos enim proprie designat, qui nō pro-
pterea temperant à cibis talibus, ut aut concupiscentiam suā
refrent, aut infirmitati alterius parcant, sed quia ipsas car-
nes immundas putant, & carū creatorē Deum esse negant.
In prohibi- Nos autem teneamus Apostolicam disciplinam dicentem, qđ
tores nu- omnia mūda mundis, seruata moderatione euangelica, ut nō
ptiarum. grauent̄ corda nřa in crapula & ebrietate, & curis hui⁹ uitæ.

Lucæ 22

Hebræorum decimotertio: Bonum est enim gra-
tia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambu-
lantibus in eis & cætera.

Athana⁹

Athanafius libro commentariorum in epistolam
ad Hebræos.

Hæc sunt profecto peregrinæ illæ doctrinæ. Arguit autem eos qui Iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationem induxerant. Estis enim uos inquiens gratia, hoc est, fide stabiliendi, reddendiq; certiores nil esse prorsus immundum, & pura esse credenti omnia. Est itaq; fides hæc, non escarum obseruatio necessaria. Qui enim à cibis præcauerint, id est, qui in eiusmodi escarum obseruationem semper intendant, per spicum est nil hos profecisse, Ut qui extra ueros fidei terminos diuagentur, & legi inseruiat prorsus inutili. Quid enim commodi ex ea obseruatione asequebantur? Quandoquidē adeo essent flagitosi, ut nequireret sacrificiorū fieri participes.

Matthæi decimoquinto: Non quod intrat in oscinquinat hominem, sed hoc quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.

Primo Corinthiorum decimo: Omne quod in macello uenit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Romanorum decimoquarto: Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum, alius enim credit manducare se omnia, qui autem infirmus est, olus manducet & cæ.

Augustinus libro propositionum in epistolam ad Romanos propositione septuagesima octaua.

Infirmum autem in fide recipite, non in dijudicationibus R.O.14 cogitationum: Hoc dicit, ut eum qui infirmus in fide est recipiamus, & nostra firmitate infirmitatē eius sustineamus, ne Alter alter que dijudicemus cogitationes eius, id est, quasi ferre audeamus onera mus sententiam de alieno corde quod non uidemus. Id conse portate,

quitur & dicit: Et alius credit quidem manducare se omnia:

Qui autem infirmus est olus manducet: Quia illo tempore multam firmi in fide, & scientes secundum sententiam domini,

quod non macularent ea quæ in os intrant, sed quæ exeunt,

indifferenter sumebant cibos salua conscientia: Quidam vero acaribus

to infirmiores abstinebat a carnisbus & a uino, ne uel nescien quidam tem tes inci-

DEMANDATIS

pore Pauli res incidenter in ea quæ idolis sacrificabantur. Omnis enim tunc immolatitia caro in macello uenundabatur, & de primis tuis uini libabant gentes simulachris suis, & quædam in ipsis torcularibus sacrificia faciebant. Iubet ergo Apostolus & his qui salua conscientia talibus alimentis utebantur, non spernere infirmitatem illorum, qui se à talibus cibis & potu abstinebant: Et illis infirmis, ne eos qui carnibus uescabantur & uinum bibebant, tanquam pollui iudicarent. Firmi enim infirmiores contumaciter contemnebant, & infirmi firmos temere iudicabant. Quod autem dicit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum ad hoc dicit, ut de his rebus quæ possunt & bono animo fieri, & malo, iudicium Deo dimittamus, nec audiamus de alterius corde quod non uideamus, ferre sententia. In his uero rebus quæ ita comprehenduntur, ut eas bono animo & casto fieri non posse manifestum sit, non improbat si iudicemus. Itaque hoc quod de cibis dicitur, quia ignoratur quo animo fiat, non uult nos esse iudices, sed Deum: de illo autem nefario stupro, ubi uxorem patris sui quidam habuerit precepit debere iudicari. Ergo quæcunque facta ita manifestantur, ut non possit dicere bono animo feci, iudicanda sunt à nobis: quæcunque autem ita fiunt, ut quo animo fiant incertum sit, non sunt iudicanda, sed seruanda iudicio Dei. Sicut scriptum est: Quæ occulta sunt, Deo: quæ autem palam sunt, uobis & filiis uestris. Quod gentes si bene considerent, intelligent ista fide qua iam credunt, omnia munda mundis, non se debere insultare his si qui forte infirmi ex circuncisione fuerint, qui propter communicationem idolorum, nullas omnino audefant carnes attingere & cetera.

Secunda ad Timotheum tertio: Hoc autem scite, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemanti, parætibus non obedientes, ingraui, scelerati, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, uoluptatum amatores magis quam DEI. Habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuira. Ex his enim

Quando iudicare fratres possimus & quando non.

his enim sunt qui penetrat̄ domos, & captiuas du-
cunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur
varijs desiderijs, semper discentes, & nunq̄ ad scien-
tiam ueritatis peruenientes.

Ad Titum primo: Sunt enim multi etiam inobedi-
entes, uaniloqui, & seductores, maxime autem qui de
circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuers
itas domos subuertunt docentes quae non oportet, tur
pis lucri gratia. Quam ob causam increpa illos dure
ut sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis
& mandatis hominum auersantium se à ueritate.
Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cū
sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bo-
num reprobi.

Secunda Petri secundo: Fuerunt uero pseudopro-
pheræ in populo, sicut & in uobis erunt magistri men-
daces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui
emit eos deum negantes, superinducentes sibi celere
perditionem. Et multi sequent eorum luxurias, per
quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fi-
ctis uerbis de uobis negociabuntur & cetera. Hi ue-
ro uelut irrationabilia pecora naturaliter in capti-
onem & in perniciem in his que ignorant blasphemā-
tes, in corruptione sua peribunt &c.

Iudas. Vos autem charissimi memores estote uer-
borum quae prædicta sunt ab Apostolis Domini no-
stri Iesu Christi, qui dicebant uobis: Quoniam in no-
uissimis temporibus uenient illusores, secundum des-
ideria sua ambulantes in impieratibus. Hi sunt qui se-
gregant semetipsos animales, spiritum non haben-
tes &cetera.

Hieronymus libro comment. in Hiere. cap. tertio.

Vade

Vade & clama , siue lege sermones istos contra aquilonē & dices: Reuertere aduersatrix Israël &c.

Roma. 12
Hæresis
propter
gulā con-
struitur.

Psal. 13

Mar. 12

Omnis autem hæreticus habitat in aquilone, & calorem fi-
dei perdidit, nec audire potest illud Apostoli: Spiritu feruen-
tes. Et quia se uoluptatibus tradidit, recessit à domino, & di-
spersit vias suas alienis dogmatibus, & uoluptatem secutus
est. Nulla enim hæresis nisi propter gulā uentremp̄ construi-
tur, ut seducat mulierculas oneratas peccatis , de quibus uere
dicitur : Qui deuorāt plebem meā uelut escam panis. Et quos
Christus notat: Deuorantes domos uiduarum.

Conuertimini ad me filij reuerentes.

Iudæi impletum hoc putant post reuersionem ex Babylo-
ne sub Cyro rege Persarum . Sed melius in aduentu Christi,
quando reliquæ saluæ factæ sunt. Et dati sunt pastores iuxta
cor eius, Apostoli & Apostolici uiri , & pauerunt credentium
multitudinē, non in Iudaicis ceremonijs, sed in scientia Chri-
sti atq; doctrina. Et in toto orbe prædicatione euangelij semi-
nata, nequaquam in arca domini , quæ custos fuit legis Mo-
saicæ habebant fiduciam, sed ipsi erunt templum Dei . Nec iu-
xta errantes Nazaræos abolitis sacrificijs inseruient, sed sp̄l/
ritualem cultum sectabuntur.

Iosuæ uicesimotertio: Quod si uolueritis gentium
harum qui inter uos habitant erroribus adhærere,
& cum eis miscere connubia atq; amicitias copulare:
iam nunc scitote quia dominus Deus uester non eas
deleat ante faciem uestram, sed erunt uobis in fouē
ac laqueum & offendiculum ex latere uestro : & su-
des in oculis uestris : donec uos offerat & disperdat
de terra hac optima quam tradidit uobis &c.

Iudicum secundo: Quia irritum fecit gens ista pa-
etum meum quod pepegeram cum patribus eorum:
& uocem meam audire contempsit : ego non delebo
gentes quas dimisit Iosue , & mortuus est: ut in ipsis
experiari Israël utrum custodiant uiā domini & am-
bulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an nō.
Dimisit

Dimisit ergo dominus omnes nationes has, & cito
subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

Numeri xxxiiij. Sed & de solitudine Sinai egressi,
uenerunt ad sepulchra concupiscentiae &c.

Ecclesiastici tricesimo secundo: Qui timent domi-
num, accipiēt doctrinam eius: & qui uigilauerint ad
illum accipient benedictionem. Qui querit legē im-
plebitur ab ea: & qui insidiose agit scādalizabitur in
in ea &c. In uia ruinæ non eas, & non offendes in la-
pides: nec credas te uiæ laboriosæ, ne ponas animæ
tuæ scandalum.

Capite tricesimo tertio: Homo sensatus credit le-
gi Dei: & lex illi fidelis.

Esaïæ octauo: Pro eo quod abiecit populus iste
aquas Siloë, quæ uadunt cum silentio, & assumpſit
magis Rasim & filium Romeliæ, propter hoc ecce
dominus adducet super eos aquas fluminis fortes &
multas, regem Assyriorum.

Esaïæ lv. Omnes fitientes uenite ad aquas: & qui
non habetis argentū, properate, emite, & comedite.
Venite emite absq; argento, & absq; ulla cōmutatio-
ne uinum & lac. Quare appenditis argentum, nō in
panibus, & labore uestrū, non in saturitate. Audite
audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in
craſſitudine anima uestra. Inclinate aurēm uestrā,
& uenite ad me, audite & uiuet anima uestra.

Hieremiæ nono: Quia dereliquerunt legem meā
quam dedi eis, & non audierunt uocem meam, & nō
ambulauerunt in ea, & abierunt post prauitatē cor-
dis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus
suis. Idcirco hęc dicit dominus exercituū Deus Israēl:
Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum
q dabo

dabo eis aquam fellis, & si dispergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum, & mittam post eos gladium, donec consumantur.

Hieremias uicesimo sexto: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea quam dedi uobis, ut audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad uos & cætera.

Amos quarto: Ego quoq; prohibui à uobis imbrē, cum adhuc tres menses supereffent, usq; ad messiem, & plui super unam ciuitatem, & super alteram non plui. Pars una compluta est, & pars super quam non plui, aruit.

Aggæi primo: Nunquid tempus uobis est ut habetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hęc dicit dominus exercituum: Ponite corda uestra super vias uestras. Seminastis multum & intulistis parum. Comedistis & nō estis satiati. Bibistis, & non estis inebriasi. Operuistis uos, & non estis calefati. Et qui merces congregauit, misit eas in sacculum pertusum & cætera. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus. Et intulistis in domum, & exufflati illud. Quam ob causam dicit dominus? Quia domus mea deserta est, & uos festinatis unusquisque in domum suam. Propter hoc super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum. Et uocauit siccitatem super terram, & super montes & super triticum, & super uinum & super oleum, & quæcumq; profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

Sapientiæ quinto: Ergo errauimus à uia ueritatis: & iustitiae lumē non luxit nobis. Lassati sumus in uia iniqui-

H O M I N V M .
Iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias diffi-
ciles: uiam autem domini ignorauimus.

249

Idem Hiero. in Aggæum cap. primo, to. sexto.

Vocata est autem siccitas, siue gladius super terram & su-
per montes, ut non proferant triticum & uinum & oleum, &
quæcumq; sponte gerat humus. Vocatur itaque uel inducitur
uiuens sermo Dei, & efficax & acutus super omnem gladium
bicipitem, ut anima negligens quæ terra interpretatur, arēs
& magis in concauis habitare, quā domum Dei extruere desy Per quæ he-
derat, eius mucrone ferriatur, & quicquid fructū se putat ha- retici homi-
bere, disperdat. Infertur autem gladius super montes eleuan nes decipi-
tes se aduersus scientiam Dei, & super frumentum & uinum unt.
& oleum, quibus quasi cibo & potu & refectione hæreticorū
conciliabula deceptis populis blandiuntur. Congruē quis di-
xerit, panem illorum esse panem luctus, & furorem draconū
esse uinum eorum, & furorem aspidum insanabilem. Oleum
quoq; promissionem de cœlestibus, quo quasi ungunt discipu-
los, & laborum præmia pollicentur, quæ detestatur prophe-
ta dicens: Oleum autē peccatoris non impinguet caput meū. Psal. 140
Sed & alia que absq; autoritate & testimoniis scripturarum
quasi traditione Apostolica, sponte reperiunt atque confin-
gunt, percutit gladius Dei, homines & iumenta, cogitationes
& sensus eorum accipiamus, uel certe rationabiles, id est do-
ctos & indoctos pariter, & omnem labore manuum, & ie-
nnia eorum, & obseruationes uarias, & humili dormitiones.

Qui tribus quadragesimis per annū ieunantes, & humiliani-
tes animam suam, & uel maxime de Tariani radice crescen-
tes, super huiusmodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine
causa: Hęc autē uniuersa quę dixi, possunt de ecclesiis rectorib⁹ nō p̄sunt.
intelligi, qui ædificantes carnalem domū, liberisq; suis, & pos-
sessionibus prouidentes, non curant, uel in scipsis extruere
templum Dei, uel ecclesiam domini, quæ infecta est & diruta
instaurare, quorum saepē uita & sermo incongruus, scandali
zat plurimos, & de ecclesia eiicit, & ad solitudinē perducit do-
num Dei. Nec hęc dicimus quo uniuersos generaliter accuse-
mus, sed quod in omni officio & gradu, sunt alijs qui ædificēt,
& alijs qui destruant templum Dei.

Secunda Petri primo: Non indoctas fabulas se-

q · cuti,

curi, notam fecimus uobis domini nostri Iesu Christi
uirtutem, & præscientiam, sed speculatores facti
illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre ho-
norem & gloriam uoce delapsa ad eum huiusmodi
à magnifica gloria: Hic est filius meus dilect⁹, in quo
mihi complacui, ipsum audite. Et hanc uocem nos
audiuimus de cœlo allatam cum essemus cum ipso in
monte sancto. Et habemus firmiorem Propheticum
sermonem, cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ
lucenti in loco caliginoso donec dies elucescat, & lu-
cifer oriatur in cordibus uestris &c.

Augustinus in epistola ad Fortunatianum cen-
tesimadecima.

Autoribus

quantū tri-
buendum. Neq; quorum libet disputationes, quāquam catholicorum
& laudatorum hominum, uelut scripturas canonicas habere
debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis
debetur hominibus, aliquid in scriptis corum improbare at-
que respuere, si forte inuenierimus quod aliter senserint quā
ueritas habet, diuino adjutorio ab alijs intellecta, uel à no-
bis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellec-
tores meorum.

Secūda Timo. tertio: Tu uero permane in his quæ
didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris. Et
quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt in-
struere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu.

Hicre. sexto: State super uias, & uidete & interro-
gate de semitis antiquis quæ sit uia bona: et ambulate
in ea: & inuenietis refrigerium animabus uestris.

August. in epistola decimanona ad Hieronymū.

Canonice
scripturæ
tātummo-
do fides ad
hibenda.

Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarum libris
qui iā canonici appellantur, didici hūc timorem, honoremq;
deferre, ut nullum eorum autorem scribendo aliquid errasse
firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod
uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quā mendosum esse
codicem

codicem, uel interpretem nō assuetum esse quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate doctrinaq; præpolleant, nō ideo uerum putem quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per illos autores canonicos, uel probabili ratione quod à uero non abhorreat, persuadere potuerunt.

August. in episto. quadragesima octaua ad Vin.

Noli ergo frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitate testimonia, colligere uelle calumnias ex episcopo rum scriptis, siue nostrorū, sicut Hilarij, siue antequam pars Donati separaretur, ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrip-
pinī. Primo quia hoc genus literarū ab autoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sic ubi forte aliter sapuerint quam ueritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: *Et si quid aliter sapitis, id quoq; deus uobis reuelauit.* Veruntamen in id quod peruenimus ambulemus, in illa uia scilicet quæ Christus est. Neq; enim sic potuit integras atq; notitia literarum unius quantilibet illustris episcopi custodiri, quemadmodū scriptura canonica, tot lingua rū literis & ordine & successione celebrationis ecclesiasticę constitutur: Contra quam tamen non defuerunt, qui sub nominibus Apostolorū multa configerent. Frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est. Verū quid pos sit aduersus literas, non canonica autoritate fundatas, etiam hinc demonstrauit impia conatus audacie, qd & aduersus eas q; tanta notitia mole firmata sunt, se se erigere nō p̄t permisit.

Philip. 3

Cononica
scriptura
immacula
ta propter
linguas.

Idem in prologo tertij libri de Trinitate.

Noli meis literis quasi canonicis scriptis inseruire, sed in illis quodcumq; non credebas, cum inuenieris incunctanter crede: In istis autem quod certum habebas, nisi certum intellexeris, noli firme credere.

Idem in libro retractationum.

Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Secundæ ad Timotheum secundo. Noli conten-

dere

Augustini
præceptū
de scriptis
illius.

Multa ex
rata in li-
bris Augu-
stini.

dere uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersio-
nem audientium. Solicite autem cura te ipsum pro-
babilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem,
recte tractantem uerbum ueritatis. Prophana au-
tem & uantloquia deuita. Multum enim proficiunt
ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Stul-
tas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens
quia generant lites. Scruum autem domini nō opor-
tet litigare, sed māuetum esse ad omnes, docibilem,
patientem & cætera.

Augustinus libro quinto de baptismo contra Do-
natistas, capite uicesimo sexto.

**Verba Cy-
priani ad
Pompejū.
Episcopū
etiam docile
esse oport-
et.**

Jam uero cum dicit episcopum docibilem esse debere, & ad
iungit, docibilis autem ille est, qui ad discendi patientiam le-
nis est & mitis, oportet enim episcopum nō tantū docere sed
& discere, quia & ille melius docet qui quotidie crescit & profi-
cit discendo meliora. His utiq̄ uerbis satis indicat uir sanctus
& pia charitate prædictus non esse metuendum, sic eius epis-
tolas legere, ut si qd postea pluribus, & diuturniorib⁹ inquisicio-
nibus compertum ecclesiam confirmauit, non ambigamus in-
tare, quia sicut multa erant quæ doctus Cyprianus doceret,
sic erat & aliquid qd Cyprianus docibilis disseret. Quod au-
tem nos admonet, ut ad fontē recurramus, id est, ad Aposto-
licam traditionem, & inde canalem in nostra tempora diri-
gamus, optimum est, & sine dubitatione cauendum.

Tertullia, de uelandis uirgi. in princip.

Quale est enim ut diabolo semper operante & adiiciente
quotidie ad iniuriantis ingenia, opus Dei aut cessauerit aut
proficere desisterit: cum propterea paracletum miserit domi-
nus, ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere nō
poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur, & ad perfectū
perduceretur disciplina ab illo uicario Domini spiritu san-
cto. Adhuc inquit multa habeo uobis loqui, sed nondum por-
testis ea baiulare. Cum uenerit ille spiritus ueritatis, deducet
uos in omnem ueritatem, & superuenientia renunciabit uo-
bis. Quæ est ergo paracleti administratio, nisi hæc, quod di-
sciplina

sciplina dirigitur, quod scripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur, & cetera. Hic erit solus a Christo magister & dicendus & uerendus. Non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur a Christo. Hie solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperit ueritatem consuetudini anteponunt.

Augustinus libro secundo de baptismo contra Do-
natistas, capite tertio.

Certe nobis obincere soletis Cypriani literas, Cypriani sententiam, Cypriani consilium, cur autoritatem Cypriani pro uestro schismate assumitis, & eius exemplum pro ecclesiæ pace respuitis? Quis autem nesciat sanctam scripturam canoniam, tam ueteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrum uerum uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit, Episcoporum autem literas quæ post confirmatum canonem uel scriptæ sunt uel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritoris, & per aliorum episcoporum grauiorem autoritatem, doctorum prudentiam, & per cōcilia licere reprehendi, si quid in eis forte à ueritate deviatum est. Et ipsa concilia quæ per singulas regiones uel prouincias fiunt, pleniorum cōciliiori autoritati quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagi- bus cedere, ipsaq; plenaria sœpe priora posterioribus emendari, cū aliquo experimēto rerum aperitur, quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbiae, sine ulla inflata ceruice arrogantiae, sine ulla contentione liuidè inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana.

Primō Machabæorū octauo: Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura ut magnificaretur in ea.

Exodi decimosexto: Nos uero quid sumus, quia misitatis contra nos & cetera? Nec contra nos est murus uestrum, sed contra Dcūm.

Pri Corinthiorum decimoquarto: Prophetæ aut

duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent, quod si alij
reuelatum fuerit seddenti, prior taceat.

August. lib. tertio, cap. tertio de baptismo contra
Donatist. Et sunt uerba Cypria. in concilio Cartha.

Nullus est episcopus episcoporum Neq; enim quisquam nostrum inquit, episcopū se episcopo-
rum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessi-
tatem collegas suos adegit. Quid mansuetius, quid humilius?
Nulla nos certe deterret autoritas à querēdo quid uerum sit.
Quando habeat, inquit, omnis episcopus pro licentia liberta-
tis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquā iudicari nō
possit ab alio, qnō nec ipse potest alterum iudicare. Nouerat
enim quanta sacramenti profunditate tunc omnis ecclesia ua-
ria disputatione uersabat, liberumq; faciebat quærendi arbi-
trium, ut examinata ueritas panderetur.

Tertullianus ad Scapulam.

Nos unum Deum colimus, quem omnes naturaliter nostis,
ad cuius tonitrua & fulgura contremiscitis, ad cuius beneficia
gaudetis. Cæteros & ipsi putatis deos esse, quos nos demonas
scimus. Tamen humani iuris & naturalis potestatis est uni-
cuiq; qd putauerit colere, nec alij obest aut prodest alteri^o re-
ligio. Sic nec religionis est cogere religionē, quæ spōte suscipi
debeat, non ui, cū & hostiae ab animo lubeti expostulent &c.

Hilarius libro contra Arianos.

Terretur exiliis et carceribus ecclesia, crediq; sibi cogit que
Ecclesia ne minē perse quitur. exiliis & carceribus est credita: pendet ad dignationem com-
municantium, que per sequentium est consecrata terrore: fa-
gat sacerdotes, que fugatis sacerdotibus est propagata, diligi-
se gloriatur à mundo, que Christi esse non potuit, nisi eam
mundus odisset.

Exodi uicesimoquinto: Ab omni homine qui offert
ultroneus accipietis eas.

Exodi tricesimoquinto: Omnis uoluntarius & pro
no animo offerat eas domino.

Eodem: Fronte propria cuncta tribuentes.

Exodi tricesimosexto: Et qui sponte sua obtulerat
se ad faciendum opus &c.

Tertul-

Tertullianus ad Scapulam.

Crudelitas uestra gloria est nostra . Nec tamen deficit hæc secta, quam tunc magis ædificari scias cum cædi uidetur. Quis enim tantam tolerantiam expectans, in aliquo scrupulo per- cussus, & inquirere acceditur quid sit in causa, & ubi cognoverit ueritatem, ipse statim sequitur.

Hilarius libro ad Constantium Augustum.

Deus cognitionem sui docuit potius quam exegit, & opera Ad fidem tionum cœlestium admiratione præceptis suis concilians au nullus co toritatem, coactam confitendi se aspernatus est uoluntatem. gendus. Si ad fidem ueram istiusmodi ius adhiberetur, episcopalis do- trina obuiam pergeret, diceretq; Deus uniuersitatis est, obse quo non eget necessario, non requirit coactam cōfessionem. Non fallendus est sed promerendus . Nostra potius , non sua causa uenerandus est. Non possum nisi uolentem recipere, nisi orantē audire, nisi profitentē signare. Simplicitate querēdus est, confessione discēdus est, charitate amādus est, timore uene randus est, uolūtatis probitate retinēdus est. At uero qd istud qd sacerdotes timere Deū uinculis cogunt, pœnis rubentur sa cerdotes, carceribus continentur, plebs in custodiam catenati ordinis constricta disponitur, uirgines nudantur ad pœnam, sacra Deo corpora publico exposita conspectui, ad fructum spectaculi & quæstionis aptantur, & cætera.

Primo Machabæorum primo : Et ædificauerunt Gymnasium in Hierosolymis secundum leges natio num, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testa mento sancto, & iuncti sunt nationibus, & uenundati sunt ut facerent malum, & cætera. Et effuderunt san guinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem, & cætera.

Eodem capite: Et libros legis D E I combusserunt igni scindentes eos : & apud quemcunq; inuenieban tur libri testamenti domini, quicunq; obseruabat le gem domini, secundum edictum regis trucidabant eum, & cætera.

Hieremiac tricesimo sexto: Cumq; legisset Iudi tres

250 DE MANDATIS
pagellas uel quatuor, scidit illud scalpello scribæ, &
proiecit in ignem, & cætera.

Cyprianus cōtra Demetrianum tractatu primo.

Exodi 12. Et erit sanguis uobis in signum super domos, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & protegam uos, & non erit in uerbum no-
gnūm no-
strum. Quod autem ante occiso agno præcessit in imagine, imple-
tis, & videbo sanguinem, & protegam uos, & non erit in uer-
bus plaga diminutionis, cum percutiā & conterā terram Aegy-
pti. Quod autem ante occiso agno præcessit in imagine, imple-
tur in Christo secura postmodū ueritate. Illic percussa Aegy-
pto Iudaicus populus cuadere nō nū sanguine & signo agni
potuit: ita & cum uastari cœperit mundus, & percuti quisquis
in sanguine & signo Christi inuentus fuerit, solus cuadet. Re-
spicite itaq; diuinū tēpus est ad ueram & ceterā salutem, & quia
iam mundi finis in proximo est, ad dominū Deum mentes ue-
stras Dei timore conuertite. Nec uos delectet in seculo inter iu-
stos & mites impotens ista & uaga dominatio, cum & in agro
inter cultas & fertiles segetes lolium & auena dominetur.

Numeri uigesimo: Non ibimus per agros nec per
uineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradie-
mur uia publica, nec ad dexterā nec ad sinistram de-
clinantes donec transeamus terminos tuos, & cetera.
Dixeruntq; filij Israēl: Per tritam gradiemur uiam.

Deuteronomij secundo: Transibimus per terram
tuam, publica gradiemur uia, non declinabimus neq;
ad dexteram neq; ad sinistram, & cetera.

Athanasius libro commentariorum in epistolam
ad Hebræos.

Ipsi enim inuigilant pro animabus uestris tanquam ratio-
nem reddituri, & cetera. Intelligent qui aliorum sunt duces,
& ceteris præsunt. Quia quemadmodum necesse est, ut popu-
lus obsequentem se præbeat, & præsidibus ipsis morigerum:
ita & sacerdotem oportet ut aliorū animas curet, uel nocte
ducat insomnes, ut populi saluti inuigilet, ut qui rationem sit
pro populi facinoribus redditurus.

Vt cum gaudio hoc faciat, & non gementes. Hoc enim non
expedit uobis. Si præpositis, inquit, succubueritis & his gesse-
ritis morem, leuabitis quidem id oneris, quodcumq; ex uestri
cura

cura suscepta hos premit. Quippe qui ex hac uestra facilis obse-
quentia hilariiores reddentur. Si uero contumaces uos p̄r-
fiteritis, & si uobis iniugilare nihil desistant, nec contumaciam
hanc uestram castigent, ingemiscendo tamen ad Deum, dolen-
doq; in uos proclamabunt, quod sanè uestræ saluti minus con-
slexerit. Aduerte autem quemadmodum haud quaquam ali-
ter finat, qui alijs præsunt, nisi per lachrymas subditorum in
se ulcisci iniurias. Quippe quorum lenitatem & tolerantiam,
vult culpa uacare. At discipulis ipsis, perrinax illa & incastiga-
ta inobedientia, maiorem supplicij pyram succedit, ut qui se
ueriorem in se concident iudicem. Deum uidelicet, qui acerbo
ra supplicia est illaturus. Quocirca haud quaquam illud est
agre ferendum, quod discipuloruim contumacia gemitum af-
ferat præceptoribus, & in contemptum his cedat. Sed ueren-
dum id potius erit & plorandum, quia Deo traduntur hi iudi-
dicandi, peccatas demum acerrimas luituri.

Deuteronomij tricesimo secundo : Memento die-
rum antiquorum, cogita generationes singulas, inter-
roga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos
& dicent tibi.

Secundo Paralipomenon tricesimo secundo : Fecitq;
quod rectum erat Iosias in conspectu domini : & am-
bulauit in uirs patris sui, non declinauit neq; ad dex-
teram neque ad sinistram.

Iob octauo: Interroga enim generationem pristi-
nam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. He-
sterni quippe sumus & ignoramus : quoniam sicut
umbra dies nostri sunt super terram : Ipsi docebunt
te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia,
& cætera.

Proverbiis decimoquarto: In corde prudentis re-
quiescit sapientia: & indoctos quosq; audiet.

Ecclesiastici tricesimo nono: Sapientiam omnium
antiquorum exquireret sapiens, & in prophetis uaca-
bit. Narrationem uirorum nominator, conseruabit:
& in

Nota.

Prælati nō
nisi lachry-
mis suas ul-
ciscant in-
iurias,

& in uersutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquireret: & in absconditis parabolam conuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu praesidis apparet. In terram alienigenarum gentium pertransiet, bona enim & mala in omnibus tentauit.

Prima ad Tessalonicenses quinto: Prophetias nomine spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete.

Hieronymus in epistola ad Minerium & Alexandrum, tomo quarto.

Negat enim tanta est mea pusillitaris autoritas, qui nihil sum, & inuidorum tantum mortibus pateo, quanta eorum qui non in domino precesserunt. Nec iuxta Pythagorë discipulos, prete dicata doctoris opinio, sed doctrinæ ratio ponderanda est. Si quis autem contrariae factionis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non acquiesco. Sciat

Omnia me illud Apostoli libenter audire: Omnia probate, quod bonum est tenete. Et saluatoris uerba dicentis: Estote probati immularii, ut si quis numerus adulter est, & figuram Cæsaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro præfert lumine, in cordis nostri marsupium recordatur. Etenim si dialecticam scire uoluero, aut philosophorum dogmata, & ut ad nostra redeam, scientiam scripturarum, nequaquam simplices ecclesiæ uiros interrogare debeo, quorum alia gratia est, & unusquisque in suo sensu abundat, præsertim cum in domo magna patris familie, uasorum diuer arte disce sitas multa dicatur, sed eos qui arte dicilicere ab artifice, & in re ab artifice dñi meditantur die ac nocte. Ego & in adolescentia, & in ce debemus, extrema ætate profiteor & Origenem & Eusebiu Cæsariensem uiros esse doctissimos, sed errasse in dogmatiæ ueritate. Quod econtrario de Theodoro, Acacio, Apollinario possumus dicere, & tamè omnes in explanationibus scripturarum, sudoris suis nobis memoria reliquerunt. In terra aurum queritur, & fluviorum aliueis, splendens profertur glarea. Paxtulus dittior est eterno quod fluente. Cur me lacerant amici mei, aduersum silentem crassæ suæ grunniunt. Quarum omne studium est, immo scien-

tiae supercilium, aliena carpere, & si: ueterum defendere perfidiam, ut perdat fidem suam. Meum propositum est antiquos Nota. legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesie Catholicæ non recedere.

Hieronymus in præfatione super Esaiam : Tomo quarto.

Legant prius & postea despiciant, ne uideantur non ex iudicio, sed ex odio præsumptione ignorata damnare. Prius legant & postea despiciant.

Esaiæ quinquagesimo secundo : Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Exite de meo eius, mundamini qui fertis uasa domini.

Leuitici uigesimo: Vir siue mulier in quibus plantis uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur: lapidibus obruet eos. Sanguis eorum sit super illos.

Matthæi decimo sexto : Intuemini & cauete à fermento pharisæorum & saducæorum.

Marcii duodecimo : Cauete à scribis qui uolunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedralibus sedere in sinagogis, & primos discubitus in cœnacis: qui deuorant domos uiduarum sub obtentu propria orationis.

Lucæ decimo septimo : Non uenit regnum dei cum obseruatione, neq; dicent: ecce hic ecce illuc. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et dicent uobis: ecce hic & ecce illuc, nolite ire neq; sectemini.

Secundæ Chorinthiorum sexto : Nolite iugum ducerre cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiae cum iniuitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio CHRISTI ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidelis? Quis autem consensus templi DEI cum idolis? Vos enim estis templum dei uiui, sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis, & in-

DE MANDATIS

& inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum, & separa mini dicit dominus.

Primæ ad Timotheum sexto: Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri I E S V C H R I S T I & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languēs circa quæstiones & pugnas uerborum. Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspicções malæ, conflictationes hominum mēte corruptorum, & qui ueritate priuatisunt, existimantium quæstum esse pietatem.

Ad Titum tertio: Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uanæ.

Romanorum decimosexto: Rogo autem uos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis, huiusmodi enim C H R I S T O domino non seruūt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.

Prima Corinthiorum secundo: Et ego cum uenisse ad uos, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians uobis testimonium C H R I S T I, non enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi I E S V M C H R I S T V M, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatem, & cum timore, & in tremore multo, apud uos uersatus sum, & sermo meus, & prædicatio mea non erat in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus ac potentia, ut fides uestra non sit in sapientia hominum sed in potentia Dei.

Colloq.

Colloſſenſium ſecondo: Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in ſublimitate ſermonum.

Secunda Timothei tertio: Et hos deuita, & cetera.

Secundo Ioannis: Si quis uenit ad uos & hanc do-
ctrinam non ad fert: nolite recipere eum in domum,
nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communi-
cat operibus eius malignis. Ecce prædixi uobis, ut in
die domini non confundamini.

Augustinus in Ioannem tractatu cxv.

Non autem ſolum uaniloquos & mentis ſeductores, faulo-
ſa & falſa garriſtes, & in eis uanitatibus uelut altam ſcientiam
promittentes, contra regulā fidei, quam catholicā uſcepſiſtis
cauere debetis, uerum etiā iſpos qui de diuina iſpa immutabili-
tate naturae uel incorporea creatura, ſive creatore ueraciter
diſputant, & quod dicunt omnino documētiſt atq; rationibus
certiſſimiſ probant, & tamen ab uno Dei & hominiſ mediato Cōtra do-
re conātur auertere, tanq; peſtem infidiorē ceteris fugite. Ta-
ctores ſub
leſ em ſunt de quibus dicit A poſt o l u s , q u i a c o g n o ſ t e n t e s D e u ſ i , tiles.
non ſicut Deum glorificauerunt. Quid em prodeſt habere in-
telligentiam ueram de immutabili Dei bono, ei qui non tenet
per quē liberet à malo: Si aut̄ mortui eſtis ab elementiſ I h u i ſ u m u n d i , q u i d adhuc tanq; uiuentes in mundo decernit is?

Baruch tertio: Filij quoque Agar qui exquisierūt
prudentiam quæ de terra eſt: negotiatores terræ &
Theman: & fabulatores & exquisitores prudentiæ &
intelligentiæ: uiam autem ſapientiæ neſcierunt, neg-
commemorati ſunt ſemitas eius.

Leuitici decimonono: Non augurabitimiſ nec ob-
ſeruabitis ſomnia, & cetera. Nō declinetis ad magos,
ne calharioliſ aliquid ſcīlitemini ut polluamini per
eos: Ego dominus Deus uester.

Capite uigesimali primo: Anima quę declinauerit
ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cum eis, po-
nam faciem meam contra eam, & cetera.

Deute-

Deuteronomij decimo octauo : nec inueniat in te
qui Hariolos sciscitetur & cætera : & quærat à mortui
is ueritatem.

Esaïæ octauo : Et cum dixerint ad uos, quærite à
phytonibus & à diuinis qui strident in cantationibus
suis: Nunquid non populus à Deo suo requiret usio-
nem pro uiuis & mortuis?

Primo Paralipomenon decimotertio : Et percus-
sit Oza dominus : eo quod tetigisset arcam , & mor-
tuus est ibi coram domino.

Prouerbiorum uicesimo quinto : Mel inuenisti, co-
mede quod sufficit tibi : ne forte faciatus euomas il-
lud & cætera.

In eodem : Sicut mel qui multum comedit non est
ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis opprimetur
à gloria.

Ecclesiasticus tertio: Altiora te ne quæsieris & cæ-
ra. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita
sunt uidere oculis tuis. In superuacuis rebus noli scruti-
tari multipliciter : & in plurimis operibus eius non
eris curiosus.

Exodi decimonono : Cauete ne ascendatis in mon-
tem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit mó-
rem morte moriatur. Manus non tanget eum, sed la-
pidibus opprimetur aut confodietur iaculis.

In eodem capite : Sacerdotes autem & populus
non transeāt terminos, nec ascendant ad dominum,
ne forte interficiat illos.

Augustinus ad Orosum contra Priscillianistas &
Origenistas capite undecimo.

Que supra
nos nihil
ad nos. Nec ista multum ad nos pertinent, ut ea summo studio in-
dagare curemus, quæ remota sunt à sensibus nostris, & ab in-
tellectu infirmitatis humanae, nec in scripturis ita posita, ut no-
bis co-

bis eorum mandata sit cognitio. Imo uero ne præcipiti suspitione in fabulas sacrilegas irruamus clamat scriptura diuina: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed **Eccle.** quæ tibi præcipit dñs illa cogita semper, ut magis in istis te-meraria præsumptio, q̄ cauta ignoratio culpāda uideat. Cer-
te ait Apostolus: Siue sedes, siue dominatiōes, siue principat⁹, **Colloſſ.**
siue potestates. Et esse quidē sedes, dominationes, principatus,
potestates in cœlestibus apparatibus, firmissime credo, & dif-
ferre inter se aliquid indubitate fide reno. Sed q̄modo me co-
temnas, quē magnū putas esse doctore, si quæ nam ista sint, &
quid nā inter se differat nescio. Nec ea sane ignorātia periclitata
me puto, sicuti inobedientia si dñi præcepta neglexero. Et
ideo puto spiritu Dei per autores nostros scriptorē eloquioꝝ
Dei nō plenē exposita, sed raptim tacta atq; perstricta, ut sicut
bi forte tali quales nos sum⁹ per altiore reuelationē aliqd hu-
iūsmodi fuerit demonstratū, nō se inferiores fuisse credat eos,
per q̄s nobis canonicaꝝ scripturaꝝ sancta preconia ministra-
ta sunt. Quantū cū quisq; sciēdo profecerit, infra illas literas **Oiscriptu-**
se inueniet, quas Deus tanq; firmamentum supra oīa humana **ra est infra**
corda cōstituit. Nō iraq; opus est plus sapere, sed sapere ad tē **canonicā**
perantiam, sicut unicuiq; Deus partitus est mensuram fidei. **scripturā.**

Leuitici undecimo: Omne quod reptat super ter-
ram abominabile erit, nec assumeret in cibum. Quic-
quid super pectus quadrupes graditur, & multos ha-
bet pedes, siue per humum trahitur non comedetis,
quia abominabile est. Nolite contaminare animas
uestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi fi-
tis. Ego dominus Deus uester. Sæcti ergo estote quia
ego sanct⁹ sum. Ne polluatis animas uestras in omni
reptili quod mouetur super terram, & cetera.

In eodem capite: Omne quod habet diuisam un-
gulam, & ruminat in pecoribus, comedetis, &c.

Deuteronomij decimoquarto: Ne comedatis quæ
immunda sunt, & cetera. Vpupam quoque & uesper-
tilionem & omne quod reprat nec pénulas habet im-
mundum erit nec comedetur, & cetera.

Apostoli
de cœlesti-
bus parū
scripserūt.

Oiscriptu-
ra est infra
canonicā
scripturā.

Leuitici decimonono : Agrum tuum non seres
diuerso semine . Veste quæ ex duobus texta est non
indueris.

Primo Machabæorum primo : Et multi de popu-
lo Israël diffinierunt apud se ut non manducarêt im-
mundæ : & elegerunt magis mori quam cibis coinqui-
nari immundis : noluerunt infringere legem Dei san-
ctam , & trucidati sunt , & cætera .

Leuitici decimo : Arreptisque Nadab & Abiu filij
Aaron thuribulis imposuerunt ignem & incēsum de-
super offerētes coram domino ignem alienum , quod
eis præceptum nō erat . Egressusq; ignis à domino de-
uorauit eos , & cætera .

Ecclesiastici secundo : Vè dupli corde , labijs scele-
stis , & manibus malefacentibus , & peccatori terram
ingredienti duabus uījs , & cætera . Vè his qui perdide-
runt sustinentiam , & qui dereliquerunt uias rectas , et
diuerterunt in uias prauas .

Capite tertio : Cor ingrediens duas uias non ha-
bebit successus : & prauum cor in illis scandaliza-
bitur .

Ezechielis quarto : Ecce dedi tibi simum boum pro-
stercoribus humanis , & facies panem tuum in eo . Et
dixit ad me : Fili hominis , ecce ego cōteram baculum
panis in Hierusalem , & comedēt panem suum in pon-
dere & solitudine , & aquam in mensura , & in angu-
stia bibent , ut deficiētibus pane & aqua , corrut unus
quisque ad fratrem suum , & contabescat in iniiquita-
tibus suis .

Origenes in Leuiticum Homelia octaua .

Leuit. II

Non manducabis inquit hęc , quia immunda sunt . Aquilam
& uulturem , & cætera his similia . Hę sunt animae , quæ secun-
dum hoc quidem , quod rationabiles , uel imbutæ sunt liberali-
bus stu-

bus studijs & institutis, uel rationalibus disciplinis uolatilia De his qui uidentur. Legunt enim & requirunt, uel de ratione cœli, uel studia libe quomodo mundus Dei prouidentia gubernetur, secundū hæc ralia & rā ergo uolatilia nominantur. Si uero huiusmodi homines ini tionalia que agant, & contra legē faciant, diripiunt proximos, ut cum docent, in verbis esse uideatur eruditio cœlestis, in actibus carnalia & mortua opera gerant, recte uultures & aquilæ dicendi sunt, qui de excelsis ad carnes mortuas dilabuntur.

Tertullianus libro de præscriptionibus Hæreti torum.

Ad Colloſſenses secundo: Videte ne quis sit circumueniens uos per philosophiam & inanem seductionem secundum tra ditionem hominum præter prouidentiam spiritus sancti. Fuc rat Athenis, & istam sapientiam humanam, affectatricem & interpellatricem ueritatis de congressibus nouerat, & cetera. Quid ergo Athenis & Hierosolymis? Quid Academiæ & Ecclisiæ? Quid Hæreticis & Christianis? Nostra institutio de portu Salomonis est, qui & ipse tradiderat dominum in similitate cordis esse querendum. Viderint qui Stoicum & Platonicum & Dialecticū Christianismo prætulerūt. Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangeliū. Cum credimus nihil desideramus ultra credere.

Hieronymus libro commentarioꝝ in Esaiā capite secūdo tomo quinto: Et super oēs naues Tharsis, &c.

Habuit & Iosaphat naues quas mittebat in Tharsis, sed con triti sunt in Afiongabar. Habuit & Salomon quæ ibāt in Thar sis, & post tres annos reuertebantur, afferebantq; regi argen tum & aurum, & ebur & simias. Sed quia rex uterq; peccauera t, alius deditus uoluptati, & externarum gentium fœminas amans: alius se cum rege Samariæ copulans: quod utrung; ad Ethnicos referet & Hæreticos, in quibus nihil est aliud nisi ful gor eloquentiæ, & sensus dialectica arte constructus, & sermo In dialecti mortuus, quod intelligitur in eburneis dentibus: & similitudo cos & solū rationis humanæ, quod sentitur in simijs. eloquētes.

Et incuruabitur sublimitas hominum.

Tam diu uidetur humanus sermo habere rationem q; diu inuiae scientiæ non fuerit comparatus. Cum autem menda ciū ueritati quasi stipula igni appropinquauerit, cito uoratur

& deperit: & omnia dogmata falsitatis, quæ nunc idola nominantur, ab ea q̄ simulata sint atq; cōficta, penitus conterent.

Hieronymus libro commentariorum in Matthiū libro secundo, capite decimotertio.

Simile est regnum cōlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo, quod minimū quidem est omnibus seminibus, & cetera. Regnum cōlorum prēdicatio Euāngeliū est, & notitia scripturarū quæ dicit ad uitam, de qua dicitur ad Iudeos: Auferetur à uobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus, qui suscipiens granum prædicationis, & fouēs sementem honore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare?

Prēdicatio Euāngeliū minima est omnibus disciplinis. Ad pri
mam quippe doctrinam fidem non habet ueritatis, hominem Deum, mortuum, & scandalum crucis prēdicans. Confer huī iuscemodi doctrinā dogmatibus philosophorum, & libris eorum, & splendori eloquentiæ, & compositioni sermonum, & uidebis quanto minor sit cæteris seminibus sementis Euāngeliū. Sed cum illa creuerit, nihil mordax, nihil inuidū, nihil uitale demonstret, sed totum flaccidum, marcidumq; & molle, tum ebullit in holera, & in herbas quæ cito arescunt & corrūunt. Hæc autem prēdicatio quæ parua uidebatur in principio, cum uel in anima credētis uel in toto mundo sata fuerit, non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ira ut uolucres cæli, quas uel animas creditum, uel fortitudines Dei seruitio mancipatas sentire debemus, ueniant & habitent in ramis eius. Ramos puto Euāngelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradicatarū uolucrum unaquæq; requiescit.

Numeri undecimo: Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manus, &c. Vocatusq; est ille locus sepulchra cōcupiscentiæ: ibi enim sepeliebunt populum qui desiderauerant carnes, &c.

Numeri uigesimoprimo: Et tædere cœpit populū itineris & laboris, & cetera.

Ecclesiastici tricesimo septimo: Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suavis est. Qui sophistice loqui

loquitur odibilis est, in omni re defraudabitur. Non est enim illi data à domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est.

Esaiae tricesimotertio: Vbi est literatus? Vbi est legis uerba pōderans? Vbi est doctor paruolorum? Populum imprudentem non uidebis, populum alti sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinē linguae eius, in quo nulla est sapientia.

Ambrosius libro de incarnationis dominice sacra mento, capite nono.

Nam in ipsa dialectica, si concedatur quod concedi sibi postulant, qui aditum contentionis inuenire desiderant, principium inuenire non queunt disputandi, & hoc ibi, ubi contentio est magis de disputationis argutis, quam de examine ueritatis. Hæc enim dialecticorum gloria, si uideātur expugnare Dialecticorum uerbis & refellere ueritatem. Contra diffinitio fidei, ut ueritas non uerba pandantur. Denique uerba philosophorū excludit simplex ueritas pescatorum.

Ex proemio in tertium librum commentariorum Hieronymi ad Galatas.

Iam enim in Ecclesia ista queruntur, amissaque Apostoli. Quæ mortuorum simplicitate & puritate uerborum, quasi ad Athenæum do in Ecclesia & ad auditoria conuenit, ut plausus circumstantium susci fia queruntur, ut oratio rhetorice artis fucata mendacio, quasi queritur. Nam meretricula procedat in publicum, nō tam eruditura populos, q̄ fauorem populi quæsitura, & in modū Psalterij, & tibiæ dulce canentis, sensus demulcent audientium, ut uere illud propheta Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente dño ad eum: Et factus es eis quasi uox citharæ suave canēris, et bene compositæ, & audiunt uerba tua, & non faciunt ea.

Quotusquisq; nunc Aristotelem legit, quanti Platonis ueli In Aristobros nouere uel nomen? Vix in angulis otiosi eos senes reconseruant. Rusticanos uero & pescatores nostros totus orbis loquuntur, uniuersus mundus sonat. Itaque sermone simplici; similitudina eorum uerba pandenda sunt.

Zachariae octauo: In diebus illis in quibus apprehendent

hendent decem homines ex omnibus linguis gentium: & apprehendent fimbriam utri Iudei dicentes: Ibumus uobiscum. Audiuiimus enim quoniam Deus uobiscum est.

Augustinus ad Volusianum, Epistola prima.

Apostoli- Præcipue Apostolorum linguas exhortor ut legas. Ex his
ce linguae enim ad cognoscendos prophetas excitabets quorum testimoni
sunt legen nis utuntur Apostoli.

Augustinus de nuptijs & concupiscentia, ad Valeriu
m libro secundo, capite uigesimono.

Canonica Quid autem dicam de ipsis diuinis scripturarum tractatori
scriptura bus, qui in Catholica Ecclesia floruerunt: quomodo hec non in
omnibus alios sensus conati sunt uertere quoniam stabiles erant in anti
hominum quissima & robustissima fide, non autem nouitio mouebant erro
scriptis re. Quos si colligere & eorum testimonij uti uelum, & nimis longum erit, & de canonicis autoritatibus a quibus non debemus auerti, minus fortasse videbor præsumpsisse quod debui.

Ambrosius libro quarto de uirginibus.

Nos noua omnia quae CHRISTVS non docuit iure dico
annamus: quia fidelibus uia CHRISTVS est. Si igitur CHRISTI
STVS non docuit quod docemus, etiam nos id detestabile
iudicamus:

Idem libro primo de uirginibus.

De uirginibus inquit Paulus præceptum domini non habeo,
consilium autem do. Si doctor gentium non habuit, habere quis
potuit? Et præceptum quidem non habuit sed habuit exemplum.
Non enim imperari potest uirginitas sed optari. Nam quae sit
præ nos sunt, in uoto magis sunt quam in magisterio.

Idem super Epistolam primam ad Corinthios, capite quarto.

Quicquid non ab Apostolis traditum est, sceleribus plenum est.

Idem capite septimo eiusdem epistolæ.
Non debet quis costringi, ne a licito prohibitus illicita admittat.

Esaie primo: Nisi dominus exercituum reliquisset
nobis semen quasi Sodoma fuissimus, & quasi Go
morra similes essemus. Audite uerbum domini prin
cipes

tipes Sodomorum , percipite auribus legem Dei ue-
stri populus Gomorræ . Quo mihi multitudinem ui-
ctimarum uestrarum dicit dominus ? Plenus sum , &
cætera.

Hieremij septimo : Holocaustomata uestra addi-
te uictimis uestris , & comedite carnes , quia non sum
locutus cum patribus uestris , & nō præcepi eis in die
qua eduxi eos de terra Aegypti , de uerbo holocausto
matum & uictimarum , sed hoc uerbū præcepi eis di-
cens : Audite uocem meam , & ero uobis Deus , & uos
eritis mihi populus , & ambulate in omni uia quā mā-
dauit uobis , ut bene sit uobis .

Leuitici quarto : Quod si omnis turba filiorū Israël
ignorauerit , & per imperitiā fecerit quod cōtra man-
datum domini est , & postea intellexerit peccatū suū ,
offeret pro peccato suo uitulum , & cætera .

Eodem capite : Quia si peccauerit anima per igno-
rantiam de populo terræ , ut faciat quicq̄ de his quæ
domini lege prohibentur , atq̄ delinquit & cognoue-
rit peccatū suum , offeret capram immaculatam , &c.

Capite quinto : Anima quæ tetigerit aliquid im-
mūdum , siue quod occisum à bestia est , aut per se mor-
tuum , aut quodlibet aliud reptile , & obliterata fuerit im-
munditiae suæ , rea est & deliquit .

In eodem capite quinto : Anima si præuaricans ce-
remonias per errorem in his quæ domino sunt sancti-
ficata peccauerit , offeret pro delecto suo arietem im-
maculatum de gregibus , & cætera .

Chrysostomus in opere imperfecto in Matthiā ,
capite uigesimotertio .

Vñ uobis scribē & pharisei hypocritæ qui clauditis regnum Sacerdotū
cœlorum ante homines , & cætera . Vult enim dominus ostendere
sacerdotes Iudeorum omnia auaritiae causa facere , qui Auaritia
timor .

quorundā per scripturas quidem Christi cognoscebant aduentum. Considerabant enim, quoniam si Christus creditus fuisset, consuetudo sacrificiorum offerendorum fuerat extingueda, & sacrificium iustitiae ualitatum. At certe cladebant ianuam ueritatis quando posuerunt decretum, ut si quis eum diceret sicutum Dei extra synagogam fieret. Sic & modo hæretici sacerdotes claudunt ianuam ueritatis, sciunt enim, quoniam si manifesta fuerit ueritas, ecclesia non esset eorum, & ipsi de sacerdotali dignitate ad humiliatem uenirent popularem. Quid ergo ignorans populus excusabilis erit? Absit. Si enim uelit ueritatem empturus, gyras unum negotiatorem & alterū, & ubi meliores uestes inuenieris, & pretio uiliori, illic comparas. Et ideo oportet populum circumire omnes doctores, & inquire

Oes docto re ubi sincera ueritas uenunda, & ubi corrupta. Nam omnium res legere confessiones cognoscere, & meliorem eligere nō uertitum est. possumus. Dicit enim Apostolus: Omnia probate, quod bonum est tene

i. Thess. 5 te. Aut si propter utilitatem aliquam, uel necessitatem mundialem proficiisci uolueris ad aliquem locum, cuius uiam ignaras, nunquid propter ignoratiā uiae discedis à profectione proposita? Non, sed experieris nunc istam uiam, nunc illam, & quos interrogas queris, & cum inuenies rogas & promittis. **Adhorta-** Et si uelis ingredi scripturam ueritatem, nunc peteres oratione pro stutionibus, nunc quereres in scripturis, nūc pulsares bonis operibus, nūc interrogares sacerdotes, nunc istos, nūc illos, qui ueri sunt clauicularij, qui falsi. Sed ista nō fiunt, quia uerbum Dei non creditur, quia nec promissio eius beatitudinis desideratur, nec iudicium consummationis eius timetur.

In eodem libro, & eodem capite.

Regnum cœlorum dicuntur scripturæ, quia in illis inseruntur regnum cœlorum. Ianua earum, intellectus earum. Aut regnum est beatitudo cœlestis, Ianua autē est iustitia per quam introititur. Clauicularij sunt sacerdotes quibus creditū est uerbum docendi & interpretandi scripturas. Clavis est uerbum Dei est, scientia scripturarum, per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Adapertio autem est interpretatio uera.

Claus ecclie uerbi Dei est, Ambrosius libro de Caym & Abel.

tcs. Remittuntur peccata per Dei uerbum, cuius Leuites interpres, & quidem executor est.

Ezechie

Ezechieli tertio: Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquar ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & uade & ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit dominus Deus, si forte audiant & quiescant.

Ionæ tertio: Surge & uade in civitatem magnam Niniuen, & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te.

Ioannis tertio: Qui de sursum uenit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est & de terra loquitur. Qui de cœlo uenit super omnes est. Quod uidit & audiuit hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit testimonium eius, signauit, quia DEVS uerax est, nam is quem misit DEVS, uerba DEI loquitur.

Ioannis quinto: Et uerbum eius non habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic nō creditis. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.

Ioannis septimo: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatē eius facere, cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetipso loquitur gloriā propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est.

Ioannis octavo: Sed qui me misit uerax est, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Si uos manescritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Ego quod uidi apud patrem loquor, & uos quæ uidistis

apud patrē uestrū facitis. Amē dico uobis, si quis sermonem meū seruauerit, mortē non uidebit in eternū.

Ioannis decimo: Oues meę uocem meam audiunt, & ego cognosco eas.

Ioannis duodecimo: Quia ego ex meipso nō sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quia mandatum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Ioannis decimotertio: Verba quæ ego loquor uobis, à meipso nō loquor: Si diligitis me, mādata mea seruate. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis nō est meus, sed eius qui misit me patris.

Augustinus in Psalmum centesimū sextum. Confitemini. Versu. A tribulatione & dolore.

Effusus est contemptus super principes.) Reprobati enim sunt ab ecclesia Dei: Et magis, quia principes esse uoluerunt ideo contempti sunt, & facti sunt sal infatuatum proiectum foras, ideo conculcatur ab hominibus. Effusus est cōtemptus super principes & seduxit eos in iniuio & non in uia.) Quare contēpti sunt? Aliud annunciantes. Quid sunt contēpti? Anā thematizati. Quisquis enim uobis annunciauerit præterquam quod accepistis anathema sit. Quid tam contēptum q̄ sal infatuatum, quod proiectum foras conculcatur? Et uidete si non principes sunt, ipsum Paulū audite: Licet si nos &c. Principes sunt, docti sunt, magni sunt, lapides preciosi sunt. Quid adhuc dicturus es? Nunquid angeli sunt? Et tamē si angelus de celo uobis annunciauerit præterquam quod accepistis, anathema sit: quia & ipse diabolus angelus de celo lapsus est. Effusus est ergo contemptus super principes eorum &c.

Gala. i

Augustinus in Psal. centesimum tertium: Concione secunda. uersu. Inter medium montium & cætera.

Licet si nos aut angelus de celo annunciauerit uobis, præterquam

ter quam quod accepistis, anathema sit. Si ueniat mons aliud euangelizans, anathematizetur. Vnde hoc? Quia de priuato uult fluere non de medio. Et hoc forte homo carnali nebula præpeditus, & à fonte communī ad propriam suam falfitatē redactus possit hoc facere, nūquid & angelus? Vere nūquā & angelus. Si angelus de proprio fluens in paradyso non es- set auditus, non præcipitaremur in mortem. Media aqua posita erat hominibus præceptum Dei: aqua media, aqua quodāmodo publica, sine fraude ualebat, quod diximus charitati uestræ, sine labe, sine cōno fluebat, si ipsa aqua semper bibe retur, semper uiueretur. Venit angelus lapsus de cōlo, factus serpens, quia insidiose uenena iam spargere cupiebat: emisit uenenum de proprio, locutus est de suo, quia qui loquitur mendaciū, de suo loquitur: & miseri audiēdo dimiserunt quod cōmune erat, unde beati erant, & ad suum proprium redacti, cum uolunt peruerse esse similes Deo: hoc enim dixerat, Gūstāte, & eritis sicut dij, appetentes quod non erant, quod acceperant amiserunt. Ergo fratres ad hoc ualeat quod diximus charitati uestræ, propter fontes, ut fluant de uobis, conualles estote, & cum omnibus conferte quod de Deo habetis. Inter medium fluant aquæ, nulli inuidetis, bibite, saturamini, mānate, saturate. Vbiq; communis aqua Dei habet gloriam, non hominum priuata mendacia.

Matthæi decimoquinto: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur.

Hilarius in Matth. canone decimoquarto.

Omnem plantationem quæ nō à patre fit, eradicandam dicens, id est, traditionem hominum eruendam, cuius fauore legis præcepta transgressi, & ideo eos esse duces cæcos, uitæ æternæ iter, quod non uideant pollicentes, cæcisq; ipsis & dubiis cærorum casum in foucam esse communem.

Secundo ad Tim. tertio: Tu uero permane in his quæ didicisti: & credita sunt tibi, sciēs à quo didiceris. Et q; ab infantia sacras literas nosti quæ te possunt instruere ad salutē per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata: utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum

Apostolus
dicit præ
id non con
tra id.
R.O. 12.
Ioan. 4

Mendaciū
loquitur q
de suo lo
quitur.
Gene. 3

DEMANDATIS
rudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei; ad
omne opus bonum instructus.

Ad Titum primo: Manifestauit autem temporibus suis uerbū suū in prædicatiōe, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei.

Ioannes Chrysostomus Homelia prima in epistola m ad Titum.

Manifestauit, inquit, temporibus suis uerbum suum in predicatione, quæ credita est mihi. Hæc est prædicatio, omnia ē in euangelium continet, & præsentia & futura, honorem, pietatem, fidem, simul omnia prædicationis uerbo conclusit. Sicut enim præco præsentibus omnibus in theatro prædicat: ita & nos, inquit, publice prædicamus ea ratione, ut nihil addamus, sed ea tantum quæ audiūmus prædicamus. Ea quippe uirtus præconis est, ueraciter quæ sibi credita sunt omnia prosequi, non aliquid addere, aut immutare, aut auferre. Si igitur prædicare oportet, magna id fiducia atq; constanter faciendum est, alioquin nulla erit prædicationis uirtus, idcirco & Christi, non ait: Dicte in auribus, sed prædictate super tecta &c.

Exodi tricesimoquarto: Cum descenderet Moyses de monte Sinay, tenebat duas tabulas lapideas testimonij, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. Videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moysi faciem timuerunt populo accedere & cætera.

Leuitici undecimo: Omne quod habet divisam ungulam, & ruminat in pecoribus comedetis &c.

Matthæi uigesimosecundo: Magister quod est mandatum magnum in lege: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem est simile huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Augusti

Augustinus in proœmio Psalmi cxl.

Tantum duo sunt præcepta charitatis in scripturis, nihil
aliud requiratis, nemo uobis aliud præcipiat. Qui diligit legē
adimpleuit. Plenitudo legis est charitas &c.

Ecclesiastici quadragesimotertio: Multa dicimus
& deficimus in uerbis, consummatio autem sermonū
ipse est. In omnibus gloriantes ad quid ualebimus?
Ipse enim omnipotens super omnia opera sua. Terribilis
dominus, & magnus uehementer, & mirabilis
potentia ipsius & cætera.

Cyprianus sermon. de baptismo Christi.

Præcipis mihi domine Deus, ut diligam te hic, & possum &
debeo, & totū me & interius & exterius tibi esse iubes obnor-
xiū, & de proximo iubes, ut ad meā eum mensuram com-
plectar. Gratias ago tibi clementissime Deus, quia quod quæ
ris à me, prius ipse donasti, & quomodo tu me dilexeris, si lin-
guis hominum & angelorū loquar, nec digne possum eloqui,
nec uniuersa complecti, quæ mihi gratiæ tuae contulit ampli-
tudo. Iustum est domine ut diligamus te, quia & ipse nos dili-
gis: & iniquū omnino est, ut te in aliquo dilecti tui offendāt.
Vere hoc mandatum legem complectitur & prophetas, & in
hoc uerbo omnium scripturarum uolumina coartatur. Hoc
natura, hoc ratio, hoc domine uerbi tui clamat autoritas, hoc
ex ore tuo audiuimus, hic inuenit consummatiōnem omnis
religio, primum est hoc mandatum & ultimum, hoc in libro
uitæ conscriptum indeficientem & hominibus & angelis ex-
hibet lectionem. Legat hic unum uerbum, & in hoc mandato
meditetur Christiana religio, & inueniet ex hac scriptura
omnium doctrinarum regulas emanasse, & hinc nasci, et hoc
reuerti, quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in onni-
bus irritum esse & fruolum, quicquid dilectio non cōfirmat.
Præcepisti domine aut audiamus dilectum filium tuum, gra-
tias tibi agimus, quia nos eius magisterio commendasti.
Nos uero ex præcepto tuo eius doctrinæ nos tradimus infor-
mandos, & inhærentes ei libenter, eum duce spiritu sancto
omni tempore audiēmus,

Religio-
nis cōsum-
matio.

Doctrinæ
Christi in-
hærendū.

DE VTL

De utilitate verbi Dei.

Numeri nono.

Ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Per uerbum domini figebant tentoria, & per uerbum illius proficiscebant, erantque in excubijis domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

Psalmo ceterisimodecimoctauo: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

Proverbiorū decimosexto: Eruditus in uerbo repcriet bona, & qui sperat in domino beatus est.

Ecclesiastici primo: Fons sapietiae uerbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.

Hieremiae decimoquinto: Inuenti sunt sermones tui & comedи eos, & factum est mihi uerbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei.

Ioannis quinto: Qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam. Et iudicium non uenit, sed transiet à morte ad uitam.

Ephesiorum sexto: Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei.

Colloſſenses tertio: Verbū domini habitet in uobis abundanter, in omni sapientia.

Origenes tomo secundo, in Eſaiam Homelia septima.

Nullum uerbum ita mundum apud Græcos & Barbaros, quale est uerbum legis. Ab omni enim uerbo, ab uniuersa doctrina ueritatem pollicente differt lex, quæ à Deo uobis datur est. Legem enim in adiutorium dedit, ut dicant, non sicut uerbum istud. Quid est, quod non est sicut uerbum istud? Multa sunt uerba, sed nō sicut uerbum istud. Nullum enim uerbum post uerbum Moysi, post uerbum prophetarum, multo autem amplius post uerbum Iesu Christi, & apostolorum eius.

Vide

Secundum
L X X.
Eſaiæ.8
Verbi Dei
summa
laus.

Vide si non clamat sensus Dei quod dictum est. Legem enim in adiutorium dedit, ut dicant qui acceperunt legem in adiutorium, nō est ut uerbum istud quod locutus est Moyses in lega lata per angelos in manu mediatoris. Multo autē dignius potest hoc ecclesia dicere, non est sicut uerbum istud quod caro factum est, quod habitauit in nobis, cuius uidimus gloriam, non sicut Moyses uelamine obtektam, sed gloriam tanquam unigeniti à patre, pleni gratiae & ueritatis. Non est sicut uerbum istud quod suscepit ecclesia, in quo credit, per quod sanabitur. Verbum quod in principio erat apud Deum, Deus uerbum, cui gloria & imperium in secula seculorum.

Verbo Dei
saluamur.

**Idem tomo secundo, De principijs libro secundo,
capite sexto.**

Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris omnibusq; uenis ignem recipiens, & tota ignis esse etā, si neq; ignis ab ea cessit aliquando, neq; ipsa ab igne separatur, nunquam dicemus hanc, quae natura quidem ferri mala est, in igne positam, & indefinenter ardenter, posse frigus aliquando recipere, quinimo (quod uerius est) magis eā sicut in fornacibus sāpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus, quoniā nec aliud in ea nisi ignis cernitur: sed & si quis contingere atq; tractare tentauerit, non ferri, sed ignis uim sentiet. Hoc ergo mō etiam illa anima, quae qua si ferrum in igne, sic semper in uerbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est: omne quod agit, quod sentit, quod intelligit Deus est, & ideo nec conuertibilis & mutabilis dici potest, quę inconuertibilitatem ex uerbi Dei unitate indefiniter ignorata possedit. Ad omnes deniq; sanctos calor uerbi Dei in anima putandus est peruenisse. & cetera.

**Idem tomo primo super Exodus. Homelia deci
matertia.**

Volo uos admonere religionis uestrę exemplis: nostis, quā diuinis mysterijs interesse consuestis, quomodo cum suscipiatis corpus domini, cum omni cautela, & ueneratione seruatis, ne ex eo partū qd decidat, ne cōsecrati muneris aliqd dilabat. Reos emū uos creditis & recte creditis, si quid inde & per negligētiā decidat. Quod si circa corpus eius conseruandū tanta Verbi Dei utimini

neglectus utimini cautela, & merito utimini, quomodo putatis minoris esse piaculi, uerbum Dei neglexisse, quam corpus eius?

piaculum grande. Chrysostomus in Ioannem Homelia decimasexta. In fine.

Christianus solus professoris sue ignarus. Verum attendite quæso. Etenim absurdum quod medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices quisq; præ artis sue professione pugnet, Christianus autem non possit ullam religionis sue afferre rationem. Atqui illæ artes neglectæ, ad pecuniâ dampnum referunt, huius autem contemptus, animæ detrimentum affert: & tamen tanta miseria, tanta infania laboramus, ut in illas omnem curam cogitationemq; adhibeamus. Necessaria autem, & salutis nostræ munimenta firmissima pro nihili ducimus. Hoc nō finit gentiles recognoscere errorem suum, atq; deridere. Nam cum ipsi mendaciori, omnia faciant, ut dogmatum suorum ignominiam defendant, nos autem ueritatis cultores, ne hiscere quidem ad nostra tutanda possimus. Quæ causa est, quin doctrinæ nostræ nimiam damnent imbecillitatem, quin fraudem & stultitiam in nobis suspicentur, quin Christo tanquam mendaci, & multitudinis stultitia fraude sua abutenti maledicat. Huius nos causa blasphemiae.

2. Pet. 3 Hoc nobis Petrus præcipit. Inquit enim: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem, de ea quæ in uobis est fide & spe. Et iterum: Verbum Christi habitet in uobis abundantiter. Sed quid ad hæc respondent fucis stultiores? Benedicta omnis anima simplex, & qui simpliciter ambulat in fidutia ambulat. Hoc autem omnium malorum causa est, quæ non multi scripturarum testimonia in oportunis rebus scintillare adducere. Non enim eo loco simplex pro stulto, & pro eo qui nihil nouit intelligendum est, sed pro nō malo, non uersuato, rantia laudatur. Nam si ita intelligeretur, superuacaneū fuisset dicere: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbae.

Colloff. 3 Matth. 10 Ezechielis tricesimotertio: Venite & audiemus quis sit sermo egrediens à domino. Et uenient ad te quasi singrediatur populus: & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auaritiam

tiam suam sequitur cor eorum, & est eis quasi carmen musicum quod suavis dulcissimus sonus canitur. Et audiunt uerba tua & non faciunt ea: & cum uenerit quod prædictum est, ecce enim uenit, tunc scient quia prophetes fuerit inter eos.

Chrysostomus in Ioannem. Homelia tertia, capite quarto.

Pudeat igitur nos & erubescamus, quinque virorum mulier Ioan. 9 & Samaritana tantam in discendo adhibuit diligentiam, ut neque diei tempore, neque alijs occupationibus a Iesu doctrina abducatur. Nos uero non modo nihil ad diuinarum rerum eruditionem inquirimus, sed in omnibus secure & eodem modo afficimur, propterea omnia negligimus. Verbi Dei collatio & repetitio prodest. Quis nostrorum quæso repetita domo, aliquod Christiano dignum opus aggreditur? Quis scripturarum sensus perscrutatur? Nemo sane, sed alueolos & talos frequenter inuenimus, libros quam rarissimos, quos si habent, ac si non haberent clausos in scrinijs seruant: uel omne suum studium, in membranarum tenuitate, in literarum characteribus quam pulcherrimis consumunt, non ut legendant, non ut usum inde aliquem consequatur, sed ut diuinitias, ut ambitionem ostentent, in his student. Tanta est inanis gloria, nullum ambitiosum audio, qui librum intelligat, sed aureas tamen literas admiratur. Quid quæso hoc lucri? Non propterea nobis scripturae datae sunt, ut in libris dūtaxat habeamus, sed cordi insculpamus. Itaque hæc librorum possessio iudaicæ ambitionis est, quibus in literis præcepta data sunt, nobis non ita, sed in tabulis cordis carneis. Non autem libros comparari prohibeo, sed admoneo, & maiorem in modum rogo, ut eos comparemus, ita tamen, ut & literas, & sensus frequenter in animo repetamus, ut hoc pacto mūdus efficiatur. Nam si in quiete domo euāgelium est, illic diabolus ingredi non audet. Verbi in quanto minus animam ei assiduis lectionibus familiarē, neque corde & demon, neque peccatum attinget. Sanctifica igitur animā, sancta lingua reficita corpus, hoc contingit, si euāgelium semper & animo habueris & lingua.

Iob uigesimali octauo: Sapientia uero ubi inuenitur: & quis est locus intelligentiae? Nescit homo

précium eius: nec inuenitur inter terra suauiter uiuentium. Abissus dicit non est in me, & mare loquitur nō est mecum. Non dabitur aurū obryzum pro ea: nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus: nec la pidi sardonico preciosissimo uel Saphyro. Nec adæquabitur ei aurum & cetera. Vnde ergo sapientia uenit, & quis est locus intelligentiae? Abscondita est ab oculis omnium uiuentium: uolucres quoq; coeli latet. Perditio & mors dixerunt auribus nostris, audiuimus famam eius. Deus intelligit uiam eius, & ipse nouit locum illius &c. Ecce timor domini ipsa est sapientia: & recedere à malo intelligentia.

Chrysostomus in opere imperfecto, capite se-
ptimo.

Gratia enim adiutorium est infirmitatis humanæ. Adiu-
torium autem non dormientibus datur, sed festinantibus &
non præualentibus. Sicut em in bello non omnis qui pugnat
uincit, nemo tamen uincere poterit nisi pugnauerit: Sic non
omnes qui legunt & student acquirunt scientiam spiritualē,
nemo tamen acquirere potest, nisi qui fuerit studiosus ad le-
gendum, aut assiduus ad audiendum. Et infideles, & non ti-
mentes Deum inueniunt scientiam legendō, studendo, sed nō
illam quæ ex Deo est, quæ per spiritum datur: sed hanc quæ
ex natura carnali, quæ per exercitationem carnis acquiritur,
quam habuerunt etiam gentilium studiosi. Multa differen-
tia enim est inter scientias istas. Qui enim orationibus non
instat, nec operibus bonis, sed per solum studium lectionum
factus est sciens, quando alijs prædicat, ipse sibi non sentit qd
prædicat. Si de ira Dei loquitur, alios quidem forsitan terret,
ipse aut̄ forsitan non timet. Si de misericordia, alios forsitan
consolat, ipse aut̄ non gaudet. Sed qn̄ alios docet, ab intus cō
scientia eius ridet sibi de uerbis suis. Quia sciētia quæ ex solis
lectionibus est, ex ore p̄cedit. Qui aut̄ de spū sancto est, ex cor
de proferit. Et ideo spiritualis scientia nō solū dicitur, sed sen-
titur: non tm̄ in scripturis legitur, sed ex corde suggerit. &c.
Idem

Studij laus

Differētia
doctrinārū

Idem Chrysostomus in eodem libro capite uice simoprimo.

Matthæi uicesimoprimo. Quis ex duobus fecit uolūtatem patris? & cætera.

Secularis homo post peccatum facile ad pœnitentiam uenit, nam occupatus negligentia seculari, dum scripturæ non satis attendit, semper ei quæ in scripturis posita sunt noua uideatur. Ideoq; cum audierit aliquid aut de gloria sanctorum, aut de poena peccatorum, quasi nouum aliquid audiens expausescit. Aut dum bona concupiscit, & mala timet, compunctus ad pœnitentiā cito decurrit. Nihil autem impossibilius q; illū corrigeret qui omnia scit, & tamen contemnens bonū diligit malū. Omnia em̄ quæcunq; scit in scripturis, propter quotidianā meditationē ante oculos ei⁹ inueterata & uilia aestimātur. Nam quicquid illi terribile est, usū uilescit. Propterea clericus qui semper meditat scripturas, aut omnino obseruatorius est, & erit perfectus: aut si semel corporis illas contēnere, nunq; excitatur in illis ut teneat illas. Quis aliqui uideat clericū cito pœnitentiam agentem? Et si deprehēsus humiliauerit se, non ideo dolet quia peccauit, sed confundit quia perdidit gloriam suam. Putas ne dominus quasi crudelis clericis pœnitentiā denegauit dicens, si sal infatuatū fuerit in quo condietur? sed quasi naturalē rem esse considerans, quia non est qui doceat illum errantem, qui errantes alios corrigebat.

Lucæ.14

Origenes super Exodus Homelia duodecima, capite tricesimoquarto.

Cum autem quis conuersus fuerit ad dominum auferetur uelamen. Igitur causam auferendi uelaminis contentionē nostram esse dicit ad dominū. Ex quo nobis colligenda sunt indicia, quod donec legentes scripturas diuinās latet nos intellectus, donec obscura sunt nobis et clausa: quæ scripta sunt, nondū conuersi ad dominum sumus. Si enim conuersi essemus ad dominum sine dubio auferretur uelamen. Sed & hoc ipsum, conuertri ad dominum, quale sit uideamus. Et ut eidem scire possimus, quid sit conuersus, dicendū nobis prius est quid sit auersus. Omnis qui cū recitant uerba legis, coibus fabulis occupatur, auersus est. Omnis qui cum legitur Moyses, de negotijs seculi, de pecunia, de lucris sollicitudinem gerit,

Exodi.34

Per uerbū
ad deū com
uertimur.Cōuersio
& auersio
unde est.

D E V T I L I T A T E

auersus est. Omnis qui possessionum curis stringitur, & diuinitatum cupiditate distenditur, qui gloriæ seculi & mundi honoribus studet, auersus est. Sed & qui ab his quidem uidetur alienus, assistit autem & audit uerba legis, & uultu atque oculis intentus, cor de tamē & cogitationibus euagatur, auersus est. Quid est ergo cōuerti? Si his omnibus terga uertamus, & studio, actibus, mente, sollicitudine, uerbo Dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur. Omissis omnibus Deo uacemus, exerceamur in testimonijs eius, hoc est conuersum esse ad dominum. Tu autem si uolueris filium tuum scire literas, quas liberales uocant, scire grammaticam, uel rhetoricam disciplinam, nunquid nō ab omnibus eum uacuum, & liberum reddis? Nunquid non omissis ceteris, huic uni studio dare operam facis? Pædagogos, magistros, libros, impensis, nihil prorsus deesse facis, quo adusque perfectum propositi studij opus reportet. Quis nostrum ita se ad diuinæ legis studia conuertit?

Quis nostrum ita operam dedit? Quis tanto studio ac labore, diuina querit studia, quanto quæsiuit humana? Et quid conquerimur si quod non didicimus, ignoramus. Aliqui uerstrum ut recitari audierint quæ leguntur, statim discedunt. Nulla ex his quæ dicta sunt inquisitio ad iniucem, nulla collatio, nusquam memoria mandati illius quo te diuina lex cōmonet dicens: Interroga patres tuos, & dicent tibi: Presbyteros tuos, & annunciant tibi. Alij ne hoc ipsum quidem patienter expectant, usq; quo lectiones in ecclesia recitetur. Alij uero nec si recitantur, sciunt, sed in remotioribus dominicæ domus locis, secularibus fabulis occupantur. De quibus ego ausus sum dicere, quia cum legitur Moyse, iam non uela mē super cor eorum, sed paries quidem & murus est positus. Si enim ille qui adest, qui audit, & intentus est, & quæ audit retractat & discutit, & quæ assc' qui non potest, percutatur, & discit, uix potest ad libertatem scientiæ peruenire. Illi qui abscondit aures suas ne audiat, & terga in faciem legentis obuertit, quomodo dicendus est uelamen habere superpositum cordi, ad quem ne ipsum quidem uelamē literæ quo sensus uelat qui est sonus uocis, accessit? Videamus ergo, ne nō solū cū Moyse legitur, sed & cum Paulus legitur, uelamen sit positum super cor nostrum. Et manifeste, si negligenter audimus, si nihil studij ad eruditionem, & intelligentiam conferimus,

non so-

Vera conuercio ad Deum.

Pl^o humana quæ diuina quærimus.

Christianorum circa uerbū negligētia

non solum legis, & prophetarum scriptura, sed & apostolorum, Euangeliorum grandi nobis uclamine tegitur. Ego autem uereor ne per nimiam negligentiam & stoliditatem cor dis, nō solum uelata sint nobis diuina uolumina, sed & signata. Ut si detur in manus hominis nescientis literas liber legendus, dicat quia nescio literas: Si detur in manus hominis scientis literas, dicat, quia signatus est. Vnde ostenditur non studium solum nobis adhibendum esse ad discendas literas sacras, uerum & supplicandum domino, & diebus ac noctibus obsecrandum ut ueniat agnus ex tribu Iuda, & ipse accipiens lumen signatum dignetur aperire.

Augustinus in epistola tertia ad Volusianum.

Modus autem ipse dicendi, quo sacra scriptura contextitur, quamvis omnibus accessibilis, tamen paucissimis penetrabilis, ea quae aperta continent quasi amicus familiaris sine fuso ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea uero quae in mysterijs occultat, nec ipse eloquios superbo erigit, quod non audeat accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitie, sed inuitat omnes humili sermone, quos nō solum manifesta pascat sed etiam secreta exerceat ueritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderant, desiderata quodammodo renouant, renouata suauiter intimatur. His salubriter & prava corrigitur, & parua nutriuntur, & maga oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui uel errando ea nescit esse saluberrimam, uel odit & grotando medicinam.

Zachariæ decimo: Petite à domino pluuiam in tempore serotino: & dominus faciet niues & pluuiam imbris: & dabit eis singulis herbam in agro. Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini uiderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra, & uane consolabantur & cetera.

Proverbiorum quinto: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuenter fontes tui foras, & in placeis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit uena tua benedicta, & longe

Non solum
studiū sed
oratio etiā
nobis ne-
cessaria

Scriptura
omnibus ac
cessibilis,
sed non
omnibus
penetrabi-
lis.

tare cum muliere adolescētię tuę. Cerua charissimę,
& gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te om̄i
tempore, & in amore eius delectare iugiter. Quare
seduceris fili mi ab aliena, & fouveris in sinu alterius.

Prouerb. viij. Dic sapientiæ soror mea es: & prudē
tiā uoca amicam tuā. Ut custodias te à muliere extra
nea: & ab aliena quæ uerba sua dulcia facit.

Ambrosius ad Constantium, libro septimo, epi
stola quadragesimaquarta.

Scriptura diuina est mare. Mare est scriptura diuina, habens in se sensus profundos, at
titudinem propheticorum ænigmatum, in quod mare pluti
ma introjerūt flumina. Sunt ergo flumij dulces atq; perspicui,
sunt & fontes niuei qui saliunt in uitam æternam, sunt & ser
mones boni, si ut faui mellis, & gratae sententiae quæ animos
audientium spirituali quodam potu irrigent, & p̄receptorū
mortaliū suauitate mulcent. Diuersa igitur scripturarum
diuinarū fluenta. Collige aquam Christi, illā quæ laudat do
minus. Collige aquam de pluribus locis quam effundūt nu
bes propheticę. Quicunq; colligit de mōribus aquam, atq; ad
se trahit, uel haurit e fontibus, & ipse rigat sicut nubes. Imple
ergo gremium mentis tuae, ut terra tua humescat, & domesti
cis irriget fontibus. Ergo qui multa legit & intelligit impletus
qui fuerit impletus alios rigat. Ideoq; scripture dicit: Si im
plete fuerint nubes, pluiam in terram effundent. Sint ergo
sermones tui profusi, sint puri & dilucidi, ut morali disputa
tiōe suauitatē infundas popolorū auribus, & gratia uerborū
tuorū plebē demulcas, ut uolens quō ducis sequat. Quod il
aliqua uel in populo, uel in aliquib; cōtumacia uel culpa est,
sunt sermones tui huiusmodi ut audientē stimulent, compun
gant male consciū. Sermones enim sapientum tanq; stimuli

**Doctrina Christi a
qua cōpar
atur.**

Eccle. 12

**Lausepisto
Iarū Pauli
a postoli.**

Hieronymus in Apologia aduersus Iouinianum
tomo tertio.

Paulū apostolū proferā, quę quotiescumq; lego, uide orationē
nō uerba audire, sed tonitrua. Legite epistolas eius, & maxime
ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios. In quibus tot⁹ in certa
mine positus, & uidebitis cum in testimonij⁹ quæ sumit de ue
teri testis

teri testamento, quam artifex, quam prudens, quam dissimilator sit eius quod agit. Videntur quædam uerba simplicia, & quasi innocētis hominis ac rusticani, & qui nec facere nec declinare nouerit insidias. Sed quocunque respexcris fulmina sunt. Hæret in causa, capit omne quod terigerit, tergum uerit ut superet, fugam simulat, ut occidat & cetera.

Ex epist. Hieronymi ad Paulinum tomo quarto:

Paulus apostolus ad pedes Camaliel's legem domini & prophetas se didicisse gloriatur, ut armatus spiritualibus telis, potestea diceret confidenter: Arma militis nostræ non carnalia Arma non sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionū consilia stra uerbū destruētes. & omnem altitudinē extollentē se aduersus scien-
tiam Dei, & capiūtātē omnem intellectum ad obediendū Christo, & subiugare parati cunctam inobedientiā. Ad Ti-
motheum scribit ab infantia sacris literis eruditū, & hortat
ad studiū lectionis, ne negligat gratiam quæ data fit ei per im-
positionem manus presbyteri. Tito præcipit ut inter cæteras
uirtutes episcopi, quem breui sermōne depinxit, scientiā quoque
eligat scripturā. Obtinentē, inquit, cum qui secundum do-
ctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in do-
cerina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusti-
citas solī sibi prodest, & quantū edificat ex uitę merito ecclē-
siam Christi, tantum nocet si destruēntibus non refusat. Ad Titū. 1
Sancta ru-
sticitas so-
lum sibi

Ecclesiastici primo: Fons sapientiæ uerbum Dei in prodest.
excelsis, & ingressus illius mādata æterna &c. Vnus
est altissimus creator omnium omnipotens & rex po-
tens, & metuendus nimis: sedēs super thronum illius
& dominans Deus. Ipse creauit illam spiritu sancto,
& uidit & dinumerauit & mensus est. Et effudit il-
lam super omnia opera sua, & super omnem car-
nem, secundum datum suum præbet illam diligen-
tibus se.

Esaiae quinquagesimoquinto. Et quomodo descen-
dit imber & nix de cœlo, & illuc ultra non reuerti-
tur, sed inebriat terram & infundit eam, & germi-

narc eam facit: & dat semen seminati, & panem come-
denti: sic erit uerbum meum quod egredietur de ore
meo. Non reuerte' ad me uacuum: sed faciet quæcumque
uolui: & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Gregorius super Cantica.

Canti. 4

Fons hortorum, puto aquarum uiuentium. Sed sciendum
quod scriptura diuina in quibusdam manifesta existens, in qui-
busdam uero locis obscuram se præbens, & aliquando leuiter
sicut fons potatur, & aliquando magna inquisitione eget, ut
iuenta sumatur. Quod uero sanctæ scripture intellectus per
quam designetur, ostenditur alibi, cum diuina uoce de repro-
bis dicitur: Mittam eis simili aquæ & famæ panis. Et per Esaiam
dicitur: Auferet dominus ab Hierusalem & Iuda omne robur
panis, & omne robur aquæ, Vbi notandum quod robur panis
prius, & postea robur aquæ aufertur. Dum enim grauia scri-
pturæ dicta non perquirunt ut mandantur, paulatim à scien-
tia decidet mens, ut aliquando etiam nec leuia intellectu ca-
piantur.

Gregorius super Ezechielem libro primo. Homine
lia sexto in principio.

Tenebrosa aqua in nubibus aëris, quia obscura est scientia
in prophetis. Sed Salomonis uoce attestata didicimus: Quod
gloria regum cælare uerbum, & gloria Dei est, inuestigare ser-
mone: quia & honor est hominum, eorum secreta abscon-
dere: & gloria Dei est, mysteria sermonis eius aperire. Ipsa au-
tem per se ueritas discipulis dicit: Quæ dico uobis in tenebris,
dicite in lumine, id est, aperte exponite, quæ in allegoriarum
obscuritatibus auditis. Magnæ uero utilitatis est, ipsa obscu-
ritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum ut fatigatione di-
Verbi Dei latetur, & exercitatus capiat, quod capere non potest otiosus.
obscuritas Habet quoque adhuc maius aliud, quia scripturæ sacræ intelli-
prodest gentia, quæ si in cunctis esset aperta, uilesceret, in quibusdam
locis obscurioribus tanto maiore dulcedine iuenta reficit,
quanto maiori labore fatigat animam quæsita.

Ecclesiast. xviiiij. Qui uiuit in æternū creauit omnia
simil: Deus solus iustificabitur, & manet inuictus
rex in æternum. Quis sufficiet enarrare opera il-
lius? Quis

Illes! Quis em̄ inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enūtiabit: aut quis adiſcet enarrare misericordiam eius? Nō est minuere ne que adiſcere, nec est inuenire magnalia Dei. Cum conſummauerit homo tūc incipiet: & cum quieuerit ope rabitur.

Augustinus Epistola tertia ad Volusianum.

Tanta est enim Christianarum profunditas literarum, ut Literar. sa
in eis quotidie proficerem, si eas solas ab incunte pueritia usq;
ad decrepitā senectutem, maximo otio, summo studio, melio-
re ingenio conarer addiscere. Non quod ad ea quae necessaria
sunt saluti, tāta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisq;
ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteq; nō uiuitur, tam multa,
tamq; multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelli-
genda proficiensibus restant, tantaq; non solum in uerbis qui
bus ista dicta sunt, uerum etiam in rebus quae intelligēdæ sunt
latet altitudo sapiētiae, ut annosissimis, acutissimis, flagrantil-
simis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptu-
ra quodā loco habet: Cum cōſummauerit homo, tūc incipit. Ecclesia. 18

Volusianus ad Augustinum, Epistola secunda.

Amplexor gratiam muneris imperati, meq; libens in disci-
plinas tuas offero, ueteris sententia autoritatem securus, quæ Nulla etas
nullam ad perdiscendam abundare credit ætatem. Neq; imme- ad oīa di-
rito sapiens prudentia studia nullis terminis neq; fine conclu- scenda sus-
seratur adeuntibus, ut omnis protinus ad agnitionē patescat. ficit.

**Hieronymus ad Nepotianum de uita clericorum,
tomo primo.**

Vnde & sapiens uir ille Græciæ Themistocles cum expletis Dolor The-
centum & septem annis, se mori cerneret, dixisse fertur, se do- mistoclis.
lere, quod tunc egredetur de uita, quando sapere cōpisset.

Bernardus ad fratres de monte Dei.

Fortuita enim & uaria lectio, & quasi casu reperta, non ædi-
ficat, sed reddit animum instabilem: & leuiter admissa, leuiter
recedit à memoria. Sed certis ingenii immorādum est, & as-
suefaciens est animus. Quo em̄ spiritu scripturæ factæ sunt, Scriptura
eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Nun- diuina spi-
 quam

ritu legi quam ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonae intentio
defiderat. mis in lectione eius, & studio assidue meditationis spiritu eius
immoiberis. Nunq intelliges David, donec ipsa experientia, ipsos
Psalmarum affectus indueris. Sicq de reliquis.

Augustinus ad Memorium, Epistola cxxxii.

Est enim hic sanctus frater & collega noster Posidius per no-
strum ministerium non literis illis, quas uariarum serui li-
bidinum, liberales uocant, sed dominico pane nutritus, quan-
tum ei potuit per nostras angustias dispersari. Quid enim aliud
dicendum est eis qui cum sint iniqui & impi, liberaliter sibi ui-

Ioan. 8 dentur erudit, nisi quod in literis uere liberalibus legimus. Si
uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis? Neque enim ha-
benit congruum libertati, nisi quod habent congruum ueritas

Ioan. 8 ti. Vnde ille ipse filius. Et ueritas inquit liberabit uos. Non er-
go illæ innumerabiles & impia fabulae, quibus uanorum pte-
ra sunt carmina poëtarum, ullo modo nostræ consonant lie-
bertati. Non oratorum inflata & expolita mendacia. Non de-
nig ipsorum philosophorum garrulæ argutie, qui uel Deum

Scripturæ
gentilium
nugæ &
mendacia. Dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, qua so-
la liberamur de corpore mortis huius, non cognoverunt, nec
in eis ipsis quæ uera sunt senserunt. Historia sanæ, cuius scripto-
res fidem se præcipue narrationibus suis debere profitentur,
fortassis habeat aliquid cognitione dignum liberis, cum siue bona

Historici siue mala hominum narrantur, tamen uera narratur. Quam
etiam in mul-
tis fallunt
ur in eis cognoscendis, qui spiritu sancto non adiutis sunt, ru-
pulsi sunt, quemadmodum non fallerentur in plurimis omni-
no non video. Est tam in eis aliqua propinquitas libertatis,
si uoluntatem mictiendi non habent, nec homines fallunt, nisi
cum ab hominibus humana infirmitate falluntur.

Tertullianus libro de præscriptione hereticorum.

Vnde dicā Hæreses dictæ sunt Græca uoce ex interpretatione electio-
tur hære-
sis, qua quis siue ad instituendas siue suscipiendas eas utitur.
Ideo & sibi damnatum dixit hereticum, quia & in quo damna-
tur

tur sibi elegit. Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxit. Apostolos domini habemus autores, qui nec ipsi quicq; ex suo Apostoli arbitrio quod inducerent elegerunt: sed accepta à Christo di- nihil ex se disciplinam fideliter nationibus adsignauerunt. Itaq; etiā si an^r elegerunt, gelus de celis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. Prouiderat iam tunc spiritus sanctus futurum in uirgine quadam Philumene angelū seductionis, transfigurātem se in angelum lucis: cuius signis & præstigijs Apelles inductus, nouam hæresim induxit. Hæ sunt doctrinæ hominum & dæmoniorum, prurientibus auribus natæ, de ingenio sapientiæ secularis: quam dominus stultitiæ uocans, stulta mundi confusione etiam philosophiæ ipsius elegit. Ea est materia sapientiæ secularis, temeraria interpres diuinæ naturæ dispositionis. Ipse deniq; hæreses à Philosophia subornantur. Inde æones & formæ nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentiniū: Platonicus fuerat, & cætera. Et quod proxime Valentinus proposuit. Vnde Deus! Scilicet de Enthymesi, & Ecclomate sequit̄ Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi, uersipellem, in sententijs coactam, & cætera. Hinc illæ fabulæ & genealogiæ indeterminabiles, & cætra.

Augustinus libro retractationū primo capite I.

Nam quantum attinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius, quam mens & ratio, sed non secundum ipsam debet uiuere, qui beate uult uiuere: alioquin secundum hominem uit, cum secundum Deum uiuendum sit, ut possit ad beatitudi- Secundum nem peruenire, propter quam consequendam, non seipsa de- Deū uiuenbet esse contenta, sed Deo mens nostra subdenda est. dum est,

Eodem libro capite tertio.

Verum in his libris displaceat mihi sepe interpositum fortunæ uocabulum. Et quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti nesciunt, quidam autē qui sciunt eas, sancti Augustini etiō sunt. Et quod multis quasi alias deas, quamuis iocando commemorauit. Et quod philosophos non uera pietate preditos, dixi uirtutis luce fuluisse, & cætra.

Esaiae uigesimonono: Et addent mites in domino latitiā, & pauperes homines in sancto Israēl exultabunt: quoniam defecit qui præualebat, consummatus est illus-

ellusor, succisi sunt omnes qui uigilabant super iniuriam, qui peccare faciebant homines in uerbo, & argumentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra a iusto.

Sapientiae octauo: Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amauit & exquisiui eam a iuuetute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius, & cætera. Quæ scit præterita, & de futuris æstimat. Scit uersutias sermonum & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & evenitus temporum & seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad coniuadum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis: & erit allocutio cogitationis & tædij mei. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem cōuersatio illius: nec tædiū conuictus illius, sed lætitia & gaudiū.

Hieronymus in Proœmio libri primi commentariorum ad Ephesios, tomo nono.

Si quicquam est Paula & Eustochium, quod in hac uita sapientem uitum teneat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse uel primum reor, meæ scripturae & scientia ditationem & sciætiā scripturarum. Cum enim a cæteris animalibus hoc uel maxime differamus, quod rationale animal sumus, & loqui possumus. Ratio autem omnis & sermo, diuinis libris continetur: per quos & Deum discimus, & quare cretati sumus nō ignoramus: miror quosdam extitisse, qui aut ipsi se inertiæ & somno dantes, nolint quæ præclaræ sunt discere: aut cæteros qui id studij habent reprehendendos putent. Quibus cum possim distractius respōdere, & breuiter eos uel offensos dimittere, uel placatos, multo esse melius scripturas legere, quam augendis & cumulandis opibus inhiare.

Primo Machabæorum decimo: Et fugierunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bachides edificauit.

ficauerat, & reliquit unusquisque locum suum, & abiisse
in terram suam, tantum in Bethsura remanserunt ali
qui ex his qui reliquerat legem & præcepta Dei: erat
enim haec eis ad refugium.

Numeri uigesimoprimo: Et ex eo loco apparuit
puteus, super quo locutus est dominus ad Moysen:
Cōgrega populū, & da ei aquam. Tunc cecinit Israēl
carmen istud: Ascendat puteus concinebant, puteus
quem foderunt principes & parauerunt duces multi
tudinis in datore legis, & in baculis suis.

Quarto Esdræ primo: Testor populi ueniētis gra-
tiam, cuius paruuli exultant cum laetitia me non uidē
tes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi.
Et nunc frater aspice, quæ gloria, & uide populū ue-
nientem ab oriente, quibus dabo ducatum Abraham
Isaac & Iacob & Ozeas & Amos & Micheas & Abdias
& Ionæ, & cætera.

Zachariæ decimotertio: In die illa erit fons patēs
domui Dauid, & habitatibus Hierusalem, in ablutio-
nem peccatoris & menstruatę. Et erit in die illa dicit
dominus exercituum. Disperdam nomina idolorum
de terra, & non memorabuntur ultra. Et pseudopro
phetas, & spiritum immundum auferam de terra,
& cætera.

Quarto Esdræ secundo: Mittam tibi adiutorium
pueros meos Esaiam & Ieremiam: ad quorum consi-
lium sanctificaui, & cætera.

Hieronymus tomo octauo, In Psalmum lxxxvi.

Fundamenta eius in montibus sanctis, Versu.

Dominus narrabit in scriptura populorum, & principum,
horum qui fuerunt in ea. Non dixit qui sunt in ea, sed qui fue-
runt in ea. Dominus narrabit, & quomodo narrabit? Non uer-
bo, sed scriptura. In cuius scriptura? In populorum. Non suffi-
cit in

Scriptura est in populorum, sed etiam principum dicit. Et quorum principum cipum? Qui sunt in ea? Non dixit hoc, sed qui fuerunt in ea. Vnde sit.

2. Cor. 13 gimus Apostolum Paulum, legim⁹ Petrum, & legimus illum dicentem: An experimentum eius queritis qui in me loquitur.

Matth. 10 Christus! Et quod Paulus loquitur, loquitur Christus. Qui em⁹ uos recipit me recipit. Dominus ergo noster atque saluator, narrat nobis & loquitur in scripturis principum suorum. Do-

minus narrabit in scripturis populorum, in scripturis sanctis. Scriptura omnibus data. Quae scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant. Quod dicit hoc est: sicut scripserunt Apostoli, sic & ipse dominus: hoc est per Euangelia sua locutus est, nō ut pauci intelligerēt, sed ut omnes. Plato scripsit in scriptura, sed nō scripsit populis, sed paucis. Vix enim intelligunt tres homines. Iste uero, hoc est, principes ecclesiæ, & principes C H R I S T I, non scripserunt paucis, sed uniuerso populo. Et principum hoc est Apostolorum, & euangelistarum, horum qui fuerunt in ea. Videte quid dicat: Qui fuerunt, non qui sunt, ut exceptis Apostolis quodcumq; aliud postea dicetur, abscindatur, non habeat postea autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit alius post Apostolos, quamuis disertus sit, non habet autoritatem. Quoniam dominus narrat in scripturis populorum, &

Apostoli uniuerso populo scripserūt. principum horum qui fuerunt in ea.

Ezechielis tricesimoquarto: Vt pastoribus Israël qui pascunt semetipsos. Nōnne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini; & quod crassum erat occidebatis, gregem autē meū non pascebatis. Quod infirmum fuit nō consolidastis, & quod ægrotum nō sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austera te imperabatis eis & cū potentia, & cætera. Viuo ego dicit dominus Deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationē omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor: neque enim quæsierunt pastores gregem meum, sed pascebant pastores

stores semetiplos, & greges meos non pascebant: propteræ pastores audite uerbum domini. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetiplos.

Esaïæ uigesimo octauo: Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à uino, errauerunt in ebrietate, nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium, & cætera. Et erit eis uerbum domini: manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut uadat & cadant retrorsum & conterantur, & illaqueantur & capiantur. Propter hoc audite uerbum domini uiros illusores, qui dominamini super populum meū qui est in Hierusalem, & cætera.

Hieronymus tomo sexto in Nahum prophetam, capite tertio in fine.

Dormitauerunt pastores tui rex Assur,
& cætera.

Semper Diaboli studium est, uigilantes animas consopire. Deniq; & in passione domini Apostolor; oculos graui sopore premir, quos saluator suscitans ait: Vigilate & orate, ne intræ Marci 14 tentis in temptatione. Et rursus: Quod uobis dico, omnibus dico, Marci 13 uigilate. Et quia nō cessat semper consopire uigilates, quoscumque ille deceperit, & quasi sui uiri & pernicioſo carmine Sirenarum illexerit ad dormiendum, excitat sermo diuimus & dicat: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus. In aduentu ergo Christi & sermonis Dei, & doctrinæ ecclesiastice, & collectionis Niniuæ speciocissimæ quondam meretricis, eleuabitur & properabit populus, qui sub magistris ante fuerat consopitus, & ibit ad montes scripturarum, ibiq; inueniet mo[n]tes Moysen & Iesum filium Naue, mo[n]tes prophetas, montes noui testamenti, Apostolos & Euangelistas. Et cum ad tales montes configerit, & in huiusmodi montium fuerit lectione uersatus,

In fine mñ
di populus
per se uer-
bum Dei
leget.

uersatus, si non inuenierit qui eum doceat. Messis enim multis, operarij autem pauci. Tunc & illius studium comprobabitur, qui confugerit ad montes, & magistrorum desidia coargueretur.

Hieronymus *tomo quinto: in Hieremiam, cap. ix.*

Et post Baalim, inquit, abierunt, quos didicerunt a patribus suis. Baal idolum Sidoniorum est, & est numeri singularis. Baal non patrum lim uero pluralis numeri. Ergo nec parentum, nec maiorum sed scriptu error sequendus est, sed autoritas scripturarum, & Dei docentis autoritatis imperium.

Malachias tertio: Inferte omnem decimam in horas seruanda.

reum meum, ut sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit dominus: Si non aperuero uobis caracteras cœli, & effudero uobis benedictionem usq; ad abundantiam, & cetera.

Esaiæ quinquagesimoquinto: Omnes fitientes uenite ad aquas, & qui non habetis pecuniam, pro parte, emite & comedite. Venite emite absq; argento & absq; ulla commutatione uinum & lac. Quare appenditis argentum, non in panibus, & labore uestrum non in saturitate: & cetera.

Hieronymus super illud libro decimoquinto, capite quinquagesimoquinto.

Simul increpat eos, qui sequuntur sapientiam secularem, & peruersas hereticorum simulatasq; doctrinas, & phariseorum traditiones, omnemq; falsi nominis scientiam, quæ eleuat contra Deum, & magnis pretijs ac labore continuo appendit ar gentum pro ea disciplina, in qua non sunt panes: & sudat pro his cibis, in quibus nulla saturitas est. Ex quo ostenditur, eam sectandam esse sapientiam, quæ non est in folijs ac flore uerborum, sed in medullis ac fructibus sensuum: quæ nō aurem pre teruolat, sed animum reficit. Quam ut discamus, non transsumus maria, nec magnis sumptib; indigemus, sed prope est uerbum in ore nostro, & in corde nostro.

Iob decimonono: Quare ergo nunc dicitis perse quamur

*Verbum Dei
sine argen
to discit.*

quamur eum , & radicem uerbi inueniamus contra eum: Fugite ergo à facie gladij, quoniam ultior iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

Secundo Paralipomenon uigesimoquarto: Et reliquerunt templum domini Dei patrum suorum, seruirentq; lucis & sculptilibus: & facta est ira domni contra Iudam & Hierusalem propter hoc peccatum. Mittebatq; eis prophetas ut reuerteretur ad dominum, quos protestates illi audire nolebant. Spiritus iraque Dei induit Zachariā filium Ioiadē sacerdotē, & stetit in cōspectu populi, & dixit eis: Hęc dicit dñs Deus noster: Quia transgredimini praeceptum domini quod uobis non proderit, & dereliquistis dominū ut dēlinqueret uos. Qui congregat aduersus eum miserūt la pides iuxta regis imperium, & cetera.

Esaiae octauo: Omnia enim quæ loquitur populus iste coniuratio est, & timorem eius ne timeatis neque pauetatis . Dominū exercituum ipsum sanctificate & ipse paucor uester, & ipse terror uester, & erit uobis in sanctificationem: in lapidem autē offensionis & in petram scandalī duabus domibus Israēl, & in laqueū & in ruinam habitantibus Hierusalem, & cetera.

Secundo Paralipomenon uigesimo: Sed cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residiū, ut oculos nostros dirigamus ad te.

Tertio Regum uigesimo secundo: De Michæa propheta, quem percussit Sedechias.

Amos septimo: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israēl. Non adiiciam ultra superinducere eum, & demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israēl desolabūtur. Et consurgam super domum Hie-roboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel

e ad Hie-

220 DE UTILITATE
ad Hieroboam regem Israël dicens: Rebellauit con-
tra te Amos in medio domus Israël: non poterit ter-
ra sustinere omnes sermones eius, & cætera.

Sapientie decimo: Hæc uenditum iustum non de-
reliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq[ue]
cum illo in foueam, & in uinculis nō dereliquit illum,
donec afferret illi sceptrum regni & potētiam aduer-
sus illos qui eum deprimebant: & mendaces offendit
qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æter-
nam. Hæc populum iustum & semen sine querela libe-
rauit à nationibus quæ illum opprimebant. Intrauit
in animam serui Dei, & stetit contra reges horribilos
in portentis & signis.

Hieronymus in Hieremiam tomo quinto, capite
uigesimo sexto.

Nota mo- Et audierunt sacerdotes & prophete, & omnis po-
res etiā no- pulus Hieremiam loquentem uerba hæc in domo do-
stri tempo mini, & cætera.
rīs.

Sacerdotes & prophete (q[ui]s pseudoprophetas manifestius.
Septuaginta transtulerunt,) irascuntur Hieremiæ, quod uera
Verbū Dei prædicat, & subuerso templo, & ciuitate deserta, sit peritura
lucro & a religio, & lucra ex religione uenientia: idcirco apprehendunt
uaritię cōtrariatur. eum, & consentiente sibi populo, morti destinant: quare dixo
rit in nomine domini, sicut Silo erit domus hæc: & urbs deso-
labitur, eo quod nō sit habitator. Si quādo igitur propter mā-
data domini & fidei ueritatē, uel sacerdotes nobis uel pseudo-
prophetæ, uel deceptus populus irascitur, nō magnopere cure-
mus, sed exequamur sententiam Dei, nequaq[ue] præsentia mala,
sed futura bona animo cogitātes. (Et congregatus est omnis
populus aduersus Hieremiam in domū domini, & cætera.) Hie-
remias in templo uerba domini prophetabat, & dixerat, do-
mum istam sicut Silo, & urbem hæc in maledictionem dabo,
cunctis gentibus terræ: statimq[ue] à sacerdotibus, & prophetis,
& populo seditione commota, omne uulgas aduersus prophe-
tam congregatur in templum, ubi erat propheta: & sacerdo-
tum,

cum, ac prophetarum uulgiq; manibus tenebatur. Quod cum audissent principes ciuitatis, qui in domo regia uerabantur, transierunt siue ascenderunt de domo regis in domum domini. Notandumq; q; ire ad domum domini, semper ascensus fit. Se deruntq; in introitu portæ dñi nouæ. Principum em erat offi **Principes** cium sedere in porta domus dñi, & ibi negoti, & seditionis co sint iudi gnoscere ueritatem. Noua aut porta dicitur: quia qui sedebât ces uerbi. in ea, & iudicio præterat, sacerdotum, & pseudoprophetarum cā lumiua resistebant. Et locuti sunt sacerdotes, & cætera. Sed enim tibus urbis principibus in porta templi, & in porta noua qui de regis palatio ad templum cucurrerant, ut seditio populi sed ref, & cōcione populi cōgregata, accusant sacerdotes, & pseudoprophetarum Hieremiā, perieratq; propheta, quantū fuit in sa terdotibus, & prophetis, si accusatores ipsi habuissent iudicij potestatē. Ex quo intelligimus crudeliores fuisse in prophetā; per inuidiam sanctitatis, qui religione uidebantur dediti, q; qui necessitatibus publicis præerant, & cætera.

Psalmo centesimo decimo octavo: Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, sed nō ut lex tua. Omnia manda tua ueritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me.

Secundo Paralipomenon tricesimo sexto: At illi sub sannabant nuntios Dei, & paruipendebat sermones eius: illudebantq; prophetis, donec ascenderet furor dñi in populum eius, & esset nulla curatio, & cætera.

Hieronymus tomo quarto, in regula Monachorum.

Veritas quidem claudi & ligari potest, uinci non potest, que Veritas & suorum paucitate cōtentia est, & multitudine hostium non uinci non terretur. Possunt homines quamvis iusti aliqua simulare pro potest, tempore, ob suam aliorumq; salutem.

Chrysostomus in Plegmatibus.

Nullo subsidio opus habet ueritatis robur, etiā si innumeris sint qui eam conent exinguere: quin per eos qui uim illi faciunt, tam nihil obscurat, ut etiam multo clarior & subtilior euadat: ridens insanientes illos, & frustra se torquentes.

Threnorum quarto: Paruuli petierunt panem, &

292 D E V T I L I T A T E
non erat qui frangeret eis.

Primo Machabæorum sexto : Et remanserunt in
sanctis viris pauci, quoniam obtinuerat in eos famas:
& dispersi sunt unusquisque in locum suum.

Exodi decimotertio : Memento diei huius, in qua
egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis: quo-
niam in manu fortis duxit uos dominus de loco isto,
ut non comedatis fermentatum panem & cætera. Non
apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cun-
ctis finibus tuis. Narrabisq; filio tuo in die illa dicēs:
Hoc est qd fecit mihi dominus quando egressus sum
de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi
monimentum ante oculos tuos: & ut lex domini sem-
per sit in ore tuo, & cætera.

Hieronymus in Ezechielem tomo quinto , capite
duodecimo in fine.

Panem suum in solitudine comedent , & aquam
suam in desolatione bibent, & cætera.

Faines uerbi Disciplina maxima.
Possimus iuxta anagogen habitatores Hierusalem creden-
tes Christo dicere, qui habitant in ecclesia. Et si per peccata il-
lius offensam meruerint , comedant panem cum egestate , &
bibant aquam cum merore & angustia. Nō cibum panis, nec
potum aquæ sed famem sermonis, & doctrinæ Dei sustinētes.
Quando enim uel uitio principum, qui capiendi sunt, & tra-
dendi Babylonij, uel nostra duritia perdiderimus sermonem
Dei, aquasq; non meruerimus habere utiles, tunc in dolore &
penuria nostrum sumemus cibum , & terra perdet multitudi-
nem credentium , & ciuitates quæ in toto orbe intelliguntur
ecclesiæ desolabuntur , & terra deserta erit, ut omnes sciant
quia offensa sit domini. Quod quidem in persecutionis tempo
re intelligere possumus, & cætera.

Prouerbiorum nono: Aquæ furtiuæ dulces sunt, et
panis absconditus suauior.

Ecclesiastici undecimo: Admitte ad te alienige-
nam,

V E R B I D E I. 295
nam, & subuerteret te in turbine: et ab alienabit te à uñs
proprijs.

Ecclesiastici uigesimotertio : Homini fornicario
omnis panis dulcis , nō fatigabitur transgrediens us-
que ad finem . Omnis homo qui trāsgreditur lectum
suum contemnens animam suam , & dicens : quis me
uider? Tenebræ circundant me, & cætera.

Genesis decimoquarto: Non accipies uxorem filio
meo de filiabus Chanaam in quorū terra habito : sed
ad domum patris mei perges , & de cognatione mea
accipies uxorem filio meo.

Hieronymus in epistolam ad Titum tomo nono,
capite tertio.

Stultas autem quaſtiones, & cætera.

Dialectici quorum Aristoteles princeps est, solent argumen Quaſtio-
nationum retia tendere , & uagam Rhetoricæ libertatem in nes, & lites
ſyllogiſmorum spineta cōcludere: hi ergo qui in eo totos dies uerboꝝ re-
& noctes terunt, ut uel interrogent uel respondeant: uel dent futantur.
propositionem uel accipient, aſſumāt, confirment, atq; cōclu-
dant, quodſā contentiosos uocant: qui ut libct, nō ratione ſed
ſtomacho diſputent litigantium. Si igitur illi hoc faciūt, quo-
rum proprie ars contentio eſt : quid debet facere Christianus
niſi omnino fugere contentionē? Rixæ quoq; legales penitus
reſpueſdæ ſunt, & Iudeorꝝ ſtultiæ relinquentæ. Sunt enim
inutiles, & uanę: quę tantum ſpeciē ſcientiæ habent, cæterum
nec dicentibus, ne audiētibus proſunt. Quid em mihi prodeſt
ſcire quot annos uixerit Mathusalem: quoṭ aetatis ſuę anno
Salomon ſortitus fit coniugem: ne forſitan Roboam undeci-
mo aetatis illius anno natus eſſe credatur? & multa iſtiuſmodi,
quaꝝ aut difficile eſt inuenire propter librorum uarietatem, &
(dum paulatim de inemendatis inemendata ſcribunt) errores
inolitos: aut etiā ſi inuenierimus magno ſtudio & labore nihil
profutura cognouimus. Frequenter accidit ut habeamus pu- Pugnē uer
gnas legis, nō ob desideriū ueritatis, ſed ob iactantiā gloriæ, boꝝ uanā
dum apud eos qui audiunt, docti uolumus aſtimari: aut certe gloriā quę
ex hoc rumſculo turpia ſectamur lucra. Quid enim prodeſt runt.

294 . D E V T I L I T A T E

spumantibus labris, & latratu garrire canum, cum simplex & moderata respōsio, aut possit te placare si uera est: aut si falsa, leniter à te & placabiliter emendari?

Ecclesiastes quarto: Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo, & de mendacio in eruditio[n]is tuę confundere.

Hieremias quadragesimoquarto: Sermonē quem locutus es ad nos in nomine domini nō audiēmus ex te: sed facientes faciemus omne uerbum quod egreditur de ore nostro, ut sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in urbibus Iuda & in plateis Hierusalem: & saturati sumus panibus & be-ne nobis erat, malumq[ue] non uidimus. Ex eo autē tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cœli & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus, & cætera.

Iudicium secundo: Suscitauit dominus iudices qui liberarent eos de uastantium manibus: sed nec eos audire uoluerunt, fornicantes in diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt uiam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata domini omnia fecere contraria, & cætera.

Hierony. in Hiere. tomo sexto, capite uigesimo.

Quia factus est sermo domini in opprobrium, & in derisum tota die. Et dixi: Non recordabor eius (sive nō nominabo dominum) nec loquar ultra in nomine eius. Et factus est in corde meo, quasi signis expectuans, claususq[ue] in ossibus meis, & derigans est. feci (sive dissolutus sum,) ferre nō sustinens, & cætera. Clamante me atq[ue] dicente, quod iam Babylonius ueniret exercitus, & omnia hostilis gladius prædaretur: uersus est mihi sermo domini in opprobrium, atq[ue] derisum, dum tarditatē prophetiae putat esse mendacium. Quam ob rem in mea mēte decreui, ut ultra ad populum Dei uerbis non loquerer, nec nomen illius nominarem.

narem. Quod cum pudore superatus, uerecundie quidem, sed
sulte cōstituissim, factus est, inquit, in corde meo, quasi ignis. Tētatio eo
exstūs, claususq; in ossibus meis, siue undiq; dissolutus sum, rū qui p̄z
ita ut ferre nō possem. Cōceptus em̄ animo sermo diuinus, nec dicas uer
ore prolatuſ ardet in pectore. Vnde & Paulus loquitur: Si euā hum Dei.
gelizauero, nō est mihi gloria. Necessitas em̄ mihi incūbit. Vx 1.Cor.9
em̄ mihi est n̄i euā gelizauero: si em̄ uolens hoc ago, mercede
habeo: si autē inuitus, dispensatio mihi credita est. Sed & ple
tiq; doctore in Ecclesia, usq; hodie similia sustinent: audientes
uiuperationem multorum congregator, aduersum se in cir
cūtu, atq; dicentiu: Persequimini, & perseguamur eos.

Hieronymus in Michēa capite sexto, tomo sexto.

Congregationem diuitiarum sequitur mendacium, & ma
nus assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possi
det. Veritas paupertatem, mēdaciūm diuitias patit. Cum hoc Veritas
facerent principes uestrī, nolui uos statim subuertere, sed pau paupert
Latinū corpī percutere, & plagiis uarijs admonere. Misi in uos tem parit
famem, nisi fitim, nisi morbos, & hostilem in circuitu uastig
tatem: seges frumenta non attulit, oleum pressa oliua non fe
cit, uinum steriles uindemiæ negauerunt. Aduersus iniquita
tes, & mēsuras dolosas, & pondera fraudulenta, hēc intuli sup
plicia. Quia uero custodisti oēs ceremonias idololatriæ, quæ
Amri rex impius constituerat, & omne opus domus Achab,
& Hiezabel, pro mea lege seruasti, impulsus sum scelere tuo,
ut darem te, & habitatores tuos in sibulum, & opprobriū po
puli mei portantes, & cetera.

Hieremīæ quinto: Prophetæ prophetabant men
daciūm, & sacerdotes applaudebant manibus suis, &
populus meus dilexit talia: quid igitur fieri in nouissi
mo eius?

Hieronymus in Amos, tomo sexto capite secūdo.

Et prophetis mandabitis, dicētes: ne prophetetis.
Quod & Amos prophetæ, quem nunc habemus in manibus
præcipit Amasias sacerdos Bethel: & Hieremīæ à rege ianda Verbi Dei
tum est, ne uerbis domini loqueretur ad populum, instantiū, prohibiti
ut etiam sermones eius ignibus concremaret.

NE PROPHETETIS, qui liuore superati, proz
hibent

hibent eruditos uiros doctrinæ proferre sermonem. Et dicent
te domino: Vade dic populo huic, illi econtrario iubent, ne lo-
quaris in nomine domini: maxime si ille qui doceat, non tur-
pi lucro, & gloriae atq[ue] iactantiae, sed utilitati legentium, au-
dientiumque prouideat.

Sapientiae decimo octavo: Cum enim quietum si-
lentium contineret omnia, & nox in suo cursu mediū
iter haberet, omnipotens sermo tuus dñe, exiliens de
cœlo à regalibus sedibus durus debellator in media
extermiñ terram profiliuit, gladius acutus in simu-
latum imperium tuum portans, & stans repleuit oia
morte, & usq[ue] ad cœlum attingebat stans in terra.

Hieronymus tomo octavo, in Psalmum centesi-
mum quadragesimum quintum.

Qui custodit ueritatem in seculum.

**Verbum dñi
manet in
eternum.** Si nos opprimit mendacium, non contristemur. Custodit
dominus ueritatem in seculum. Nescio quis contra nos menti-
tus est, & magis illi creditur mentienti, quād nobis uerum di-
centibus. Non debemus desperare. Custodit dominus uerita-
tem in seculum. Christus est ueritas. Veritatem loquamur, &
ueritas nobis seruat ueritatem.

Facit iudicium iniuriam partiētibus, dat escam esu-
rientibus. Dominus soluit compeditos, & cætera.

Etiam si tardauerit, non desperes. Veniens ueniet & sal-
uabit. Hoc solum sit in nostra conscientia, quia iuste patimur,
& cætera.

Quare filius Dei dicitur uerbum Dei.

Ad Titum primo: Manifestauit autem temporis
bus suis uerbum suum in prædicatione quæ credita
est milii secundum præceptum saluatoris nostri Dei.

Augustinus libro de fide & symbo-
lo, capite tertio.

Verbum autem patris ideo dictum est, quia per ipsum inno-
rescit pater. Sicut ergo uerbis nostris id agimus, cum uerum
loquimur, ut noster animus innotescat audienti, & quicquid
secreti

secreti in corde gerimus, per signa huiusmodi ad alterius cognitionē proferatur: Sic illa sapiētia quā Deus pater genuit, quoniam per ipsum innotescit signis secretissimis pater, uerbum eius conuenientissime nominatur. Inter animum autem nostrum & uerba nostra quibus eundem animum ostendere conamur, plurimum distat. Nos quippe non gignimus sonantia uerba, sed facimus: quibus faciendis materia subiacet corpus. Plurimum autem interest inter animum & corpus. Deū vero cum uerbum genuit, id quod est ipse genuit, neq; de nihilo, neq; de aliqua rām facta materia conditaq; sed de seipso id quod est ipse. Hoc enim & nos conamur cum loquimur, si diligenter consideremus nostrae uoluntatis appetitum, non cum mentimur, sed cum uerum loquimur. Quid enim aliud inolimur, nisi animum ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendum & perspiciendum animo auditoris inferre, ut in nobis quidem ipsi maneamus, nec recedamus a nobis, & tamen tale indicium quo fiat in altero nostra notitia proferamus, ut quantū facultas cōcedat, quasi alter animus ab animo per quem se indicet proferatur. Deus autem pater qui uerissime se indicare animis cognitur & uoluit & potuit, hoc ad seipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit, quia uir ter genuit, fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter &c.

Verbum

patris filii
Dei.

Verbum

quare pa-
ter genuit.

Origenes in Diuersos Ho. secunda Tō. quarto.

Et uerbum caro factum est. Si itaq; quod plus est proculdu-
bio præcessit, cur incredibile uidetur, quod minus est posse co-
sequi? Si filius Dei factus est homo (quod nemo eorum qui eum
recipiunt ambigit) quid mirum, si homo credens in filium Dei,
filius Dei futurus sit? Ad hoc siquidem uerbum in carnem de-
scendit, ut in ipsum caro, id est homo credens, per carnem in-
uerbum ascendat, ut per naturalem filium unigenitum, mul-
ti filii efficiantur adoptiui. Non propter seipsum uerbum ca-
ro factum est, sed propter nos, qui non nisi per uerbi carnem
potuissimus in Dei filios transmutari. Solus descendit, ut cū
multis ascenderet: de hominibus Deos facit, qui de Deo fecit
hominem. In eadem, Verbum quippe incarnatum Dominus
noster Iesus Christus plenitudinem gratiæ secundum huma-

Verbum
quare de-
scendit in
carnem.

nitatem accepit, quoniam caput est ecclesia & primogenitus est creaturæ uniuersæ, hoc est, totius uniuersaliter humanitatis, qua in ipso & per ipsum sanata & restituta est. In Christo dico, quoniam maximum & principale exempli gratiae quam nullis præcedentibus meritis homo efficitur Deus, ipse est, & in ipso primordialiter manifestatum est. Per ipsum vero, quoniam de plenitudine diuinitatis eius nos omnes accepimus gratiam deificatiōis per gratiam fidei, qua in eum credimus, & actionem qua mandata eius custodimus & cetera.

De spiritus sancto.

Ioannis decimoquarto: Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, et alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum spiritum ueritatis quem mundus non potest capere.

Ioannis decimoquinto: Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis & cetera.

August. lib. de fide & symbolo, capite nono.

De spiritu sancto autem, non tam copiose ac diligenter disputatum est à doctis & magnis diuinarum scripturarum tractatoribus, ut intelligi facile possit eius proprium, quo proprio fit, ut cum neque filium neque patrem dicere possumus, sed spiritum sanctum: nisi quod eum donum Dei esse prædicant, unde etiam donum Dei satis significari uolunt charitatem esse spiritum sanctum. Non enim reconciliamur illi nisi per dilectionem, qua etiam filii Dei nominamur, nō iam sub timore tanquam servi, qua consummata dilectio foras mittit timorem: & spiritum libertatis accipimus, in quo clamamus: Abba pater. Et quia recōciliati & in amicitiam reuocati per charitatem, poterimus omnia secreta domini cognoscere, propterea de spiritu sancto dicitur: Ipse uos inducit in omnē ueritatem. Propterea & fidētia prædicandæ ueritatis qua impletis sunt in aduentu eius Apostoli, recte charitati tribuitur, quia & dissidentia timori datur, quam consummatio charitatis forsitan mitit.

Donū Dei
spūs sancti
dicitur

Ioan. 6

TRIPLO CONFESSIO 299

ras mittit. Et ideo etiā donum Dei dicit, quia eo quod quisq; Spiritus
nouit non fruitur, nisi & id diligat. Frui autem sapientia Dei, sanctus di-
mīl aliud est, q; ei dilectione cohaerere: Neq; quisquam in eo lectio est.
quod percipit permanet nisi dilectione, & ideo spiritus sanctus
Deus dicitur, quoniam ad permanendū sanciuntur quęcunq;
sanctificantur. Nec dubium est à sanciendo sanctitatem uoca-
ri. Verum hęc dici possunt facile & credi: uideri autem nisi pu-
ro corde quomodo se habeant omnino non possunt. Quapropter Trinitatis
fīue ista uera sit sententia, fīue aliud aliquid, fides incon-
tessa tenenda est, ut Deum dicamus patrem, Deū filium, Deū uera con-
spiritum sanctum: neq; Deos tres, sed istam trinitatem unum
Deum, neq; diuersos natura, sed eiusdem substantiæ: Neque
ut pater aliquando sit filius, aliquando sit spiritus sanctus:
sed pater semper pater, & filius semper filius, & spiritus san-
ctus semper spiritus sanctus. & cetera.

De penitentia & triplici con- fessione, scilicet diuina, fraterna et publica.

Confessio diuina.

Psalmus tricesimoprimo:

Delicatum meum cognitum tibi feci, & iniusti-
tiam meam non abscondi. Dixi confitebor
aduersum me iniustitiam meam domino, &
tu remisisti impietatem peccati mei.

Psalmus quinquagesimo: Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco, & peccatum meum contra me
est semper. Tibi soli peccaui & malum corā te feci.

Psalmus cētesimoquinto: Confitemini domino qm̄
bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Prima Ioannis primo: Si confiteamur peccata no-
stra fidelis est Deus & iustus, ut remittat nobis pec-
cata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Confessio fraterna.

Matthæi quinto: Si ergo offers munus tuum ad
altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus ha-
bet ali-

388 DE POENITENTIA ET
bet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum
ante altare & uade prius reconciliari fratri tuo, &
tunc ueniens offeres munus tuum.

Jacobi ultimo : Confitemini alterutrum peccata
uesta & orate pro inuicem.

Ecclesiastici uicesimo octauo : Relinque proximo
tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solue-
tur. Homo homini reseruat irā, & à Deo quærit me-
delam. In hominem similem sibi non habet miseri-
cordiam, & de peccatis suis deprecatur.

Confessio publica, & excommunicatio.

Matthēi decimo octauo : Si peccauerit in te frater
tuus, uade corripe eum inter te & ipsum solum. Si te
audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non
audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in
ore duorum uel trium testium stet omne uerbum.
Quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Si autem eccl-
esiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus.
Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super ter-
ram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis
super terram, erunt soluta & in cœlo.

Prima Corinthiorum quinto : Omnino auditur
inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec in-
ter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.
Et uos inflati estis, & nō magis luctum habuistis, ut
tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit.

Secunda Corinthiorum secundo : Si quis autē con-
tristauit me, non me contristauit, sed ex parte, ut nō
onerem omnes uos. Sufficit illi qui ciuiusmodi est ob-
seruatio quæ fit à multis, ita ut econtrario magis do-
netis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia
absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro
uos, ut

TRIPLICI CONFESSIO N E. 103
uos ut confirmetis in illum charitatem & cetera.

Augustinus ad Scleucianum, epistola centesima
quinta.

Est enim pœnitentia, bonorum & humilium fidelium pœnitentia.
na quotidiana in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nos diffinitio-
bis debita nostra &c. Atque his uerbis humiliantes animas no-
stras, quotidiana quodam modo agere pœnitentiam non cessamus.

Idem sermone tertio de natuitate domini.

Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati & amor Vera pœni-
tia. Quando sic pœnites, ut tibi amarum sapiat in animo, quod tentia quæ
ante dulce fuit in uita, & quod te prius oblectabat in corpore, sit.
ipsum te cruciat in mente. Iam tunc bene ingemiscis, & dicas
ad Deum: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci &c.

Augustinus libro decimo Confessionum, capite
secundo.

Tibi ergo domine manifestus sum quicunq; sim, & quo fru-
tu tibi confitear dixi. Neque enim id ago uerbis carnis &
uocibus, sed uerbis animæ & clamore cogitationis, quem no-
uit auris tua. Cum enim malus sum, nihil aliud est confiteri
tibi, quam displicere mihi: Cum uero pius, nihil aliud est Confessio
confiteri tibi, quam hoc non trahi uere mihi: quoniam tu do- iusti & pec-
mine benedicis iustum, sed prius eum iustificas impium. Con- catoris,
fessio itaq; mea Deus meus in conspectu tuo tibi tacite sit, &
non tacite. Tacet enim strepitu, clamat affectu. Neq; enim di-
co recte aliquid hominibus, quod non à me tu prius audieris,
aut etiam tu aliquid tale audies à me, quod non mihi tu prius
dixeris.

Cap. 3 Quid mihi ergo est cum hominibus ut audiant con-
fessiones meas, quasi sanaturi sint omnes languores meos? Cu-
riosum genus ad cognoscendam uitam alienam, defidiosum
ad corrugandam suam. Quid à me querunt audire qui sim, qui
nolunt à te audire qui fint? Et unde sciunt cum à me ipso de
me ipso audiunt, an uerum dicam, quandoquidem nemo scit Spiritus
hominum quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui scit que-
sint in hominibus. Si autem à te audiunt de seip sis, non poterunt di-
cere, mentitur dominus. Quid est enim à te audire de se, nisi mine,
cognoscere se? Quis porro cognoscit, & dicit falsum est, nisi
ipse mens.

502 DE P OENITENTIA ET

ipse metiatur? Sed quia charitas omnia credit, inter eos utiq^{ue} quos connexos sibi met unum facit, ego quoq^{ue} domine sic tibi confiteor, ut audiant homines, quibus demonstrare non possum an uera confitear, sed credunt mihi quorum mihi aures charitas aperit. Veruntamen tu medice meus intime, quo fru^{ctu} eti^s ista faciam eliqua mihi: Nam confessiones præteriorum malorum meorum, quæ remisisti & texisti, ut beares me in te, mutans animam meam fide & sacramento tuo, cum legumur & audiuntur, excitant cor ne dormiat in desperatione, & dicat: non possum, sed euigilet in amore misericordie tuæ, & dulcedine gratiæ tuae qua potens est omnis infirmus qui sibi per ipsam sit conscius infirmitatis suæ & cetera.

Chrysostomus in epistolam ad Hebreos Homilia trigesima prima, capite duodecimo.

Magnum bonum est ut quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseveranter refineat. Nullum inuenitur talis remedium, sicut eorum continuata memoria. Nihil sic sergnem reddit hominem ad nequitiam perpetrandam. Persuadeamus igitur nobis peccasse nos, nec sola lingua pronunciet, sed etiam intima conscientia: nec tantum nos peccatores esse dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computemus. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq^{ue} ut te apud alios accuses, sed obedire te uolo prophetæ dicenti: Reuelatio domino uiam tuā. Ante Deum ergo tua confitere peccata, apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuae memoria, & tunc demum spera misericordiam te posse cōsequi, si habueris in mente peccata tua cōtinue, nunq^{ue} malū aduersus proximum in corde retinebis.

Chrysostomus in Psal. Miserere. Hom. secunda.

Peccata autem tua dicio ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere quia peccasti, dicio ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis conseruo tuo, ut exprobret, dicio Deo, qui curat ea. Hæc enim si non dixeris ignorat ea Deus! Numquid à te uult ea agnoscere? Cum faciebas ea, præsto erat. Ceterum admitteres, nouerat. Peccare nō erubuisti, & confiteri erubescis, dicio in hac uita, ut in illa requiem habeas.

Ambrosius de pœnitentia Petri Apostoli, sermone quadragesimo sexto.

Petrus

Peccatorū
cōtinuata
memoria
utilis.

Eadē ha-
bet to. 4.
Hom. 41.
Psal. 36

TRIPLO CONFESSIONE. 1303

Petrus prorupit ad lachrymas, nihil uoce precatus. Inue^t **Matr. 26**
nō quod fluerit, non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius Confessio
lego, satisfactionem nō lego. Recte plane Petrus fleuit & ta^r Petri apo-
cuit, quia quod deferi solet, nō solet excusari. Et quod defen^s stoli.
di non potest, ablui potest. Lautat eñ lachryma delictum, qd
uoce pudor est confiteri. Lachrymæ ergo uerecundia consu- **Lachrymæ**
lunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant **in pœnitē-**
in rogando. Lachrymæ inquam tacitæ quodam modo preces **tia laudan**
sunt, ueniam non postulant, & merentur: causam nō dicunt, tur.
& misericordiam consequuntur, nisi quod utiliores lachry-
marum preces sunt, quā sermonum: quia sermo in precando
forte fallit, lachryma omnino non fallit. Sermo enim inter
dum non totum profert negotium, lachryma semper totum
prodit affectum. Et ideo Petrus iam non utitur sermone, quo
fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat, ne per id non
eicredatur ad confitendum, quo usus fuerat ad negandum.
Ac per hoc mauult causam suam fieri, quā dicere: & quod
uoce negauerat, lachrymis confiteri. Inuenio autem & aliud
tacuerit Petrus, ne tam cito ueniat postulatio per impu-
dentiam plus offenderet, quā impetraret. Solet enim citius
mereri indulgentiam, qui uerecundiis deprecatur. In omni
igitur culpa ante flendum est, sic precandum. Scimus iam hoc **Exemplū**
exemplo quemadmodum nostra peccata curemus. Ecce ni^c **curationis**
hil nobis Apostolus nocuit quod negauit, & plurimum pro^r peccatorū,
fuit quod & emendauit.

Eandem sententiam habet libro commentario-
rum super Lucam, lib. decimo, capite xcvi.

Ex collecto Bedæ super illud Pauli ad Colloissen-
ses tertio: Supportantes inuicem. Et allegatur ex tra-
ctatu quinquagesimo octavo Augustini super Ioan-
nem, in nostris codicibus tamen non reperitur.

Lauando iam bonorum atq; mundorum discipulorum pe- **Ican. 13**
des, significauit dominus, propter humanos quibus in terra **Lotio pe-**
uersamur affectus, quantumlibet profecerimus in apprehen-
sione iustitiae, nos sine peccato non esie. Quod subinde abluit clū discipu-
lū debita nostra dimittat nobis, sicut et nos dimittimus debitori significar
bus no^r.

bus nostris. Quomodo ergo ad hunc intellectum poterit per tinere hoc, quod ipse postea docuit, ubi sui operis statim expedit rationem dicens: Si ego laui uestros pedes dominus & magister, debetis & uos alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dediuobis, ut quēadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis? Nunquid dicere possumus, quod etiam frater fratrem a delicti poterit contagione mundare? Imo uero id etiā nos esse admonitos in huius dominici operis altitudine nouerimus, ut confessi inuicem delicta nostra, oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro nobis. Audiamus Apostolum Iacobum hoc ipsum euidentissime præcipientem atq; dicentem: Confitemini inuicem delicta uestra, & orate pro uobis, quia ad hoc dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille qui ullum peccatum nec habuit nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos inuicem pro nostris orare debemus?

Et si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus inuicē nobis, qui sine peccato hic uiuere non ualemus? Quid enim uidetur in hac altitudine sacramēti dominus significare, cum dicit: Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis, nisi quod apertissime dicit Apostolus: Donantes inuicem, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & donauit uobis, ita & uos. Inuicem itaq; nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atq; ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrum est donare ipsorum ministerii charitatis & humilitatis exhibere: Illius est exaudire, ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Christum, & in Christo, ut quod etiam alijs dimittimus, hoc est in terra soluimus, soluatur in cœlo.

Augustinus de uerbis domini super Matthæum sermone decimo sexto.

Matth. 13

Adhibe illi duos, uel tres testes. Si nec ipsos audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus) Noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum, nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam & ipsos ethnicos, id est, gentiles, & paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamē salutē corū inquirimus. Hoc ergo audiuius dominum ita monentem, & tanta cura præcipientem, ut etiā hoc addaret continuo: Amē dico uo-

TRIPLICI CONFESSIONE.

305

dico uobis, quæcunq; ligaueritis super terram, ligata erunt & Soluere &
in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt & ligare inu-
in cœlo. Cœpisti habere fratrem tuum, tanq; publicanum, li- cem possue-
gas illum in terra, sed ut iuste alliges vide. Nam iniusta uincu mus
la dirumpit iustitia. Cum autem correxeris, & concordau-
ris cum fratre tuo, soluisti illum in terra. Cum solueris in ter-
ra, solutus erit & in cœlo. Multum non tibi præfas sed illi,
quia multum nocuit non tibi, sed fibi.

Deuteronomij uicesimoquarto : Obserua diligē-
ter ne incurras plagam lepræ: sed facies quæcunquā
docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta id qd
præcepit eis: & implete solicite.

Leuitici decimo : Præceptum sempiternum est in
generationes uestras: & ut habeatis scientiam discer-
nendi inter sanctum & prophanum: inter pollutum
& mundum: doceatisq; filios Israël omnia legitima
mea, quæ locutus est dominus ad eos per manum
M O Y S I.

Ezechielis quadragesimoquarto : Et populum
meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum,
& inter mundum & immundum ostendent eis. Et
cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, &
iudicabunt leges meas.

Ezechielis uigesimosecundo: Coniuratio prophe-
tarum in medio eius, sicut leo rugiens capiensq; præ-
dam animas deuorauerunt, opes & precium accepe-
runt. Viduas eius multiplicauerunt in medio eius.
Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & pol-
luerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & propha-
num non habuerunt distantiam: inter pollutū & mū-
dum non intellexerunt: & à sabbatis meis auerterū
oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.

Hiero. in Matthæum, capite decimosexto.

u

Et tibi

Et tibi dabo claves regni cœlorum, et cætera.

Ignoratia circa claves ecclesie Leuitici. 13
Istum locum Episcopi & presbyteri non intelligentes, alii quid sibi de pharisaorum assumunt supercilium, ut uel innocentibus, uel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum, non sententia sacerdotum, sed reorum uita queratur. Legimus in Leuitico de leprosis, ubi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundisiant: non quo sacerdotes leprosos faciant, & immundos, sed quo habeant notitiam leprosi, & non leprosi: & possint discernere qui mundus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprorum sacerdos mundum uel immundum facit, sic & hic alligat uel soluit episcopus & presbyter, non eos qui insontes sunt uel noxi, sed pro officio suo cu peccatorum audierit ueritatem, scit qui ligandus sit, quiue soluendus.

Leuit. decimotertio: Homo in cuius cute et carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi luccens quippiæ, id est, plaga lepræ: adducetur ad Aarō sacerdotem, uel ad unumquemlibet filiorum eius.

Numeri quinto: Præcipe filiis Israël ut ejiciant de castris oem leprorum: & qui semine fluit, pollutusq; est super mortuo, tam masculum quam foeminam ejicite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint uobiscum.

Deut. xvij. Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem et sanguinem causam et causam, lepram et lepram: et iudicium inter portas tuas uideris uerba uariari: surge et ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus: uenientesq; ad sacerdotes Leuitici generis, et ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis qui indicabunt tibi iudicij ueritatem: et facies quodcumq; dixerint qui præsunt loco que elegerit dominus, et docuerint quæ iuxta legem eius: sequerisq; sententiā eorum: nec de clinabis ad dexteram necq; ad sinistram.

Beda

Beda in Lucam libro quinto, capite lxviii.

Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, dum irent mihi
 dati sunt. Nullum dominus corum quibus haec corporalia be- Matth. 17
 neficia praesitit inuenitur mississe ad sacerdotes, nisi leproso: Leprosi
 quia uidelicet sacerdotium Iudeorum, figura erat sacerdotij quare adsa
 futuri regalis, quod est in ecclesia, quo consecrantur omnes per- cerdotes
 tinentes ad corpus Christi summi & ueri principis sacerdotii, mittebant.
 Et quisquis haeretica prauitate, uel superstitione gentili, uel
 iudaica perfidia uel etiam schismate fraterno, quasi uario co-
 lore per Christi gratiam caruerit, necesse est ad ecclesiam ue-
 riuitia tanquam ualetudines, & quasi membrorū animae
 atq; sensuum, per seipsum interius in conscientia & intellectu
 dominus sanat, & corrigit. Denique & P A V L V S uoce dor- Acto. 9
 mini audita: Quid me persequeris, & ego sum I E S V S quem
 tu persequeris. Ad A N A N I A M tamen missus est, ut illo Paulus ad
 sacerdotio quod in ecclesia constitutum est, sacramentum Ananiam
 doctrinæ fidei perciperet, & uerus eius approbaret color, no
 quia non potest per seipsum dominus facere (nam quis alius
 etiam haec facit in ecclesia) sed ut ipsa societas congregatorū mittitur,
 fidelium adprobando in iniucem, atq; communicando uerae ut uerbū
 fidei doctrinam, in omnibus quæ dicuntur uerbis uel signan- ab eo au
 tur sacramentis, tanq; unam speciem ueri coloris obducat. Cor
 nelius etiam cū & eleemosynæ eius acceptæ, & preces eius ait Acto. 10
 dñe illi ab angelo nuncientur, propter doctrinæ tñ sacramen Petrus ad
 torumq; unitatē ad Petrum iubetur mittere, tanq; illi & suis Cornelius
 diceretur, ite ostendite uos sacerdotibus, nam & cū irent, mihi mittitur.
 dati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed ipsi tamen non
 dum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritualiter
 ad sacerdotes peruererant, & tamen infusione spiritus sancti,
 & ammiratione linguarum, eorum mundatio declarata est.

Secundo Paralipomenon tricesimoquarto: Quo-
 niā audisti uerba uoluminis, atq; emollitum est cor
 tuum, et humiliatus es in cōspectu domini super his
 quæ dicta sunt contra locum hunc et habitatores
 Hierusalem: reueritusq; faciem meam scidiisti uesti-

D E P O E N I T E N T I A E T
menta tua, & fleuisti coram me: ego quoq; exaudiam
te dicit dominus & cætera.

Prima Ioannis secundo: Scribo uobis filoli quo-
niam remittuntur uobis peccata uestra propter no-
men eius.

Ioannes Chrysostomus, tomo sexto, sermone de
pœnitentia & confessione.

Nunc autem neq; necessarium testibus præsentibus confite-
ri, cogitatione fiat delictorum exquisitio, absq; teste sit hoc in-
dicium. Solus te Deus confitentem uideat. Deus qui nō expro-
brat peccata tua, sed soluit peccata propter confusionem.

Idē tomo septimo, Homelia nona de pœnitentia.
Medicinæ locus hic est, non iudicij. Non pœnas, sed pecca-
torum remissionem tribuens, Deo solū dic peccatum tuū &c.

Cyprianus in libro de lapsis.

Non potest seruus remittere quod in dñm cōmissum est.

Ecclesiastici decimo septimo: Conuertere ad domi-
num & relinque peccata tua: & precare ante faciem
domini, & minue offendicula. Reuertere ad domi-
num, & auertere ab iniustitia tua: & nimis odito exc-
crationem, & cognosce iusticias & iudicia Dei, & sta-
in sorte propositionis & orationis altissimi.

Ecclesiast. xxxv. Sacrificiū salutare est attendere
mandatis, & discedere ab omni iniquitate &c. & de-
precatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Benepla-
citum est domino recedere ab iniquitate &c.

Iob undecimo: Si iniquitatē quæ est in manu tua
abstuleris à te, & non māserit in tabernaculo tuo in-
iustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absq; macu-
la: eris stabilis & non timebis. Miseriæ quoque obli-
uisceris: & quasi aquarum quæ præterierunt non re-
cordaberis: & quasi meridianus fulgor consurget ti-
bi ad uesperam. Et cum te consumptum putaueris,
orieris

TRIPLICI CONFESSIONE. 309
orieris ut lucifer: & habebis fidutiam proposita tibi
spe: & defossus securus dormies. Requiesces & non
erit qui te exterreat.

Ambrosius libro de Cain, & Abel.
Remittuntur peccata per Dei uerbum, cuius Leuites inter
pres, & quidam executor est.

Peccata re
mittuntur
per uerbum

Idem libro de Noë & Arca.

Principii
medicinæ

Ingrediēt medico Dei uerbo, ad uisitationem animæ, quæ
diutina ægritudine laborabat, disceptationum improbatæ,
& passionum acerbitate, prius debucrunt causæ ægritudinis
amputari. Principium enim medicinæ est, causas languoris
incidere, ne diutius ea quæ nocent ad incrementum ægritudi-
nis ministrētur. Quod nos etiam lex docet, Leui. xiiiij. Cum
steterit enim lepra, ut iam non diffundatur, tunc ait mundā
esse lepre stationem quandam & mansionem. Quicquid enim
præter naturam mouetur, immundum est. Hæc igitur est ani-
mæ sanitas, hæc salubritas mentis, ut affluētia cesset erroris,
sistatur culpa ne serpat. Cessante incentiōe culpæ, atq; delicti
salus tuta est, atq; inoffensus uigor animæ se refundit.

Ambrosius sermone tertio, in Psalmum Beati im-
maculati.

Vade ostende te sacerdoti.

Quis est uerus sacerdos, nisi ille qui sacerdos est in æternū?
Tertullianus libro de poenitentia.

Cæterum inter fratres atq; conseruos, ubi communis spes,
metus, gaudium, dolor, passio (quia communis spiritus de cō-
muni domino & patre) quid tuos aliud quā te opinaris? Quid
confortes casuum tuorum, ut plausores fugis? Non potest cor
pus de unius membra uexatione lœtum agere: condoleat uni
uersum, & ad remedium conlaboret necesse est. In uno & alte
ro ecclesia est, ecclesia uero Christus. Ergo cum te ad fratum
genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras.
Aequè illi cum super te lachrymas agunt, Christus patitur,
Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper quod
filius postulat & cætera.

August. super Ioan. tract. cxxiiij. cap. xxi.

Et tibi dabo claves & cætera.

Matth. 16

Non à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus: Tu es Christus filius Dei uiui. Super hanc ergo, inquit, petrā quā confessus es, ædificabo ecclesiā meam. Petra autem erat Christus, super quod fundamentū etiā ipse ædificatus est Petrus. Fundamentū quippe aliud nemo potest posse, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Ecclesia ergo quae fundat in Christo, claves ab eo regni celorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi soluendiq; peccata.

August. de uerbis dñi in Matth. sermo. xiii.

Ecclesiæ fundamen tū Christus

Tu es ergo inquit Petrus, & super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quā cognouisti dicēs: Tu es Christus filius Dei uiui, ædificabo ecclesiam meam. Super me ædificabo te, nō me super te. Nam uolentes homines ædificari su per homines dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonius: ego uero Cephae, ipse est Petrus. Et alij qui nolebāt ædificari super Petrum, sed super petram, ego autem sum Christus. Apostolus autem Paulus ubi cognouit se eligi, & Christum cōtemni, Diuisus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo nō in Pauli sic nec in Petri: sed in nomine Christi, ut Petrus ædificaretur supra petrā, nō petra super Petrum &c. Domine si tu es, iube me uenire ad te super aquas.) Non em̄ possum hoc in me: sed in te. Agnouit quid sibi esset à sc̄e, quid ab illo cuius uoluntate creditit se posse, quod nulla infirmitas humana possit. Ergo si tu es iube: quia cum iussieris fiet. Quod ego nō ualeo præsumendo: tu potes iubendo. Et dominus, ueni inquit. Et sine ulla dubitatiōe Petrus ad uerbum iubentis, ad præsentia sustentantis, ad præsentia regentis, sine ulla cunctatione dessiluit in aquas, & ambulare cœpit. Potuit quod dominus: non in se sed in domino. Fueritis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux, sed in domino. Quod nemo potest in Paulo.

Possimus oia, sed in domino.

Ephesio. 5.

Io, nemo in Petro, nemo in alio ullo Apostolorū, hoc potest in domino. Ideo bene Paulus utiliter se contemnens, illum commendans, Nunquid Paulus, inquit, pro uobis crucifixus est? &c. Non ergo in me, sed mecum: non sub me, sed sub illo &c.

Origenes super Matthæum Hom. prima.

VIII

TRIPLICI CONFESSiONE. 311

Vere ergo ad Petrum quidem dictum est: Tu es Petrus &c. nam omnibus apostolis, & omnibus quibusque perfectis fidibus dictum uiderur, qm omnes sunt Petrus, & petræ, & in omnibus ædificata est Ecclesia Christi, & aquersus nullum eorum qui tales sunt, portæ præualent inferorum. Tamē ex eo quod sequitur uideamus. Putas soli Petro dantur à Christo claves regni carlorū, & nemo aliis beatorum accipiet eas? Si commune est inter omnes quod dicitur, Dabo tibi claves regni cœlorum, quomodo non omnia quæ superius sunt reiata ad Petrum, omnium uideantur esse communia? Apud Ioannem, dans spiritum sanctum Iesu discipulis suis, per insufflationem sic dicit: Accipite spiritum sanctum &cæt. quasi omnibus talibus constitutis, qualis erat & Petrus. Omnes enim qui imitatores sunt Christi similiter petræ cognominantur.

Claves ecclæsæ sunt cœmunes.

August. lib. primo Retract. cap. uicesimoprimo.

In hoc libro dixi in quodam loco de apostolo Petro, quod in eo tanq; in petra fundata sit ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in uersibus beatissimi Ambrosij, ubi de gallo gallinacio hoc ait: Hoc ipsa petra ecclesia Cantante, culpā diluit. Sed scio me postea sè pessime sic exposuisse: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam mēam, ut super retractationem hanc intelligeretur quem confessus est Petrus dicens: Tu es Christus filius Dei uiui.

Augustini de fundamento ecclæsæ.

Origenes in Matthæum, Homelia prima. Tu es clæsæ.

Petrus & super hanc petram & cætera.

Quoniam aut qui episcopatus uendicant locū utuntur hoc textu, quemadmodi Petrus, & claves regni cœlorū acceptas habentes à Christo docent, quoniā qui ligati ab eis fuerint, in celo esse ligatos, & qui ab eis soluti fuerint, id est, remissionē acceperint, esse & in celo solutos. Dicendum est quoniā bene Ille solus dicunt, si opera habent illa, propter quæ dictum est illi Petro: potestatē Tu es Petrus, & tales sunt, ut super eos ædificetur ecclesia Christi Petri habet, qui & est ut dicamus, qui uinculis peccatorum suorum ligatus est & opera illi⁹ trahit sua peccata sicut funem longum, & tanq; iuge lorum habet. uituli iniquitates suas, propter hoc solum quod episcopus dicitur, habere huiusmodi potestatē, ut soluti ab eo, sint soluti in celo, aut ligati in terris, sint ligati in celo. Sit ergo episcopus irreprehensibilis, qui alterum ligat, aut solvit: di-

i. Tim., gnuſ ligare uel ſoluere in cœlo: ſit uniꝝ uxor is uir, ſobriꝝ, cœſtus, ornatus, hospitalis, docibilis, non uiolentus, nō percurſor, ſed modetus, non litigiosus, non concupitor pecuniarū, bene præſidens domui ſuæ, filios habens ſubditos in omni caſtitate. Si talis fuerit nō iuuiſte ligabit ſuper terram, neqꝫ ſine iudicio ſoluet. Si enīm fuerit quis ut ita dicam Petrus, & non habuerit quæ in hoc loco dicuntur quaſi ad Petrum, & putauerit ſe poſſe ligare ut ſint ligata in cœlo, & ſoluere ut ſint ſoluita in cœlo, ipſe ſeſe fallit, non intelligens uoluntatem ſcripturæ, ſed inflatus incident in iudicium diaboli.

Chrysostomus in opere imperfecto capite uicesimo tertio: Væ uobis ſcribę & pharisei hypocrite, qui clauditis regnorum cœlorum &c.

Regnum cœlorum ſcripturæ dicuntur. Regnum enim cœlorum dicuntur ſcripturæ, quia in illis inſertum eſt regnum cœlorum. Ianua earum intellectus earū. Aut regnū cœlorum eſt beatitudo cœleſtis. Ianua autem eſt iuſtitia per quam intratur. Clauiculari autem ſunt ſacerdotes quibus creditum eſt uerbum docendi & interpretandi ſcripturas. Clavis autem eſt uerbum ſcientiæ ſcripturarum per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Adapertio autem eſt interpretatio uera.

Ecclesiastici xxxiiij. Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid uerum dicetur?

Numeri decimo octavo: Excubabantqꝫ leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dū taxat ut ad uasa sanctuarij & ad altare nō accedant, ne et illi moriant̄, & uos percatis ſimul. Sint autem tecū, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius. Alienigena non miſcebitur uobis &c. Tu autem & filij tui custodite ſacerdotium ueſtrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent: & quæ intra uelum ſunt per ſacerdotes administrabuntur. Si quis externus accesserit, occidetur.

Secundo Paralipo. decimonono: In Hierusalem quoque constituit Iosaphat leuitas & ſacerdotes & principes

TRIPLICI CONFESSIONE.

313

principes familiarum ex Israël, ut iudicium & cau-
sam domini iudicarēt habitatoribus eius: præcepitq;
eis dicens: Sic agetis in timore domini fideliter & cor
de perfecto. Omnem causam quæ uenerit ad uos fra-
trum uestrorum qui habitant in urbibus suis, inter co-
gnationem & cognitionem, ubi cuncti est quæstio de
lege, de mandato, de ceremonijs, & iustificationibus,
ostendite eis ut non peccent in dominum, cætera.

Theophylactus in Ioannem, capite octauo.

Remittere em̄ peccata solius Dei est. Ideo dicit: Omnis qui Remitte-
facit peccatum, seruus est peccati, & uos igitur serui estis, quia re peccatum
peccatores. Insuper quia uerisimile erat illos dicere, quāmuis solius Dei
tali seruituti obnoxij sumus, sed sacrificia habemus, sed sacer- est.
dotes, qui purgabunt nos à peccatis, dicit quod & illi serui sint.
Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Et sacerdo Roma. 5
tes uestri quin & ipsi serui sint non habent potestatē alijs di-
mittendi peccata, quod & ipse Paulus manifestius dicit. Opus Hebreo. 1
habet sacerdos pro seipso offerre, sicut etiā pro populo, quia
& ipse infirmitati obnoxius est. Seruus, inquit, non manet in
domo, hoc est, non habet potestatē expendendi, eo quod non
sit pater familias, hoc est, dominus domus. Filius autem domi-
nus domus est, & manet in domo. Domum autem dicit pot-
estatem, sicut & alio loco principatus ita nominat: In domo (di-
cens) patris mei mansiones multæ sunt. Igitur uestri quidē sa Domus
terdotes cum serui sint, potestatē non habent remittendi pec- Dei quid
cata. At filius ego manens in domo, hoc est, potestate & prin- significat.
cipali autoritate, quum sim dominus domus libertatem uobis
concedo. Omnia enim mea sunt, & æqualis potentia & po-
tentia cum patre sum, & si ego liberos uos reddidero, tunc ue-
ra libertate redimemini.

Idem in Matthæum, capite decimo octauo:

Amen dico uobis, quæcumque alligaueritis super
terram, & cætera.

Si tu, inquit, offensus habes cum qui te iniuria affecit, sicut
publicanum & gentilem, erit ille & in celo talis: si autem sol-
ueris eum, hoc est, ignoueris, erit ei & in celo condonatum.

Non enim solum quæ soluunt sacerdotes, sunt soluta: sed quæ cumque & nos iniuria affecti uel ligamus, uel soluimus, & ipsa erunt ligata uel soluta.

Sapientiae decimonono: In memoria enim sermorum tuorum exterminabantur, & uelociter sanabuntur, ne in altam incidentes obliuionē non possent tuuti adiutorio. Etem neq; herba, neq; malagma sanavit eos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia.

Clemens epistola prima ad Iacobum fratrem dñi-

Quod si forte alicuius cor uel liuor, uel infidelitas, uel aliqd malum ex his quæ superius memorauimus, latenter irrefserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic

Per uerbū qui præst, ut ab ipso per uerbum Dei & consilium salubre cūta soluunt. Dei peccata- retur, quo possit fide integræ, & operibus bonis pœrias æterni ignis effugere, & ad perpetuæ uitæ præmia peruenire. Diacono- Disciplina nos uero Ecclesiæ, tanq; oculi sint Episcopi, oberrantes & cir- primitiæ cumlustrantes cū uercundia, actus totius Ecclesiæ perftru- Ecclesiæ. tantes diligenter, si quem uideant uicinum fieri præcipito, &

proximum esse peccato, ut referat hæc ad Episcopum, ut com- moneri ab eo possit is, qui in præcipitiū lapsurus est, uti re- uocet & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque, & eos qui rarius ad audiendum uerbum Dei accedunt, nec solita- te ad Episcopi tractatum ueniunt, ipsi commoneant & horren-

tur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum uitæ æter- næ ex salubri commonitione capient lucra, uerum & quæcumque illæ sunt tristitiae uel moerores, qui ex præsentis uitæ ne- cessitatibus, & cladibus temporum uenient, quæq; maloꝝ ser- monibus, in corde suo ueluti iacula defixa circuferunt, abiici- tur omnia prædicatione ueritatis, & uitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum sub-

Verbo Dei trahant à uerbo Dei, ut remaneant in cultu uitiorum, sine da- nutrimur & consola- mur quotidi- que illæ sunt tristitiae uel moerores, qui ex præsentis uitæ ne- cessitatibus, & cladibus temporum uenient, quæq; maloꝝ ser- monibus, in corde suo ueluti iacula defixa circuferunt, abiici- tur omnia prædicatione ueritatis, & uitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum sub-

trahant à uerbo Dei, ut remaneant in cultu uitiorum, sine da-

bio Deum dimisere, ac sentibus occupati, ad quid aliud nisi ad

ignem talis hæc terra præparabitur?

Hilarius de trinitate libro sexto.

Petro reuelauit pater ut diceret: Tu es filius Dei. Super hæc igitur confessionis petram, Ecclesiæ ædificatio est. Hæc fides Ecclesiæ est fundamentum, hæc fides regni coelestis habet clausas.

TRIFLICI CONFESSIO N E. 315
Hæc fides quæ in terra soluerit aut ligauerit, & ligata sunt Ecclesia.
in cœlis & soluta. Hæc fides paternæ reuelationis est munus.
Paulo post: Sin uero hæc sola fides confessa Christum Dei fi-
lium omnium beatitudinum gloriam meruit in Petro, necesse
est ut ea quæ creaturam potius ex nihilo confitebitur, claves
regni cœlorum non adepta, & extra fidem ac uirtutem Apo-
stolicam constituta, nec Ecclesia sit ulla nec Christus.

Augustinus in epistolā beati Ioannis tractatu I.

Ille talis uir non dixit, aduocatum habetis apud patrē: sed 1. Ioh. 2.
si quis peccauerit, aduocatum, inquit, habemus: Non dixit ha-
betis, nec me habetis dixit, nec ipsum Christum habetis dixit,
sed & Christum posuit non se: & habemus dixit, non habetis.
Maluit se ponere in numero peccatorū, ut haberet aduocatū Humilitas
Christum, q̄ ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri in Ioannis
ter dānandos superbos. Fratres, Iesum Christū iustum ipsum Apostoli.
habemus aduocatum ad patrem, ipse propitiatio est peccatorū Aduocatū
rum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fecit, hoc qui te aliū nō ha-
buit schisma non fecit: Vnde enī facta sunt schismata? Cum di bermus prę-
cunt homines: Nos iusti sumus. Cum dicūt homines: Nos san ter Chri-
stificamus immundos, nos iustificamus impios, nos petimus, sum.
nos impetramus: Ioannes autē quid dixit? Et si quis peccauerit, Vnde fa-
rit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustū. Sed di cta sunt
et alii: Ergo sancti non petunt pro nobis? Ergo Episcopi schismata.
uel præpositi nō petunt pro populo? Sed attendite scripturas
& uidete, quia & præpositi cōmandant se populo Nam Apo- Coloss. 4.
tolus dicit plebi: Orātes simul & pro nobis: Orat Apostolus
pro plebe, orat plebs pro Apostolo: Oram⁹ pro uobis fratres,
sed & uos orate pro nobis: Inuicē pro se omnia mēbra orent,
caput pro omnibus interpellat. Propterea non mirū quia se-
quitur & hic, & claudit ora diuidentibus Ecclesiā Dei. Quia di-
xit Iesum Christum iustum habemus aduocatū, & ipse est pro
pitatio peccatorū nostrorū, propter illos, qui se diuisuri erāt
& disturi: Ecce hic est Christus, ecce illuc, & uelle eum ostende Matth. 24.
re in parte, qui emit totum & possedit totum.

Exodi uigesimo: Quod si altare lapideum feceris
mihi, non ædificabis illud de scētis lapidib⁹. Si enī le-
uaueris cultrū super eam, polletur. Nō ascendes per
gradus ad altare meū, ne reueletur turpitudo tua.

Aug-

DE POENITENTIA ET
Augustinus in epistolam beati Ioannis, tractatu
secundo.

1.Ioan.2 Scribo uobis filioli, quia remittuntur uobis pecca-
ta per nomen eius.

Peccata remittuntur per nomē Dei. **Sed** per cuius nomen remittuntur peccata? Nunquid Augu-
stini? Ergo nec per nomen Donati. Videlis quis Augustinus,
aut quis Donatus? Nec per nomē Pauli, nec per nomen Petri.
Nam diuidētibus sibi Ecclesiam, & partes facere de unitate cu-
piētibus, parturiēs paruulos mater charitas, in Apostolo ex-
ponit viscera sua, conscindit quodammodo uerbis uerba sua,
plorat filios quos uidet effterri, reuocat ad unum nomen eos,

Charitas reuocat nos ad unū nomen. **qui** multa nomina sibi facere uolebāt: repellit ab amore suo,
ut Christus ametur, & dicit: Nunquid Paulus pro uobis cruci-
fixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid dicit? No-
1.Cor.1 lo mei sitis, sed meū sitis. Mecum estote, omnes illius sumus,
qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est.

Ex historia tripartita, libro undecimo, capite tri-
cesimoquinto.

S O Z O M E N V S.

Confessio patrū anti-
quorum. **Quoniam** omnino non peccare, diuinū & ultra humanam
naturam esse cognoscitur, peccantibus autem & poenitētiā
agentibus, ueniam Deus dari præcipit, qui uero confiteri refu-
giunt, maius peccatorum onus acquirūt: propterea uisum est
antiquis Pontificibus, ut uelut in Theatro sub testimonio ee-
clesiastici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyte-
rum bona conuersationis seruantemq; ac sapiētem uirum sta-
tuerunt: ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta pro-
pria fatebantur. At ille secundum uniuscuiusq; culpam, indi-
cebat & multam. **Quod** etiā haec tenus diligēter in Occidentali
bus seruatur ecclesijs, & maxime apud Romā, ubi etiam locus
est certus poenitentiā. Stant em rei, & uelut in lamentationi
bus constituti. Cum enim sacra celebratio fuerit adimpta, il-
li communionē non percipiētes cum gemitu & lamentatione,
seipso in terram prosternūt. Ad quos cōcurrēns episcopus, &
ipse cū lachrymis & gemitu spirituali prosternitur, & omnis
Ecclesiæ plebs fletibus inundat. Post hoc aut prior surgit epi-
scopus, & eleuat iacentes in terra. Tum cōpetenter pro pœni-
tentibus

**Publica il-
la cōfessio
qualis erat**

TRIPLICI CONFESSIONE.

317

tentibus facta oratione , dimitit omnes. At illi afflictionibus
sponte uacantes aut ieunis, aut abstinentia Iauacri, aut suspen-
sione ciborum, aut rebus alijs quae iubentur, expectant commu-
ne tempus quod decernit Episcopus. Constituto uero tempo-
re uelut quoddam debitum exoluentes, afflictione de peccato cu-
rati, cum populo communione participatur. Hæc ergo antiqui
tus Romani Pontifices usq; ad nostrum cōseruarunt tēpus. Por-
ro Constantinopoli presbyter super punitentes fuit usq; ad
illud tempus, quo quedam mulier nobilissima, cum peccata sua
fuisset confessa, & ei à presbytero fuisse p̄ceptū ut iejunaret, Scelus ex
confessio
ne ortum
Cōstanti
nopolis.

& Deo operibus supplicaret, cum hoc obseruaret, crebrius in
Ecclesia cū Diacono se cōcubuisse confessa est. Hoc cū populus
cognouisset, sœviebat in sacerdotes, quasi per eos facta fuisse
inuria ecclesiæ. Tum Nectarius Episcopus remouit Diaconi
steleratum, & quibusdam suadentibus ut singulos ad communij
candum iudicio cōscientiae suæ relinqueret, etiam presbyterū
nequaquam super punitentes esse p̄cepit. Et ex illo antiquita
tis consuetudo sublata est , cum(ut arbitror) minora peccata
pro pudore confessionis , et subtilitate examinationis patra-
rentur.

De correptione fraternali.

Prouerbiorum nono:

Noli arguere derisorem, ne oderit te,
Corripe sapientem, & amabit te.
Leuitici decimonono: Non oderis fratrem
tuum in corde tuo, sed publice argue cum, ne habeas
super illo peccatum.

Prouerbiorum uigesimo octavo: Qui corripit ho-
minem, gratiam postea inueniet apud eum , magis q̄
ille qui per linguae blandimenta decipit.

Ecclesiastici quarto : Ne reuerearis proximuū tuū
in casu suo: nec retineas uerbum in tempore salutis.

Ecclesiastici decimonono: Corripe amicum ne for-
te non intellexerit , & dicat non feci : aut si fecerit, ne
iterum

iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte nō dixerit: & si dixerit ne forte iteret. Corripe amicum, sēpe enim sit commissio: & non omni uerbo credas. Est qui labitur lingua sua sed non ex animo. *Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua?* Corripe proximum antequam commineris.

Augustinus ad Felicitatem & Rusticum, epistola octogesimaseptima.

Nunquid tamen ideo non debemus reprehendere & corrīpere fratrem, ne securus tendat in mortem? Solet em̄ fieri, & frequenter accidit, ut ad horā contristetur cum reprehēditur, & resistat, & contendat, & tamen postea cōsideret secum in si-

Charitas reprehen-
dere non
desistat.

Reprehen-
sio ex dile-
ctione fiat

lentio ubi nemo est nisi Deus & ipse, & timet displicere homi-
nibus, quia corripitur, sed timet displicere Deo, quia non cor-
rigitur, & deinceps nō faciat illud in quo iuste reprehēsus est,
& quantum odit peccatum suum, tātum diligit fratrem, quē
sensit hostē peccati sui. Si autē de illo numero est, de quo dictū
est: Corrip̄ stultum, & adiūcet ut oderit te, non de charitate
illius dissentio nascitur, sed tamen charitatem reprehensoris
sui exercet, & probat, quia non eius reprehenditur odium, sed

dilectio quæ cogit reprehēdere imperturbata perdurat, etiam
cum ille qui reprehēsus est odit. Si autem ille qui corrip̄it, red-
dere uult malum pro malo ei qui corripieni indignatur, non
fuit dignus qui corriperet, sed dignus planè qui etiam ipse cor-
ripi deberet. Hæc agite ut inter uos aut non existant indigna-
tiones, aut exortæ statim celerrima pace perimantur. Maiore
date operam concordandis uobis quam redarguendis, quia si
cut acetum corrumpit uas si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si alium diem durauerit.

Augustinus ad Festum, Epistola clxvi.

Cum tam perspicua ueritas aures & corda hominū feriat, ta-
ta quosdam malæ cōsuetudinis uorago submergit, ut omnibus
Verbo Dei autoritatibus rationibusq; resistere, q; consentire malint. Re-
dupliciter fistunt autem duobus modis, aut sequiendo, aut pigescendo.
resistitur. Quid igitur hic faciat Eccl siæ medicina, salutem omnīū ma-
terna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos, & le-
thargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere
uel de-

FRATERNA.

uel debet uel potest. Vt risque sit necesse est molestia, quia neutrīs est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. Sed perseverat diligētia charitatis, phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur: ambo molestati, quandiu agrisunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur.

Idem epistola sequenti, de adolescente facto Do-
natista, & matrem interficere uolente.

Veruntamen ego tanto animi dolore percussus, quid face-
rem, nisi faltem loquerer? An uero ista illi faciunt, & mihi di-
citur tace? Auertat à me Deus hanc amentiam. Et cum ipse mihi Correptio
hi imperet per Apostolum suum, & dicat, ab Episcopo refelli ex compas-
oportere docentes quae non oportet, ego illorum indignatio-
nibus territus taceam?

Tit. i

Augustinus epistola clxix. ad Eusebium.

Nam cum Deus imperet ut loquamur & prædicemus uer- Silentium
bum, & docentes quae non oportet refellamus, & insitemus op prælatoro-
portune atq; importune, sicuti dominicis, & Apostolicis lite periculo-
ris probo, nullus hominum mihi silentium de his rebus per- sum.
suadendum arbitretur. Violenter autem uel latrocinanter si
quid audendum putauerint, non deerit dominus ad tuendam
Ecclesiam suam, qui iugo suo in gremio eius toto orbe diffue-
so, omnia terrena regna subiecit.

Augustinus Bonifacio, epistola clxxxij.

Bene enim agere, & illicita non prohibere, consensus erro-
ris est.

Matthæi uigesimotertio: Et dicitis si fuissimus in
diebus patrum nostrorum, nō fuissimus socij eorum
in sanguine prophetarum.

Chrysostomus in opere imperfecto, capite xxij.

Sanctorū
Semper Iudei præteriorum sanctorum cultores fuerunt, & p̄s-
tentium contemptores. Nam uolentibus male uiuere, præterioro-
semper contraria uidetur esse correptio, dicēte Salomone: Ar rum culto-
gue sapientē, & cetera. Sicut autē familia sine flagello nō re- res sumus
git, sic & populus sine increpationibus nō gubernatur. Ecce si non p̄z-
quis de tuis doctoribus uoluerit te increpare propter pecca- sentium,
tum tuum, aut dicere tibi, quod uerum est, statim irasperis, &
blasphemis.

DE CORREPTIONE

blasphemas. Sic & Iudæi suos quidem prophetas non sustinebant, antiquos autē quasi sanctos colebant. Cum audieris aī quem beatifi: ātem antiquos doctores, proba illum qualis est circa suos doctores. Si enī illos sustinet & honorat, cum quibus uiuit, sine dubio & illos honoraturus fuisset, si cum illis uixisset.

Origenes in Leuiticū, Homelia tertia, cap. tertio.

Leuit. 5 De eo quod scriptum est: Si autem anima peccauerit, & audierit uocem iuramenti, & hic testis sit, aut uiderit, aut cōscius fuerit, si non indicauerit, & ipsa accipiet peccatum eius. Hoc etiā secundum historiam nos ædificat, & docet, ne unquam in peccatis alienis polluamus cōscientias nostras, ne consensum ma-

Reticendo le agentibus præbeamus. Consensum autem dico, nō solū pa-
pollui mur riter agendo, sed etiam quæ illicite gesta sunt reticēdo. Vis au-
peccatis 2^a tem scire quia consentiant hæc etiam Euangelicis præceptis.
lienis.

Matth. 18 inter te & ipsum solum. Si te audierit, Iucratus es fratrē tuū. Quod si te nō audierit, adhibe tecū alios duos, aut tres. Quod si nec ipso audierit, dic Ecclesiæ. Si uero nec Ecclesiam audie-
rit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sed Euangelicum præ-
ceptum in eo perfectius datum est, quod indicandi peccatum

Correptio modum disciplinamq; constituit. Non uult enim te, si forte ui-
nis modus deris peccatum fratris tui continuo euolare ad publicum, &
passim proclamare, ac diuulgare aliena peccata, qd esset utiq; non corrigentis, sed potius infamantis. Solus, inquit, inter te & ipsum solum corripe eum. Vbi enim seruare sibi mysterium
uiderit ille qui peccauerit, seruabit & ipse emendationis puden-
rem. Si uero diffamari se uideat, illico ad denegandi impuden-
tiam conuertetur, & non solum non emendaueris peccatum,

Ordo cor- sed & duplicaueris. Disce ergo ex Euangelijs ordinem. Primo
reptionis (inquit) solus inter te, & ipsum. Secundo adhibe tecum alios
ex Euange- duos, aut tres. Quare duos aut tres? In ore autē duorum, aut
lio. trium, & cætera. Cum ergo Euangelijs tale mandatum sit, &
lex præcipiat, quia si tacuerit, accipiet peccatum eius, sciendum
est quod si quis ea quæ uidet in delicto proximi sui, uel non in-
dicat secundum regulam superiorius datam, uel in testimonium
uocatus, non quæ uera sunt dixerit, peccatum quod commisit
ille quem celat ipse suscipiet, & poena commissi reuoluet ad
consciūm. Sufficienter ergo in hoc capite nos ipse ædificauit
textus

F R A T E R N A.

321

textus historiæ. Puto tamen quod & illa anima, quæ legit scri-
ptum in lege Dei, quia iuravit dominus, nec est penitebit, tu-
es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, au-
diuit uocem iuramenti (ut faciunt scribæ & pharisei), semper
hæc meditantes,) sed tacent, & enuntiare ad populum nolunt,
ne Christi testentur aduentum. Propterea ergo ipsi accipiunt
peccatum, in quo non annuntiantes ad populum quæ uera
sunt, peccare faciunt Israël.

Gregorius in Moralium libro uigesimo secundo,
capite decimo sexto.

Nam multos nouimus qui argente nullo peccatores se esse
confitetur, cum uera de culpa fuerint fortasse correpti, defen-
sionis patrocinium querunt, ne peccatores esse uideantur. Un-
de summopere curandum est, ut mala quæ fecimus, & sponte
fateamur, & hæc alijs arguentibus non negemus.

Augustinus libro expositionis in
epistolam ad Galatas.

Nunquam itaque alieni peccati obiurgandi suscipiendum Corripien-
tem dilige-
est negotium, nisi interius interrogationibus examinantes no-
stram conscientiam, liquido nobis coram Deo responderimus re oportet
dilectione nos facere. Quicquid enim lacerato animo dixeris,
punientis est impetus, non charitas corrigitur.

De excommunicatione Ecclesiæ.

Tertio Regum decimotertio: Si dederis mihi me-
diam partem domus tuæ non ueniam tecum: nec co-
mediam panem neque bibam aquam in loco isto. Sic
enim mandatum est mihi in sermone domini præci-
pientis. Non comedes panem, neq; bubes aquam, nec
reuertaris per viam quam uenisti.

Numeri decimo sexto: Recede à tabernaculis isto
rum hominum, & cetera.

Secunda Corinthiorum decimotertio: Ecce tertio
hoc uenio ad uos. In ore duorum, uel trium testimoni-
stabit omne uerbum. Prædixi ergo & prædicto ut pre-
sens uobis, & nunc absens ijs qui ante peccauerunt, &

cæteris omnibus, quoniam si uenero iterum non parcam.

Augustinus libro tertio capite secundo, contra epistolam Parmeniani.

Quid aliud dixit hic, non parcam, nisi quod superius ait: Et lugeam multos, ut luctus eius impetrat flagellum à domino, quo illi corriperentur, qui iam propter multititudinem non poterant ita corripi, ut ab eorum coniunctione se cæteri contineant, ut eos erubescere facerent, sicut faciendum est, si quis fra-

Multitudo peccatorum in aliquo cæteris dissimili criminis nominatur? Et revera si contagio peccandi multititudinem inuaserit, diuinæ disciplinae seuera misericordia necessaria est: Nam consilia separatio cœlia non nisi & inania sunt & perniciosa atque sacrilega, quia & impia punitur. & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam Cōtra ex corrigat animos malos. Misericorditer igitur corripiat hominem quod potest, quod autē non potest, patienter ferat, & cum cōmunicātione dilectione gemat atq; lugcat, donec aut ille desuper emendet & corrigat, aut usque ad messem differat eradicare zizania, & paleam uentilare, ut tamen securi de salute sua bonæ sp̄i Christiani inter desperatos, quos corrigere non ualeat, in unitate uersentur, auferant malum à seipsis, id est, ut in ipsis non

Turba ini inueniatur, quod in moribus aliorum eis displicet. Turba autem quā tem iniquorum cum facultas est in populis promendi sermo do corripienda. nem generali obiurgatione ferienda est, & maxime si occasio lūm desuper quo eos appareat pro suis meritis uapulare. Tūc enim aures humiles præbet emendatis sermoni calamitas auditorum, faciliusq; in gemitum confitendi quam in murmur resistendi afficta corda compellit.

Origenes in Leuiticum, Homelia decimaquinta.

I. Cor. 3 Apostolus Paulus dicit de eo qui peccauerat: Quem tradi di, inquit, Satanæ in interitum carnis, hoc est, morte multa- se. Qui autem sit fructus mortis huius ostendit in sequentibus. Quid sit dicens: Ut spiritus saluus fiat in die dñi nostri I E S V C H R I STI. Vides ergo quomodo aperte Apostolus utilitatem mortis huius exponit. Quod es̄ dicit, tradidi in interitum carnis,

hoc

FRATERNA.

hoc est, in afflictionem corporis, quæ solet à pœnitentibus excep383
pendi, eum carnis interitum nominauit, qui tamen carnis interitus uitam spiritui confert.

Idem in Psalmum, Domine ne in furore.

Homelia prima.

Vnde & ego arbitror illum, qui in Corintho grauissime de liquerat, idcirco misericordiam consecutum, quoniam corruptus ab Apostolo, & ita acerbe correptus, ut à conuictu abscederetur Ecclesiæ, non tamen odio habuit arguentem, sed a maduercionem patiēter accepit & fortiter tulit. Ego arbitror Excomuni quod etiam maiorem affectum concepit erga Paulum, atque erat a Paulis omnes qui statutis Pauli in eius animaduersione paruerat. lo, postea Vnde & Paulus sententia reuocat, & electum reconiungit Eccl plus illum Ecclesiæ & addit dicens: Confirmate in eum charitatē, & cetera. dilexit. 2. Cor. 2.

Tertullianus aduersus Marcionem,

libro quinto.

Nolite communicare operibus tenebrarum. Cum iusto enim iustus eris, & cum peruerso peruerteris. Et auferte malum de medio uestrum. Et exite de medio eorum, & immundū ne attigeritis. Separamini qui ferris uasa domini, & cetera.

Hieronymus libro commentariorum in

epistolam ad Galatas.

Paulus ad Corinthios ubi præcipit eum qui uxorem patris sui habebat tolli de medio, & tradi pœnitentiae in interitum & uexationem carnis, per iejunia & ægrotationes, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi, & cetera.

Secunda Tessalonicensium tertio: Denuntiauimus autem uobis fratres in nomine domini nostri IESV Christi ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate: & non secundum traditionem quam accepterunt, & cetera. Quod si quis non obedierit uerbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisces amini cum illo, ut confundatur, & cetera.

Augustinus libro tertio, capite secundo, contra epistolam Parmeniani.

Scripsit uobis in epistola non commisceri fornicariis & 1. Cor. 5.

Excommu cætera. Non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sa
nicationis nitas obseruat Ecclesiæ, ut cum quisq; fratum, id est, Christia
periculū. norum intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo ta
li delicto fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur,
fiat hoc ubi periculum schismatis nullū est, atq; id cum ea dile
ctione, de qua ipse alibi præcipit dicens: Ut inimicū non eū exi
stinetis, sed corripite ut fratrē. Non em̄ estis ad eradicādum,
sed ad corrīgēndū. Quod si se non agnouerit, neq; penitendo
correxerit, ipse foras exiet, & per propriā uoluntatē ab Eccle
siae unitate dirimet. In eo quippe quod ait: Si quis, nihil aliud
uideat significare uoluisse, nisi cum posse tali modo salubriter
corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos quos pecca
torum similiū pestilentia nō corruptum. In eo uero qd ait,
nominatur, hoc nimis intelligi uoluit parū esse ut sit quisq;
Nullus ex talis, nisi etiam nominetur, id est, famosus appareat, ut possit
cōmunicē omnibus dignissima uideri, quæ in eū fuerit anathematis pro
tut, nisi p lata sententia. Ita em̄ & salua pace corrigitur, & nō interfectio
pter pecca tiae percutitur, & medicinaliter uritur. Propterea & de illo di
cum famo xit, quē tali medicina sanari uoluerat. Satis huic est correptio
sum. quæ fit à multis. Neq; enim potest esse salubris à multis corre
ptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudi
nem. Cū uero idē morbus plurimos occupauerit, nihil aliud
bonis restat quād dolor & gemitus, & cætera.

In codem capite.

s. Cor. 3 Auferte inquit malū ex uobisipsis, id est, si non potestis au
Peccatū à ferre malos ex medio uestris, ipsum malum auferte ex uobis
nobis fu psis, qd si quisq; uelit sic intelligere quod dictū est: Auferte ma
giendum, lum ex uobisipsis, ut per correptionē separationis de cōgrega
tione fratrū malus quisq; auferendus sit, studio tamen sanan
di, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit.

Ex libro epistolarum Augustini, epistola sexagesi
ma octaua, clericorum catholicorum Hippone ad Ia
nuarium partis Donatianæ.

Charitas Nos interim si quād uostros tenemus, cum magna dilectio
Augustini ne seruamus illæsos, loquimur illis, & legimus omnia quibus
circa hære error ipse conuincitur, qui fratres à fratribus separat, facimus
ticos ca quod dominus per Esaiam prophetam præcepit dicens: Audi
ptos pro te qui pauetis uerbū domini, dicit e fratres nostri estis his qui
oderunt

Oderunt uos, & qui uos execrantur, ut nomen domini honori pter uiolē
ficeretur, & appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescant. tiam quā
Ac sic aliquos eorū considerantes, euidentiam ueritatis & pul-
chritudinem pacis, nō baptismo quem iam sicut regalem cha-
racterem tanq; defertores acceperant, sed fidei quæ illis defuit
& spiritus sancti charitati, & Christi corpori sociamus. Si au-
tem uel nimia duritia, uel pudore non ferentes eorū insultatio-
nem, cum quibus cōtra nos tam multa falsa iactabant, & tam
multa mala excogitabant, uel magis timore, ne qualia nobis
antea faciebāt, talia nobiscū iam patiātur, unitati Christi con-
sentire noluerūt, sicut illæsi retēti sunt, sic à nobis dimittūtur Ecclesia
illæsi. Hoc quantū possumus monermus etiā laicos nostros, ut poena cor-
eos illæsos teneant, & nobis corripiendos instruēdosq; per du-
cant. Hoc est ergo desideriū nostrum, quod tuæ grauitati per minē per-
has literas & per fratres quos misimus allegamus. Primum si sequitur.
ut homines non puniantur, sed corrigantur, & cætera.

De dilectione proximi.

Deuteronomij decimotertio: Fratri autē tuo abs-
que usura id quod indiget commodabis: ut benedicat
tibi dominus Deus tuus.

Capite decimoquarto: Cum repetes à proximo
tuorem aliquam quam debet tibi, nō ingredieris do-
mum eius, ut pignus auferas: sed stabis foris, & ille ti-
bi proferet quod habuerit. Sinautem pauper est, non
pernoctabit a pud te pignus, sed statim reddes ei an-
te solis occasum.

In codem: Non peruertes iudicium aduenæ, & pu-
pilli: nec auferes pignoris loco uiduæ uestimentum.

Augustinus libro primo de doctrina Christiana,
capite tricesimo.

Nam q̄ nullum hominum exceperit qui præcepit ut proximus
mum diligamus, et ipse dominus in Euāgelio ostendit, & Pau noſter oīs
lus Apostolus. Namq; illi cui duo præcepta protulerat, atque homo eſt.
in eis pendere totam legem prophetasq; dixerat, cum interro-

DE CORREPTIONE

Lucæ 10. garet eum dicens: Et quis est meus proximus: hominem quem
dam proposuit descendente ab Hierusalē in Hiericho incidisse
in latrones, & ab eis grauiter uulneratū, saucium & semiuiū
esse derelictū, Cui proximū esse nō docuit, nisi qui erga illū re-
creādū atq; curandū misericors extitit, ira ut hoc qui interro-
gauerat interrogatus ipse fateretur. Cui dominus ait: Vade &
tu fac similiter: ut uidelicet eum esse proximum intelligamus,
cui uel exhibendū est officium misericordiæ si indiget, uel ex-
hibendum esset si indigeret. Ex quo est iam consequens, ut ille
etiam à quo nobis hoc uicissim exhibendum est, proximus sit

Proximi
nomen ad
aliquid est

Matth. 5. Proximi em nomen ad aliquid est, nec quisq; esse pro-
ximus nisi proximo potest. Nullum aut exceptum esse cui mi-
sericordiæ denegat officium, quis nō uideat quando usque ad
inimicos eriā porrectum est eodem dño dicente: Diligite inr-

Galat. 5. imicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Ita quoq; Apo-

In dilectio
ne nullus
excipitur. stolus Paulus docet cum dicit: Nam nō adulterabis, nō homi-
f dūm facies, nō furaberis, non concupisces, & si quod est aliud
mandatum, in hoc sermone recapitulatur: diliges proximum
tuum tanq; teipsum. Dilectio proximi malū nō operat. Qui-
quis ergo arbitratur non de omni homine Apostolum præce-
pisse, cogetur fateri q; absurdissimum et sceleratissimum est, ui-
sum fuisse Apostolo non esse peccatum, si quis non Christian-

rem concupiscerit. Quod si dementis est dicere, manifestum est
omnem hominem proximum esse deputandum.

Augustinus libro primo de doctrina Christiana,
capite xxij. & xxijij. & xxvi.

Matth. 22. Hæc enim regula dilectionis diuinitus cōstituta est: Diliges,
Quatuor inquit, proximū tuum sicut teipsum. Cum ergo quatuor sint
gradus di- diligēda, Vnum quod supra nos est, alterum quod nos sumus,
lectionis. tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, De se-
cundo & quarto nulla præcepta danda erant. Quantumlibet
enim homo excidat à ueritate, manet illi dilectio sui, & dilec-
tio corporis sui. Fugax enim animus ab incommutabili lu-
mine omnium regnatore id agit, ut ipse sibi regnet & corpori
suo. Et ideo non potest nisi se & corpus suum diligere. Magnū
autem aliquid adeptum se putat, si etiam socijs, id est, alijs ho-
minibus dominari potuerit. Inest enim uitioso animo id ma-
gis ap-

gis appetere, & sibi tanquam debitum uēdicare, quod uni pro parte debetur Deo. Talis autem sui dilectio melius odium uocatur. Iniquum est em̄ quia uult sibi seruire, et quod infra se est, Seipso&es cum ipse superiori seruire nolit. Ergo quoniam pr̄cepto non diligunt. est opus, ut se quisq; & corpus suum diligat, id est, quoniam id quod sumus, & id quod infra nos est, quod ad nos tamen pertinet, inconcussa naturæ lege diligimus, quæ in bestias etiam promulgata est: nam & bestie se atq; corpora sua diligunt, restabat ut & de illo quod supra nos, & de illo quod iuxta nos est, pr̄cepta sumeremus: Diliges, inquit, dominum D E V M tuum, ex toto corde tuo, & cætera. Et proximum tuum sicut ipsum. Cum enim pr̄currat dilectio Dei, eiusq; dilectionis modus pr̄scriptus appareat, ita ut cætera in illum confluant, de dilectione tua nihil dictum uidetur.

Tertullianus in Apologetico, capite tricesimo nono.

Corpus sumus de conscientia religionis, & disciplinæ ueritate, & speci fœdere. Coimus in cœtum & aggregationem, ut ad Deum quasi manufacta precationibus ambiamus orantes. Hæc uis Deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorū ac potestatisbus, pro statu seculi, pro rerū quiete, pro mora finis. Coimus ad diuinarum literarum commémorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præscrimone cogit aut recognoscere. Certe fidē sanctis uocibus pa-

Cōmuni-
stiana.

scimus, spem erigimus, fidutiam figimus, disciplinā pr̄cepto- rum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiā exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno cum pôdere, ut apud cæteros de Dei cōspectu, sum munīq; futuri iudicij præjudicij est. Si quis ita deliquerit, ut a relegetur, præsidet probati quiq; seniores, honorē istum non pretio sed testimonio adepti: neq; em̄ pretio ulla res Dei constat. Etiam si qd artis genus est, non de oneraria summa quasi redemptæ religionis congregatur. Modicā unusquisq; stipem mēserua die, uel cum uelit, & si modo possit apponit. Nam nemo cōpellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt: nam inde nō epulis nec potaculis, nec in gratijs uoratis dispensatur: sed egenis alendis humandisque, & pueris

ac pupillis re ac parētibus destitutis, & statēq; domitis senib;,
item naufragis, et si qui in metallis, & si qui in insulis, uel in cu-
stodijs duntaxat ex causa Dei sectæ, alumnī confessionis suæ
sunt, & cætera. Sed & quos fratres nos uocamus, & cætera.

Augustinus ad Sebastianum, epistola centesima
quadragesimaquinta.

Sensi autem in epistola tua, quod tedium te detinuerit à pec-
catoribus relinquenteribus legem Dei. Illo enim spiritu uiuis
quo dictum est: Vidi insensatos & tabesceram. Pia est ista tri-
stitia, & si dici potest, beata miseria, uitijs alienis tribulari, nō
implicari, mærore non hærere, dolore contrahi, nō amore at-
trahi. Hæc est persecutio quam patiuntur omnes qui uolunt

in Christo pie uiuere secundum Apostolicam mordacem ue-
ramq; sententiam. Quid em̄ hic magis persecutur uitam bo-
norum quam uitam iniquorum, non cum cogit imitari quod
displacet, sed cum cogit dolere quod uideret? Quoniam coram
pio uiuens impie, & si non obligat consentientem, cruciat sen-
tientem. Nam s̄pē & diu impiorum corporibus à secularibus

Persecutio bonorum potestatibus, & quorumlibet uexationibus parcitur, pioz; au-
sunt uitia tem cordibus à malis hominum moribus nunquam usque ad
malorum. hujus seculi finem.

De abstinentia & vero

I E I V N I O.

Esaïæ quinquagesimo octauo:

NOlite ieunare, sicut usque ad hanc diem, ut au-
diatur in excuso clamor uester. Nunquid tale
est ieunium quod elegi, per diem affligere ho-
minem animam suam? Nunquid cōtorqueri quasi cir-
culum caput suum, & saccum & cinerē sternere? Nun-
quid istud uocabis ieunium, & diem acceprabilē do-
mino? Nōnne hoc est magis ieunium qd elegi? Dis-
solue colligationes impietatis. Frange esurienti pa-
nem tuum. Cum uideris nudum operi eum, & cætera.

Lucæ uigesimoprimo: Attendite autem uobis ne
forte

forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate, et curis huius uitæ.

Romanorum decimotertio: Non in comedientiis et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciis, non in contentione et æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Origenes in Leuiticum, Homelia decima, capite decimo sexto.

Tu si uis ieiunare secundum Christum, & humiliare animam tuam, omne tibi tempus est aptum totius anni, imo totius uitæ tuæ dies habero, ad humiliandum animam tuam, si tamen didicisti à domino salvatore nostro, quia mitis est & humilis corde. Tu itaque si uis ieiunare, ieiuna secundum præceptum Euangelij, & serua in ieiunijs euangelicas leges, in quibus hoc modo salvator de ieiunijs mandat: Tu autem si ieiunas, unge rū Christis caput tuum, & faciem tuam laua &c. Vis tibi adhuc ostendā quale te oportet ieiunare ieiinium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitia, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxuriae concialescas. Ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine à malis cogitationibus. Non concubuisse fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate seducant. Tale ieiinium Deo placet, Abstinere uero à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his, qui Christum crucifixerunt, acceptum est non potest Deo. Indignati sunt aliquando pharisei domino, cur nō ieiunarent discipuli eius, quibus ille respōdit, quia non possunt filii sponsi ieiunare, quam dui cum illis est sponsus. Illi ergo ieiunent, qui perdidrunt sponsum. Nos habentes nobiscum spōsum ieiunare non possumus. Nec hoc tamen ideo dicimus ut abstinentiæ Christianæ frena laxemus. Habet enim quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, habemus quarram & sextam septimanæ dies, quibus solenniter ieiunamus. Est certe libertas Christiano per omne tempus ieiunandi, non obseruantiæ superstitione, sed uirtute continentia. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi ar-

Ieiunium. Etioribus cōtinentia fulta subsidijs? Quomodo scripturis ope
quas uirtu ram dabunt? Quomodo scientiae, & sapientiae student? Non
tes operat ne per continentiam uētris & gutturiſ? Quomodo quis fei
Matth. 19 psum castrat propter regnum cœlorum, niſi ciborum affluen
tiam reſecet, niſi abſtinentia utatur administra? Hæc ergo
Christianis ieiunandi ratio est. Sed est & alia adhuc religio
ſa, cuius laus quorundam apostolorum literis prædicatur. In
uenimus enim in quodam libello ab apostolis dictum: Beatus
est qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem, huius ieiuniū
ualde acceptum est apud deum, & reuera digne ſatis.

Hierony. ad Nepotianum, tomo primo.

Montanus Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre
haereticus potes. Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderatea & non ſuper
leges ieiunii priſtina ieiunia. Quid prodeſt oleo, & uesci, & molestias qual
moriū priſtina difficultatesq; ciborum querere, carycas, piper, nuces,
mus insti palmarum fructus, ſimilam, mel, piftacia? Tota hortorū cul
tuit in Ec ſectamur, à regno cœlorum retrahimur. Audio preterea quos
cle. hift. lib. 7. cap. dam contra regulam hominumq; naturam, aquam non hibe
z8. Ieiuniū re, nec uesci pane, ſed forbitiunculas delicatas, & contrita ole
supersticio ra, betarumq; ſuccum, non calice forberet, ſed concha. Proch
ſum. pudor, non erubescimus iſtiusmodi ineptijs, nec tēdet ſuper
ſtitioſis? Insuper etiam famam abſtinentiæ in delitijs quæri
Delitijs fa mus. Fortiſſimum ieiunium eſt aqua & panis. Sed quia glo
rī abſtinenſia non habet, & omnes pane, & aqua uiuimus, quaſi publicū
tia quære & commune ieiunium non putatur.
re.

Idem ad Lucinium, tomo primo.

De ſabbato quod quæris utrum ieiunandum ſit, & de eu
chariſtia an accipienda quotidie, quod Romanæ ecclie, & Hi
spaniæ obſeruare perhibentur, ſcripſit quidem & Hippolitus
uir diſertissimus, & carptim diuersi ſcriptores ē uarijs autoris
bus adidere. Sed ego illud te breuiter admonendum puro,
traditiones ecclesiasticas (præſertim quæ fidei non officiant)
ita obſeruandas, ut à maioribus traditæ ſunt. Nec aliorum cō
ſuetudinem, aliorum cōtrario more ſubueri. Atque uitram
omni tempore ieiunare poſſimus, quod in actibus apostolo
rum diebus Pētecostes, & die dominica, apostolum Paulum,
omnitge, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manicheæ he
reſeos

E T I E I V N I O.

111

recessos accusandi sunt, cum carnalis cibis præferri non debuerit spirituali. Eucharistiam quoque absq; condemnatione nostræ, & pungente conscientia, semper accipere, & Psalmistam audire dicentem: Gustate & uidete, quoniam suavis est domini natus, & cum eo canere: Eructauit cor meum uerbum bonum. Nec hoc dico quod dominicis diebus iejunandum putem, & contextas sexaginta diebus ferias auferam, sed unaquæque pro vincia abundet in suo sensu &c.

Deuteronomij decimotertio : Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filijs Israël.

Proverbiorum uicesimotertio: Noli esse in conuiciis potatorum, nec in comedationibus eorum qui carnes ad uescendum conferant: quia uacantes potibus, & dantes symbola consumuntur: & uestiuntur pani dormitatio & cætera. Cui uxæ, cuius patri uxæ, cui rixæ, cui fouæ, cui sine causa uulnera, cui suffosio oculorum? Nónne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis?

Romanorum decimotertio : Non in comedationibus & ebrieratibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Augustinus epistola sexagesimaquarta ad Aurelium.

Horum ergo trium cubilia & impudicitiae tam magnum crimen putantur, ut nemo dignus, non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculauit. Et recte omnino. Sed quare resolutum? Comedationes enim & ebrietates ita concessæ & licite putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per dies solennes (quod ipsum quis non lugendū uideat, qui hæc non carnis oculis inspicit) sed etiā quotidie celebrentur. Quæ fœditas si tamen flagitiosa & non etiam sacrilega esset, quibuscum toleratiæ uiribus sustentandæ putaremus. Quanquam

Comessa-
tiones, &
ebrietates
reproban-
tur.

Quanquam ubi est illud, quod cum multa uitia enumerasset
idem Apostolus, inter quæ posuit ebriosos, ita conclusit, ut di-
ceret cum talibus nec panem edere. Sed feramus hæc in luxu
& labo domestica, & eorum conuiuiorum quæ priuatis parie-
tibus continentur, accipiamusq; cum eis corpus cum quibus
panem edere prohibemur, saltem de sanctorum corporum se-
pulchris, saltem de locis sacrorum, de domib; orationum tā-
tum dedecus arceatur. Quis enim audet negare priuatum, qd
cum frequentatur in sanctis locis, honor martyrum nomina-
tur? Hæc si prima Africa tētaret auferre à cæteris terris, imi-
tatione digna esse deberet. Sed tanta pestilentia est huius ma-
li, ut sanari prorsus quantum mihi uidetur, nisi consiliū auto-
ritate non possit. Non ergo a spere, quantū existimo, non du-
riter, nō modo imperioso ista tolluntur, magis docendo quā
iubendo, magis monendo quā minando. Sic enim agendū
est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda
est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cū dolore fiat,
de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in
nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur.

Romanorum sexto: Sicut enim exhibuisti mem-
bra uestra seruire immundiciæ, & iniquitatì ad ini-
quitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire
iusticiæ, in sanctificationem.

Ambrosius Simpliciano libro secundo, epistola
septima.

Deponamus igitur tam grauem seruitutis sarcinam, renū-
xiimus maiestiam luxuriæ ac delitijs, quæ nos astringunt quibusdā nexis
bus cupiditatum, & vinculis ligant. Nihil enim prosunt deli-
tiæ stulto. Et quicunq; à pueritia dederit se delitijs, manebit
in seruitute, ut uiuens mortuus sit. Recidatur ergo luxuries,
delitiæ refescuntur. Et si quis fuerit luxuriosus, ualedicat supe-
rioribus. Recisa enim uinea fructū affert, semipurata fron-
descit, neglecta luxuriat. Ideoq; scriptum est: Tanquam agri
cultura homo imprudēs, & tanquam uinea homo egens sen-
su, si reliqueris eum desertus erit. Colamus igitur corpus hoc
nostrum, castigemus illud, redigamus ad seruitutem, non il-
lud despiciamus. Sunt em̄ membra nostra arma iustitæ, sunt
& arma

Prouer. 24

& arma peccati. Si eleuentur arma iustitiae sunt, ut peccatum in ipsis non dominetur, si mortuum fuerit peccato, non regnabit in eo culpa, & erunt membra nostra a peccato libera. Non obediamus igitur cupiditatibus eius, neque exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. Si uideris mulierem ad Matth. 5
concupiscendum eam, membra tua arma peccati sunt. Si festi nasci uelocioribus pedibus ad effundendum innocentium sanguinem, membra tua arma iniquitatis sunt. Contra : Si uidi-
stii egenum, & induxisti in domum tuam, membra tua arma iustitiae sunt. Si eripuisti iniuriam accipientem, uel eum qui ducebatur ad mortem, si scidisti chirographum debitoris, membra tua arma iustitiae sunt. Si confessus es Christum (Arma enim intellectus labia sapientiae) labia tua membra iustitiae sunt. Qui potest dicere: Oculus eram cæcorum, pes claudorum, pa-
ter infirmorum, membra eius membra iustitiae sunt.

Prouer. 1
Esaie. 58

Iob. 29

Ambrosius ad Horontianum, epistola tricesima-octaua.

Non solum aduersus nequitiae spiritualia, quæ sunt in cœlestibus, sed etiam aduersus carnem & sanguinem lucta nobis. Militia est lucta aduersus satietatem, lucta cum ipsis frugibus terræ, luta uita hominum cum uino, quo etiam iustus inebriatus est. Lucta cum fenis super bestias, lucta cum uolatilibus cœli quibus caro saginata re terram. digitur in seruitutem, lucta cum periculis itinerum, periculis fluminum (ut ait Paulus) lucta cum uirgultis arborum, qui bus cædebatur apostoli. Vides quanta certamina. Terra ergo exercitii est hominis, cœlum corona. Cum itaque contulisset Deus homini, quod est gratiarum maximum, quasi charis simo & domestico animanti concessit ea, quæ in hoc mundo sunt omnia, ut nullius indigeret, quod esset necessarium uel ad uitam, uel ad bonam uitam. Quorum alia ministraret abundantia copiarum terrestrium ad uoluntatis perfunctio- nem, alia cognitio secretorum cœlestium, quæ mentem inflamaret hominis amore, & desiderio disciplinarum per quas ad sublime illud diuinorum penetralium possimus peruenire. Ut rursum igitur præstantissimum, ut & subiectas haberet oës mundi opes, omnia uolatilia terrestria, etiam pisces & usum maris, tanquam rex elementorum. Ac sine labore, sine indigenia, ad imitationem & similitudinem uenerandi autoris abunda-

Terra est exercitium nostrum, cœlum corona

abundaret omnibus, atq; in summa degeret copia, & uias sibi
aperiret, gradusq; admoueret, per quos ad eccl: ascenda re-

giam. Cuius difficilis itineris viatorem facile reperies illum
Corporis uirum, qui ita animi inductione formatus ac uoluntate, ut mi-
nima sibi cū suo corpore sit familiaritas, neq; in ullū ingre-
sum temptus,
summa ui-
ctoria est.

diatur uitiorum contubernium, nullis assentationū pumi-
cetur sermonibus. Neq; in rotis secundorum temporum po-
situs humiles fastidiat, mœsta fugiat, sanctorum laudes excus-
tiat atq; eluet. Neq; gloriae ardore, aut pecuniae præsumptiæ
spe oēm exurat cupiditatem. Cuius animū non inflectat mœ-
stitia, non frangat injuria, nulla solicitet suspicio, libido nō
exciter, non expugnat passiones corporis, non inquietat ua-
nitatum appetentia, uoluntatū gratia. Iam si adiungas ciuitati-
tates, castimoniā, sobrietatē, ac temperantiā, facile refrenare
potens sit immoderatos impetus lenium passionum, mensu-
ramq; imponat delectationibus suis & cupiditatibus. Aequi-
tate ambigua distinguat, trāquillitate mētis dubia cōponat.

Timor à
morte nos
nō reuocet

Et uelut cōpositis omnibus corporis & mētis iurgijs, quasi bo-
nus arbiter inoffensam teneat exterioris hominis atq; inter-
rioris cōcordiā, placidās eos in semetipso: ac si causa exigat,
nullus eum malus consiliarius reuocet metus à passionis coro-
na. Is planc non solū quasi amicus, sed etiā quasi filius a sume-

Ecclesiastici decimoctauo: Ante iudicium para-
iustitiam tibi, & ante quam loquaris disce. Ante lan-
guorem adhibe medicinam: & ante iudicium inter-
roga temetipsum: & in conspectu Dei inuenies pro-
pitiationem.

Capite decimo septimo: Non demoreris in errore
impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi
nihil perit confessio. Confiteberis uiuens, uiuus & sa-
nus confiteberis & laudabis Deum, & gloriaberis
in miserationibus illius.

Capite tricesimo octauo: In requie mortui requie-
scere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu
spiritus sui.

Capite

Cap. quadragesimoprimo: Luctus hominū in corpore ipsorum: Nomen autem impiorum delebitur.

Ecclesia stici decimoquarto: Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos intendere cibum.

Proverbiū undecimo: Mortuo homine impio nulla erit ultra spes: & expectatio solicitorum peribit. Iustus de angustia liberabitur: & tradetur impius pro eo.

Hieronymus tomo septimo in Ecclesiasten, capitulo nono.

Est confidentia, quoniam canis uiuens melior Nota de est leone mortuo, quia uiuentes sciunt quod morian purgatorio. & mortui nesciunt quicquam, & non est eis amplius merces. In obliuione enim uenit memoria eorum, & zelus eorum iam perijt, & pars non est eis adhuc in seculo, in omni quod fit sub sole & cætera.

Quia supra dixerat, cor filiorum hominum impleri malitia & procacitate, & post hæc omnia morte finiri: nunc eadē complet & repetit, donec uiuent homines eos posse fieri iustos, post mortem uero nullam boni operis dari occasionem. Peccator enim uiuens, potest melior esse iusto mortuo, si uoluerit in eius trāfīre uirtutes: uel certe eo qui se in malitia, post mortem tē nullum tentia, procacitate iactabat & mortuus fuerit, melior potest meritum quis pauper esse & uilissimus. Quare: quia uiuentes metu mortis possunt bona opera perpetrare: mortui uero nihil ualent ad id adiūcere quod semel secum tulere de uita, & obliuioē obvoluta sunt omnia, iuxta illud quod in psalmo scriptum est: Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. Sed & dilectio eorum, & odium & æmulatio, & omne quod in seculo habere potuerūt, mortis finis aduentu, nec iuste quippe possunt Virtutes & agere, nec peccare, nec uirtutes adiūcere, nec uitia. Licet quidam huic expositioni contradicant, afferentes post interitum excrescere nos posse & decrescere, & in eo quod nunc uiuntur. Psal. 30. cit: Et

ait: Et pars non erit eis adhuc in seculo in omni quod factum est sub sole: ita intelligunt, ut dicāt eos in hoc seculo & sub sole quem nos cernimus nullam habere communionem, habere uero sub alio seculo, de quo saluator ait: Non sum ego de hoc mundo, & sub sole iustitiae, & non excludi opinionem que cōtendit, postquam de hoc seculo migrauerimus, & offendere posse creaturas rationales & promereri.

Ioan. 18

Memoria mortuorum post hanc mortem cōpleta est.

Psal. 138.

Nos enim uiuentes cognoscimus patrem & filium & spiritum sanctum: illi uero mortui nihil sciunt neq; expectant aliam reprobationem atq; mercedem, sed completa est memoria eorum. Neq; ipsi meminerunt quæ scire debuerant, neque illorum iam dominus recordaturus est. Dilectio quoque aliqua aliquando Deum diligebant perire, & odium de quo audebat loquebantur: Nonne odientes te domine odiui, & super inimicos tuos tabescemam? Necnon & zelus eorum iuxta quem Phinees zelatus est, & Matathias intremuerunt populi. Perspicuum est autem, quod & pars eorum non est in seculo. Non enim possunt dicere: Pars mea dominus.

Ambrosius tomo primo, libro de bono mortis, capite secundo.

Not. 2.

Deniq; festinabat etiam sanctus David de hoc loco peregrinationis exire dicens: Aduena ego sum apud te in terra & perigrinus, sicut omnes patres mei. Et ideo tanquam peregrinus ad illam sanctorum communem omnium patriam fettinabat, perens pro huius commorationis inquinamento, remitti sibi peccata priusquam discederet de uita. Qui enim hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non erit. Non erit autem, quia ad uitam æternam non potuerit peruenire, quia uita æterna remissio peccatorum est. Ideoq; dicit: Remitte mihi ut refrigererem priusquam eam, & amplius non ero. Quidigitur tantopere uitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum &c.

Iob tricesimotertio: Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit. Per somnum in uisione nocturna, quando irruit sopor in homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures uirorum, & crudens eos instruit disciplina; ut auertat hominem ab his quæ

Peccatum post mortem non remittitur.

Psalm. 58.

his quæ fecit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius à corruptione, & uitam illius ut non transcat in gladium. Increpat quoq; per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.

Iob tricesimoquarto: Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit uulnus, quis est qui contempletur eum? Et super gentes & super omnes homines.

Exodi decimoseptimo: Quia manus solius domini & bellum Dei erit contra Amalech à generatione in generationem.

Hieronymus in proverbia tomo septimo, capite duodecimo: Mæror in corde uiri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur.

Quia nimirum necesse est, ut prius peccatorem mæror p̄c Verbi Dei intentiæ salubriter humiliet, & ita postmodum per iudicium pœnitentes sacerdotis sermo datæ reconciliationis lætificet. cōsolatur.

Idem tomo quinto, In Hieremiam, capite tricesimo primo: Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam & cætera.

Castigasti, inquit, me, & castigatus sum. Omnis correptionis proficit in salutem, quæ ad præsens uidetur esse tristitia, & postea fructus affert pacificos. Quodq; ait: Quasi iuuenitus indomitus, siue sicut uitulus, & non didici, hoc significat, quod multo labore atq; uerberibus eruditus sit, ut ad pœnitentiam conuerteretur, & non profecerit. Conuerte, inquit, me, & conuertar. Ergo id ipsum quod agimus pœnitentiam, nisi Dei nitamus auxilio implere non possumus. Postquam enim conuerteris me, & ad te conuersus fuero, tunc cognoscam, quia tu dominus Deus meus es, & nequaquam errores mei atq; peccata interficiunt me. Et postquam conuertisti me gratia Dei pœnitentiā in nobis operatur.

egi pœnitentiam. Vide quantum sit auxilium Dei, & quā fragilitas humana conditio, ut hoc ipsum quod agimus pœnitentiam, nisi nos dominus ante conuerterit, nequaquam impletum reualebimus. Et postquam, inquit, ostendisti mihi, uel ipsam y pœnitentiam

p̄cōnitentiam, uel tui notitiam, siue cognoui te, percussiſſe
mūr meū. Quid dolentis & plangentis, & super errore pri-
ſtino plorantis iuditium eſt, ut fœmūr manu percutiat, &
ſtultum ſe ante finiſſe fateatur. Confusus, inquit, ſum & eru-
bi, ſiue ex die confuſionis. Quid enim tempus non eſt con-
fuſionis noſtræ ſi recordemur antiqua peccata, & omnium
quaſe male egimus capiamus memoriam?

De oratione.

Dauid psalmo tricesimo ſexto:

SVbditus eſto domino, & ora cum.

Psal. quadragesimoprimo: Apud me oratio
Deo uitæ meæ, dicam Deo ſucepto r meus es.
Ecclesiastici decimo octauo: Non impediariſ ora-
re ſemper. Ante orationem præpara animam tuam,
& noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.

Matthæi ſexto: Et cum oratis, non eritis ſicut hy-
pocritæ qui amant in synagogis & in angulis pla-
tearum ſtantes orare, ut uideantur ab hominibus.
Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam.
Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &
clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcōdito, & pater
tuus qui uidet in abſcōdito reddet tibi. Orantes au-
tem nolite multum loqui ſicut ethnici faciūt. Putant
enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite
ergo affiſſilari eis. Scit enim pater uester, quid opus
ſit uobis antequam petatis eū. Sic ergo orabitis uos:
Pater noster, etcætera.

Ambroſius libro de Cain & Abel, capite nono.

Cubiculum tuum, mentis arcanum animiq; ſecretum eſt
In hoc cubiculum tuum intra, hoc eſt, intra in alta præcor-
modus & uirtus. dia, tot⁹ ingredere de corporis tui exteriori uestibulo, & clau-
de oſtium tuum. Quid ſit oſtium tuum diſce: Pone domin⁹
Pſal. 140. cuſtodiā oris meo, & oſtium circuitus labijs meis. Cauē ne x
oratio

DE ORATIONE.

339

oratione te extollas. Oratio enim humiliantis se nubes pene-
trabit. Cae ne incaute symboli uel dominicę orationis diuul-
ges mysteria. An nescis quām graue sit in oratione contrahe-
re peccatum, ubi speras remedium? Certe dominus per pro-
phetam docuit, hoc graue esse maledictum dicens: Et oratio
eius fiat in peccatum. Nisi forte mediocre id tibi putas esse dif-
fide. Est enim de potentia Dei æstimare quod non audiaris
nisi clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affe-
ctus, clament passiones tuæ, clamet sanguis tuus sicut sancti
Abel. De quo dixit Deus ad Cain: Vox sanguinis fratris tui
clamat ad me. Audit enim in occultis, qui mundat in occultis.
Nos nisi loquentem aliquem audire non possumus: apud Deū
loquuntur non uerba, sed cogitationes. Apostolus quoq; do-
cer orandum sine ira & disceptatione, ut non turbetur, non
interpoletur oratio tua: docet etiam orandum in omni loco,
cum saluator dicat: Intra in cubiculum tuū. Sed intellige cu-
biculū, non inclusum parietibus, quo tua membra claudant,
sed cubiculum quod in te est, in quo includuntur cogitatio-
nes tuæ, in quo uersantur sensus tui. Hoc orationis tuæ cubicu-
lum ubiq; tecū est, & ubiq; secretū est, cuius arbiter nullus est
nisi solus Deus. Orādum autē præcipue & pro populo doceris,
hoc est, pro toto corpore, pro membris omnibus matris tuæ,
in quo mutuæ charitatis est insigne. Si enim pro te roges, tā
tummodo pro te rogabis. Et si pro te tantū singuli oreant, mi-
nor peccatoris, quām intercedentis est gratia. Nunc autē quia
singuli orant pro omnibus, etiam oēs orant pro singulis &c.

Psal. 108

Oratio si-
ne clamo-
re fiat.
Gene. 4

1. Tim. 2
Cubiculū
orationis
quale erat.

*Esaiae uicesimosexto: Anima mea desiderauit te
nocte: sed in spiritu meo in præcordijs meis de mane
uigilabo ad te.*

*Gregorius in moralibus libro uicesimosecundo, cō-
pīte decimoctauo:*

*Iob tricesimoprimo: Quis mihi tribuat adiutorē
ut desiderium meum omnipotens audiat.*

*Notandum quoq; est, quod nequaquam dicitur preces, sed
desideriū meū omnipotēs audiat. Vera quippe postulatio nō
in oris est uocibus, sed in cogitatōibus est cordis. Valētores Oratio ue-
nang; uoces apud secretissimas aures Dei non faciunt uerba
ra est in co-*

gitationi- nostra, sed desideria. Hinc in Euangelio dominus dicit: Intra
bus cordis, in cubiculum tuum. Cluso quippe ostio petit in cubiculo,
qui tacente ore in cōspectu supernæ pietatis fundit affectum
mentis & cetera.

**Augustinus de orando Deum ad Probam, episo-
ta centesima uicesima prima, capite decimo.**

Absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa
precatio, si feruens perseverat intentio. Nam multum loqui,
est in orando rem necessariam superfluis agere uerbis. Mul-
tum autem precari, est ad Deum quem precamur diuturna et
pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumq; hoc negotium

Oratio nō plus gemitibus q; sermonibus agitur: plus fletu q; affatu. Po-
nit autem lachrymas nostras in conspectu suo, et gemitus no-
ster non est absconditus ab eo qui omnia per uerbum condi-
dit, & humana uerba non querit. Neq; enim ut nonnulli pu-
tant, hoc est orare in multiloquio si diutius oref. Dicuntur fra-
tres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tñ
breuissimas, & raptim quodāmodo iaculatas, ne illa uigilan-
ter electa, quæ oranti plurimū necessaria est, per productio-
res mores euanscat atq; hebetur intentio.

Primo Regum primo: Porrò Anna loquebatur
in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, &
uox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam
Heli temulentam.

**Iob tricesimotertio: Plenus enim sum sermoni-
bus, & coartat me spiritus uteri mei. En ueter meus**
quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas no-
uas dirumpit & cetera.

Bernardus super cantica sermone Ixvij.

Habent suas uoces affectus, per quas se etiam cum nolunt
produnt: timor (uerbi causa) meticulosas, dolor gemebudas,
amor focundas. Nunquid dolentium planctus, incrētumue
singultus uel gemitus, percussorum itemq; pauētum subitas
& efferatas clamitationes, seu etiam saturorum ruētus, aut
usus creat, aut ratio excitat, aut deliberatio ordinat, aut præ-
meditatio format? Eiusmodi certū est non nutu prodire ani-
mi, sed erūpere motu. Sic flagrans ac uchemens amor præser-
tum di-

tim diuinus, cum se intra se cohibere non ualet, non attendit In oratiōe
quo ordine, qua lege, quāue serie seu paucitate uerbōrum ebul- nulla lex
hat, dū modo ex hoc nullum sui sentiat detrimentum. Inter nobis dāda
dū nec uerba requirit, inter dū nec uoces omnino ullas, solis
ad hoc contentus suspirijs. Quid tu in ructu quāris orationū
iuncturas, solēnia dictionum? Quas tu tuo ructui leges impo
nis uel regulas? Non recipit tuam moderationem, non à te
compositionem expectat, per se ex intimis, non modo cum
non uis, sed & cum nescis erumpit.

Malachiæ primo: Ab ortu enim solis usque ad oc
casum, magnum est nomen meum in gentibus: & in
omni loco sacrificatur & offertur nomini meo obla
tio munda, quia magnum nomen meum in gentibus
dicit dominus exercituum.

Paulus ad Colloſſenses quarto: Orationi instate,
vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul
& pro nobis.

Prima Timothei secundo: Volo ergo uiros ora
re in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & di
sceptatione.

Chrysost. Home. xxxij. de cruce & latrone,

Iudæis etiam ideo iussit omnem terram Deus dimittere, &
in unum locum sacrificium atq; oblationem celebrare, quia
tunc omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia conta
minatione polluta, quæ ex sacrificijs gentium super ipsam ce
lebrabātur. Nobis autem quoniam Christus adueniens oēm
terrā emundauit, omnis locus orationi uacat. Ideo Paulus cū
omni fidutia exhortatur dicens: Volo ergo orare uiros in
omni loco. Ecce torus mundus emundatus est, elementa pur
gata sunt, ut ubiq; nobis Deum liceat prædicare, & omnis ter
ra sanctior illo loco est, qui illo in tempore predicabatur san
cta sanctorum. Nam ibi pecus irrationalē oblatum, hic spiri
tuale immolatum est, & tanto maius est sacrificium, quanto
& sanctitas de sacramento præfertur.

Exodi uicesimo octauo: Portabitq; Aarō nomina
filiorum Israël in rationali iudicij super peccatus suū,

In omni lo
co orandū
& prædi
candum.

quando ingreditur sanctuarium, memoriale coram domino in aeternum. Pones autem in rationali iudicij doctrinam & ueritatem, quae erunt in pectore Aarō quando ingreditur coram domino: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu domini semper &c. Et uestietur ea Aaron in officio ministerij ut audiat sonitus qñ ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur.

Deuteronomij uicesimotertio: Non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & abscessis ue retro ecclesiam domini & cetera.

Primo Corinthiorum decimoquarto: Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Ceterum si benedixeris spiritu, quis supplet locū idiotæ? Quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas nescit.

Augustinus libro de magistro, capite primo.

Nescire te arbitror nō ob aliud nobis præceptum esse, ut in locutione clavis cubiculis oremus, quo nomine significatur mentis per nostra Deo neutralia, nisi quod Deus ut nobis quod cupimus præstet, cōmoneri aut doceri nostra locutione non querit. Qui enim loxit doceri. quitur, suæ uoluntatis signum foras dat per articulatum sonū. Orationē Deus aut in ipsis animæ rationalis secretis, q. homo interior sacerdotis uocat, & querendus & deprecandus est. Hec em sua tēpla esse in templo uoluit. Quare non opus est locutione cū oramus, id est, sonantibus uerbis, nisi forte sicut sacerdotes faciunt, significandæ omnes intelligere mentis suæ causa, non ut Deus, sed ut homines audiant, & cōsentiente quadam per commemorationem suspendantur.

Augustinus ad inquisitiones Ianuarij, epistola centesima decimanona, capite decimo octauo.

Miror sane quid ita uolueris, ut de his quæ uarie per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberē, cum & non sit necessarium, & una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationē uitæ melioris, ubi cung; institutum uideamus.

videmus, uel instituta cognoscimus, non solum non impro-
bemus, sed etiam laudando & imirando se temur, si aliquorū
infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si
enim eo modo impedit, ut maiora studiorum lucra speran-
Confrat. ci-
da sint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine du-
ones huma-
bitatiōe faciendū est, maxime illud quod etiā de scripturis de-
næ sint in
fendi potest, sicut de Hymnis & Psalmis canēdis, & i. si: s dñi scripturis
& apostolorum habeamus documenta & exempla & præce-
fundatæ
pta, de hac re tam utilia. Ad mouendū pie animū, & acciden-
dum diuinæ lectionis affectū, uaria consuetudo est, & pleraq;
in Africa ecclesiæ mēbra pigriora sunt, ita ut Donatisiæ nos
reprehēdant quod sobrie psallimus in ecclesia diuina cantica
prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad cāticūm psalmorū,
humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis
inflammant. Quoniam autem non est tempus, cum in ecclæ-
sia fratres congregantur sanctæ cantādi, nisi cum legitur aut
disputatur, aut Antistites clara uoce deprecantur, aut cōmu-
nis oratio uoce diaconi indicitur?

Augustinus libro confessionum nono, capite se-
primo.

Non longe cœperat Mediolanensis ecclesia genus hoc con-
solationis celebrare, magno studio fratum concinentium
uocibus & cordibus. Nimurum annus erat, aut non multoam Cantū Am-
plius, cum Iustina Valentini regis pueri mater, hominem tuū brosusqua
Ambrosium persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat se re instituit
ducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in ecclesia, mori para-
ta cum episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, fo-
licitudinis & uigiliarū primas partes tenens, orationibus ui-
uebat. Nos adhuc frigidī à calore spiritus tui, excitabamur
cum ciuitate attonita atq; turbata. Tunc Hymni & Psalmi ut
canerentur secundum morem orientalium partium, ne popu-
lus mœroris tædio cœtabesceret, institutum est, & ex illo te-
pore in hodie nun diem retentum, multis iam ac pericōmī
bus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus.

Cantus di
uinus mœ
rorem de-
pellit.

Elaiae primo: Cum multiplicaueritis orationem
non exaudiam.

Idē cap. uigesimono: Eo quod appropinquat
populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor

autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato
hominum & doctrinis.

Ezechielis uicesimosexto: Vastabunt opes tuas,
diripient negotiatiōes tuas, & destruēt muros tuos,
& domos tuas p̄aeclaras subuertent. Et quiescere fa-
ciam multitudinem cantorū tuorum, & sonitus citha-
tarum tuarum non audietur amplius.

Idem capite tricesimotertio: Et ueniūt ad te quasi
si ingrediatur populus: & sedent coram te populus
meus, & audiunt sermones tuos & non facient eos:
quia in canticum oris sui uertunt illos: & suam au-
ritiam sequitur cor eorum: & est eis quasi carmen
musicum, quod suavi dulcique sono canitur. Et au-
diunt uerba tua, & non faciunt ea. Et cum uenerit
quod prædictum est, tunc scient quia prophetes fue-
rūt inter eos.

Proverbiorum xxvij. Qui declinat aures suas ne
audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Amos quinto: Aufer à me tumultum carminum
tuorum, & cantica liræ tuæ non audiam.

Idem capite sexto: Sicut David putauerunt se ha-
bere uasa cantici, bibentes uinum in phialis, & opti-
mo unguento delibuti, & nihil patiebantur super co-
tritione Ioseph.

Matth. decimoquinto: Populus hic labijs me ho-
norat, cor aut̄ eorū longe est à me. Sine causa aut̄ co-
lunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

Chrysostomus libro diuersarū Homeliarum, Ho-
melia duodecima, De muliere Cananæ.

Multitudo Nonnulli introeuntes eccl̄esiā in mille uersus extendunt
Psalmodiū orationē suam, quasi apud dominū multitudo sermonū opus
in oratiōe sit, tanquam ignorantī quid postules, qui antequam cogites
reprobat, nouit. Nā & illi quidē quid dicunt, nesciunt. Labia mouen-
tolummo.

solummodo, mens autem sine fructu est, & aures eius surdae sunt. Tu non audis orationem tuam, & dominum uis audire preceum tuam. Flexi, inquis, genua. Cur uastri quidem genua intus, sed mens tua foris uagatur. Corpus tuum intus, sed sensus foris. Os quidē loquebatur, sed mens usuras cogitabat, possessionum redditus supputabat, descriptiones domorum uidebat, amicorum uerba uoluebat, negligentias intuebatur famulorum, parasitorum urbanitates ridebat, mulierum speciem cōfiderabat. Hæc igitur sciens orationibus fieri, imitare Canaanam, uir mulierem, quæ uigilanter & cum summa sapientia rogabat dominum, & ideo meruit impetrare. Sed fortasse dicis, nō habeo filiam quæ dæmone plena sit, sed habes animam peccatis refertam, & cætera.

Matth. 15
Cananæ
mulieris di-
ligens ora-
tio.

In eadem Homelia.

Vide philosophicam mulieris animam dicentis: Miserere mei. Non, inquit, habeo conscientiam bonorum operum, nec recte uitæ fidutiam. Ad misericordiam confugio, ad tranquillum portum peccantium. Ad misericordiam cōfugio, ubi cestat iudicium. Ad misericordiam confugio, ubi ineffabilis salus est. Dic mihi mulier, quemadmodū ausa es, cum sis peccatrix Cananæ & iniqua, accedere ad eum. Ego, inquit, noui quid agam. Vī solū Christi prudentiam mulieris. Non rogar Iacobum, non obsecrat stum inuocat Iannem, neq; pergit ad Petrum, nec incendit Apostolorum cat. chorum, non quæsiuit mediatorem. Sed pro omnibus illis pœnitentiam accepit comitem, quæ aduocati locum impleuit, & sic ad summum fontem perrexit. Propterea, inquit, descēdit, propterea carnem assumpsit, & homo factus est, ut & ego ei audeam loqui. Sursum in cœlis Cherubin eum tremunt, & Seraphim metuunt, & deorsum meretrix loquitur cum eo: Misere mei. Nudus quidem sermo, sed immensitatem quidem sauitis cōtinens, miserere mei. Propterea, inquit, uenisti, propterea carnem assumpsisti, propterea factus es, qd ego sum, &c.

Leuitici sexto: Offeret autem ea m calidam in odo rem suauissimum domino sacerdos, qui iure patri successerit. Et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne cōsumetur nec quicquam comedet ex eo.

Ephesiorum quinto: Implemini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in Psalmis, Hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes semper pro omnibus.

Hieronymus libro commentariorum tertio,

capite quinto, in epistolam ad Ephesios.

Spiritus Qui se abstinuerit uino & ab ebrietate in quo est luxuria, & **Psalmos** pro hoc spiritu fuerit impletus, iste omnia potest accipere spiritualiter, Psalmos, Hymnos & cantica. Quid autem inter sit **soli in telligit.** inter Psalmum & Hymnum, et cantum in Psalterio plenissime discimus. Nunc autem breuiter Hymnos esse dicendum, qui fortitudinem ac maiestatem praedican Dei, & eiusdem semper uel beneficia, uel facta mirantur. Quod omnes Psalmi continent, quibus Alleluia, uel præpositum, uel subiectum est. Psalmi auctem proprie ad ethicum locum pertinet, ut per organum corporis, quid faciendum, quid uitandum sit nouerimus. Qui uero de superioribus disputat, & concentum mundi, omniumq; creaturarum ordinem, atq; concordiam subtilis disputator edificat, iste spirituale canticum canit: Vel certe, ut propter simpliciores manifestius quod uolumus eloquamus, Psalmus ad corporis, canticum refertur ad mentem. Et canere igitur, & psallere, & laudare dominum, magis animo q; uoce debemus. Hoc est quippe quod dicitur: Cantantes & psallentes in cordibus uestris dno. Audiant haec adolescentuli, audiāt hi quibus psallen di in Ecclesia officium est, Deo non uoce sed corde psallēdū, nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicami ne collintendas, ut in Ecclesia theatrales moduli auctiantur & cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

Cyrillus in Leuiticum libro duodecimo.

Sed & tu qui sequeris Christū, & imitator es eius si permaneas in uerbo Dei, si in lege ei⁹ mediteris die ac nocte, si in mādatis eius exercearis, semper in sanctis es, nec unq; inde discedes. Neq; enī in locis sancta quaerenda sunt, sed in actibus, uita & moribus, quæ si secundū dominum sint, & secundum præceptum Dei habeantur, et iam si in domo Dei non sis, etiam si in foro sis, & quid dico in foro? etiā si in theatro inueniaris, uerbo Dei deseruiens, in sanctis te esse nō dubites. An non tibi uideatur

Locus hominem nō sanctificat uel orationem.

DE ORRATIONE.

347

Acto. 19
Acto. 17

detur Paulus cum ingressus est theatru, & ingressus est Areo-
pagum, & prædicauit Atheniæsibus Christum, in sanctis fuis-
se? Sed & cum perambularet aras, & idola Atheniensium, ubi
inuenit scriptum, ignoto Deo, & ex hoc uerbo tumpfit Chri-
sti prædicationis exordium, etiam ibi aras gentilium lustrâs,
in sanctis positus erat, quia sancta cogitabatur, & cætera.

Fulgentius ad Transimundum regem,
libro secundo.

Nam immensitatem diuinitatis filij Dei, manifesta prædica-
tione & eloquiorum diuinorum attestatione, heatus martyr
Cyprianus affirmat in epistola de oratione dominica, dicens: **Doctrina**
Deniq; magisterio suo dominus secreto nos orare præcepit, **Christi de**
in abditis & secretis locis, in cubiculis ipsis, qd magis conuenit Christi de
fidei, ut sciamus Deum ubiq; esse præsentē, audire omnes & ui oratione.
dere, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoq; & occulta
penetrare, sicut scriptum est: Ego Deus approximans, & non
Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis,
ego ergo nō uidebo eum: Nonne cœlū & terram ego impleo?
Et iterum: In omni loco oculi Dei speculantur bonos & ma-
los. Et quando in unum cum fratribus conuenimus, & sacri-
fici diuina cum Dei sacerdote celebramus, uerecundiae & disci-
plinæ memores esse debemus, non passim uentilare preces no-
stras in conditissimis uocibus, nec petitionem commendendā Deo
cum uultuosa loquacitate iactare, quia Deus nō uocis, sed cor **Cordis au-**
ditor est, nec admonēdus est clamoribus qui cogitatio-
nes uidet, probante dñō & dicente: Quid cogitatis nequam in Deus.
cordibus uestris? Et alio loco: Scient omnes Ecclesiæ, quia ego
sum scrutator renis & cordis. Beatus certe Cyprianus, Deum,
quæ dixit ubiq; esse præsentē, audire omnes & uidere, & maie-
statis suæ plenitudine abdita q; & occulta penetrare, ipsum
nō uocis, sed cordis assentit auditorē, nec admonendū clamori-
bus, qui cogitationes uidit, ipsum quoq; ponit dicētem: Quid
cogitatis nequam in cordibus uestris, & cætera. Simile quid-
dam beatus Cyprianus etiam ad Tyberitanos scribens, de filij **Christus**
Dei immensitate testatur his uerbis: Solus nō est, cui Christus orationes
in fuga comes est: solus non est, qui templum Dei seruans, ubi nostras in
cunque fuerit, sine dñō non est. Et si fugientē in solitudine ac **omni loco**
montibus latro oppresserit, fera inuaserit, famæ, aut sitis, aut audit.
frigus

frigus afflixerit, uel per maria præcipiti nauigatione propterā tem tempestas aut procella submerserit, spectat militē suum Christus ubiq; pugnantē. In epistola quoq; de lapsis, quisquis uolet, haec inserta reperiet. Videt ille corda & pectora singulo rum, & iudicaturus non tantum de factis, sed & uerbis & cogitationibus nostris, omnium mentes uoluntatesq; cōceptas, in tra ipsas adhuc clausi pectoris latebras intuet̄. Filius ergo Dei, tam autoritate diuina, q; sanctor; patrum fideli ueracit̄; sententia secūdum diuinam naturam infinitus immensusq; probatur, ubiq; præsens, omnia replens, testis nūc cogitationum & operum futurus iudex, retributorq; cunctorum, & cetera.

Esaiae sexagesimoquarto: Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est, domus sanctificationis nostre & gloriae nostre, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustio nem ignis: & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas.

Prima Ioannis quinto: Et hec est fidutia quam habemus a pud eum, quod si petierimus secūdum uoluntatem eius audit nos. Et si scimus quia audit nos, quicquid petierimus, scimus qd habemus petitiones quas postulauimus ab eo.

Origenes in Matthæum, Homelia sexta.

Matth. 18

Si duo uestrum conuenerint super terram, de omni re quicquid petierint, fieri eis. Manifestum est autem, quoniam ubi nostra ora sit de omni re consensus, nec duo conuenerunt super terrā. Esta est causa, propter quam non exaudimur orantes, quia nostra non ex consentimus nobis per omnia super terrā neq; dogmate, neq; conuersatione. Adhuc autē, si corpus sumus Christi, & posuit Deus singula membra in corpore, ut id ipsum sapiat membra, & consentiant, & sollicita sint, & paciente membro uno compatiantur omnia, & glorificato cōgaudeant omnia, debemus in nobis musicum istum seruare concētum. Sicut enim in musicis nisi fuerit conuenientia uocum, non delectat audientem: & Ecclesia nisi cōsensum habuerit, non delectatur Deus in ea nec audit uoces eorum. Consentiamus ergo, ut cōgregatis nobis in

Vnitas Ecclæsiae laudatur.

DE ORATIONE. 349
bis in nomine Iesu, sit Iesus in medio nostrum, uerbum scilicet
Dei & sapientia & uirtus ipsius.

Idem in epistolā ad Romanos, libro se-
ptimo, capte octauo.

Admonendi sunt qui prosperitatē sibi præsentis uitæ & sa- Honores
nitatem uel diuitias, uel honores postulant à Deo, quia quid & diuitiae
orient secundum quod expedit nesciunt. Sæpe em̄ fit ut ad da- non sunt
minū animæ, uel opprobriū eius sempiternū concedan̄ p̄petendæ
fentia hęc lucra, & dignitas secularis. Et ideo illud n̄ agis tenē à Deo.
dum est quod in oratione docuit dominus: Fiat uoluntas tua.
Qui aut̄ scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia Deū Matth. 6
postulat pro sanctis. Ostendit quidem Deum non tam uerba
nostra in oratione q̄ cor mentemq; perpendere, ipse enim est
qui scrutatur corda & renes, quod autem secūdo dicit, quia spi-
ritus interpellat, hoc est, quod edocet, non minimā dispensa-
tionem per spiritum sanctum in hominibus geri.

Spiritus
ipse postu-
lat, p nobis

Hieronymus in epistolā ad Galatas, to-
mo nono, capite sexto.

Vnusquisq; enim onus suum portabit.

Videtur superioribus contraire, ubi ait: Alter alterius one- Nota.
ra portate. Si em̄ unusquisq; onus suum portabit, alter alterius
onera portare non poterit. Sed uidendum, quod ibi præcepe. In hac uita
rit, ut peccates in hac uita nos inuicem sustentemus, & in p̄ inuicem ad-
senti seculo alterutrū auxilio sumus: Hic autē de domini dicat iuuare pos-
in nos iudicio, quod nō ex alterius peccato, & comparatione sumus.
deterioris, sed iuxta nostrum opus, aut peccatores ab eo iudi-
cetur aut sancti, recipiente unoquoq; secundum opus suum.
Obscure licet docemur per hanc sententiolam nouum dogma Memoria
quod latitat, dum in præsenti seculo sumus, siue orationibus, mortuorū.
tribunal Christi uenerimus, non Job, non Daniel, nec Noë ro-
gare posse pro quoquam, sed unumquenq; portare onus suū.
Ecclesiastici decimoctauo: Ante orationem præ-
para animam tuam: & noli esse quasi homo qui ten-
tat Deum.

Bernardus sermone quinto, in capite Ieiunij.

Porrò petitiones cordis in tribus credo constare, nec uideo
quid

Tria quæ à quid præter illa electus quisq; sibi debeat postulare. Duo quidem huius temporis sunt, id est, bona corporis & animæ, tertium uero beatitudo uitæ æternæ. Nec miseris quod bona corporis à Deo dixerim esse querenda, quoniam eius sunt corporalia omnia, sicut & spiritualia omnia bona. Ab eo ergo petendum & sperandum nobis est, unde possimus in eius seruatio sustentari. Veruntamen pro necessitatibus animæ orandum nobis est, & frequentius & feruentius, id est, pro obtainenda gratia Dei, animæq; uirtutibus. Sic & pro uita æterna tota pietate & toto nobis orandum est desiderio, ubi nimurum corporis & animæ plena & prefecta sit beatitudo. In his ergo tribus ut

Obstacula cordis petitiones sint, tria nobis sunt obseruanda. Nam & in tria oratio prima quidem superfluitas, & in secunda impuritas, & elationis nostræ, interdum surripere solet in tertia. Nonnunquam enim temporalia quæ solent ad uoluntatem, uirtutes ad ostentationem. Sed & uitam æternam aliqui fortassis non in humilitate querunt, sed tanquam in fidutia suorum meritorum. Nec hoc dicunt ut in ea constituat quisq; fidutiam impetrandi: hoc solum conferunt hæc præmissa dona, ut ab ea misericordia quæ trahuit hæc, sperentur etiam ampliora. Sit ergo oratio quæ pro temporalibus est, circa solas necessitates restricta. Sit oratio quæ pro uirtutibus est animæ, etiam ab omni impuritate libera, & circa solum beneplacitum Dei intenta. Sit ea quæ sit pro æterna uita in omni humilitate, præsumēs de sola (ut dignum est) miseratione diuina.

De labore manuum.

Genesio tertio:

IN sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.

Iob quinto: Homo nascitur ad laborem, & auis ad uolatum.

Psalmo centesimo uigesimo septimo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benedictus erit.

Prima

DE LABORE

331

Prima Corinthiorum quarto: Laboramus operantes manibus nostris.

Secunda Corinthiorum undecimo: In labore & erumna, in uigilijs multis.

Secunda ad Tessalonicenses tertio: Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte ac die operates, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi no[n] habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud uos, haec denuntiabamus uobis, q[ui]nam si quis non uult operari, nec manducet, &c.

Aetorum uigesimo: Argentum & aurum aut uestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quae mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae.

Augustinus libro de opere Monachorum, capite duodecimo.

Per hoc enim quod iure dominico debebatur bonis Evangelistis, non propter hoc euangelizantibus, sed querentibus regnum Dei, ut haec omnia apponenterentur eis, inueniebant alij Eleemosynarum occasionem, de quibus idem dicit: Neq; em̄ isti Deo seruūt, sed nasquare ueteri: quibus haec occasio amputare uolebat Apostolus, Paulus acut etiam quod sibi iuste debebatur omitteret. Aperte quippe cipere non hoc ipse ostendit in secunda ad Corinthios, ab alijs Ecclesijs sup luit, pleras dicens necessitates suas, Venerat em̄ si. ut apparet ad tā 2. Cor. 11 tam indigentiam, ut de longinquis Ecclesijs ei necessaria mitterentur, dum tamen ab eis apud q[ui]s erat, nihil tale acciperet.

Ex capite decimo septimo: Quid em̄ agat qui operari corporo Cōtra otiosos labora raliter nolunt, cui rei uacent scire desidero: Orationibus in- quis, & Psalmis, & lectioni, & uerbo Dei. Sancta planē uita, & in Christi suauitate laudabilis. sed si in his auocādi no[n] sumus, nec manducandū est, nec ipse escæ quotidie præparandæ, ut possint apponi & assundi. Si autē ad ista uacare feruos Dei certis

certis interuallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & Apostolicis præceptis obseruandis aliquas partes temporis deputamus? Citius enim exauditur una obediens oratio, q̄ decem milia contemptoris. Cantica uero diuina cantare etiam manibus operantes facile possunt, & ipsum laborem tanquam diuino celeumate consolari. An ignoramus opifices quibus uanitatibus & plerunque turpitudinibus theatra carum fabularum donent corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit seruum DEI manibus operantem in lege domini meditari, & psallere nomini domini altissimi: ita sanè ut ad ea discenda quæ memori ter recolat, habeat seposita tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium, subficio supplendorum necessariorum deesse non debent, ut horæ quibus ad erudiendum animum ita uacatur, ut illa opera corporalia geri non possint, non opprimant egestate. Qui autem se dicunt uacare lectioni, nonne illic inueniunt quod præcipit Apostolus? Quæ est ergo ista peruersitas, lectioni nolle obtemperare, dum uult ei uacare, & ut quod bonum est diutius legatur, ideo facere nolle quod legitur? Quis enim nesciat tanto citius quenque proficere cum bona legit, quanto citius facit quod legit?

Prædicantes uerbū Dei quotidianā à labore excusantur. Ex capite decimo octauo: Si autem alicui sermo erogandus est, & ita occupatur ut manibus operari non uacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt, ueniētibus ad se ex alio generi uitæ fratribus, uel diuinæ lectiones exponere, uel de aliis quibus lectionibus salubriter disputare? Quādo ergo non oës possunt, cur sub hoc obtētu omnes uacare uolunt: quanquam & si omnes possent, uicissim facere deberent, non solum ne certi à necessarijs operibus occuparentur, sed etiam quia sufficit ut audientibus pluribus unus loquatur.

In seruitiū Dei etiā ruris ad hanc professionem seruitutis Dei & ex conditione seruitiū stici admittunt uel etiam liberti, uel propter hoc à dominis liberati, siue librandi, & ex uita rusticana & opificiū exercitatione & plebeio labore, tanto utiq̄ felicius quanto fortius educati, qui si non admittātur graue peccatum est. Multi enim ex eo numero uere magni & imitandi extiterunt. Nam propterea & infirmatur pia & sancta cogitatio facit, ut etiam tales admittātur, qui nullum

nullum afferant mutata in melius uitæ documentū. Neq; em̄ Otium quos
apparet, utrum ex proposito seruitutis Dei uenerint, an uitā dam ad ser-
inopem & laboriosam fugientes, otiosi pasci atq; uestiri uolue uitii Dei
rint, & insuper honorari ab eis à quibus contēni cōteriç; con trahit.
sueuerāt. Tales ergo quoniā se quo minus operen̄, de infirmi-
tate corporis excusare nō possunt, præteritæ quippe uitæ con-
fuetudine conuincunt, umbraculo malè discipline se cōtegunt,
ut ex male intellecto Euāgelio, præcepta Apostolica peruertere
re meditent, uere uolatilia cœli, sed per superbiam in altum se
extollendo, & fœnum agri, sed carnaliter sentiendo.

Ex capite uigesimotertio. Nunc uero cōtra Apostolū Chri-
sti recitant Euangeliū Christi. Ita enim mirabilia sunt opera
pigroꝝ, ut impedire uelint Euāgelium, quod Apostolus ideo
præcepit & fecit, ne impediretur ipsum Euāgelium. Certe em̄
propterea se dicunt operari nō debere, quia nec uolucres cœli
seminant necq; metunt, de quibus dominus similitudinē
dedit, ne de talibus necessarijs cogitemus. Cur ergo non atten-
dunt quod sequitur? Neq; em̄ tantummodo hoc dictū est, qui
non seminant necq; metūt, sed adiectum est, neq; cōgregant in
apotheas. Cur ergo isti manus otiosas & plena repositoria
uolunt habere? Cur ea quæ sumunt ex laboribus aliorum, re-
condunt & seruant unde quotidie proferatur? Cur deniq; mo
lunt & coquunt? Hoc enim aues non faciunt.

Prouerbiorum uigesimosexto: Abscōdit piger ma-
num suam sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas
conuerterit. Sapientior sibi piger uidetur septem ui-
ris loquentibus sententias.

Prouerbiorum sexto: Vade ad formicam o piger,
considera uias eius, & disce sapientiam. Quæ cum non
habeat ducem nec præceptorem, nec principem, pa-
rat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod
comedat. Usquequo piger dormies & cetera. Si uero
impiger fueris, ueniet ut fons messis tua, & egestas lō
ge fugiet à te.

Ecclesiastici uigesimosexto: Duæ species difficiles
& periculose mihi apparuerunt. Difficile exuitur ne

Studiū hę-
reticorum
ca uerbum
Dei.

Hęreticis ha-
bēt manus
otiosas &
repositoria
plena.

gotians à negligentia , & non iustificabitur capo à peccatis labiorum.

Ecclesiastici septimo: Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo.

Capite decimo : Melior est qui operatur & abundat in omnibus,quam qui gloriatur & eget pane.

Prouerbiorū duodecimo & uigesimo octauo: Qui operatur terram suam satiabitur panibus: qui autem secessatur otium stultissimus est.

Prouerbiorum decimo: Egestatē operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat.

Capite uigesimo : Proprius frigus piger arare noluit, mendicabit ergo a state & non dabitur illi, & cetera . Noli diligere somnum ne te egestas opprimat, & aperi oculos tuos & saturare panibus.

Capite uigesimoprimo : Desideria occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat, qui autem iustus est, tribuet & non cessabit.

Capite uigesimosecundo: Dicit piger leo est foris, in medio platearum occidendum sum.

Theophylactus in epistolam primam
ad Tessalonicenses, capite quarto.

Rogamus autem uos fratres, ut abudetis magis & operamdetis ut quieti sitis, & ut uestrum negotium agatis, & operamini manibus uestris sicut præcepimus uobis. Et si nequaquam nescius ait, per uos in fratres charitatem seruari, rogamus tamen ut abudetis magis, hoc est, uestram erga fratres augeatis magis ac magis benevolentiam, ad eamque & omni studioenitamini. Potest & ita intelligi, ut statim illud sequatur, date operam ut nos quietius habeatis, & uestrum quisque propria negotia peragat. Ex his autem eos arguit, qui otio uacant, & quiete totos addicunt, curiosusque aliena disquirunt, omnia perturbare, Quin uero cum manibus, inquit, proprijs operamini, il-

**Labor no
ster fratris
bus prospic-**

ni, illos uituperat, qui corporis tollunt exercitationem, & spiritu ritualia tantum depositant, & longe falluntur. Non enim ieiunium uel humi cubationem manibus quis operatur, sed spiritu. Vnde intelligi datur non de spiritali exercitatione hoc loco. Apostolus co dixisse. A postolum, sed de coporali. Est nanque spiritus san loqui hic est: officium, ex manu opera uictum alijs impari, spiritus decorporati inquam id certius quoddam est opis. Nam ea tempestate Christi non spiritiani, cum Christi ob fidem suscep tam, infidelibus praedae est rituali ope sent, re omni familiari, & fortunae bonis exhausti in summa re.

rerum penuria uitam degebant, eoq; ut operetur edocet, qua tenus querant cum sibi tum alijs praesidio esse. Si itaq; his in jungit Apostolus operi manu insudare, nil tamen eos excludit quibus adhuc res integra manebat, & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Hoc est, ne quid impudentius apud illos agatis, qui extra fidei aulam diuagantur, stipem efflagitando, quod tam modestius dixit, ne illos offenderet, perinde ac si dicat: Si fideles ipsi, cum fidei Mēdicitas lem quempiam conspicantur optima corporis ualeutidine mē reproba dicantem, maxime offenduntur, & istiusmodi hominem, sub in Ecclesia Christi prætextu mercimonia factitare incusant, quanto ma gis sunt infideles ipsi id mendicandi genus obtrectatur!

Neemias quinto: Et increpauit optimates & magistratus, & dixi eis: usuras ne singuli à fratribus uestris exigatis, & cetera. Duces autem primi qui fuerunt ante me grauauerunt populu, & acceperunt ab eis in pane & uino & pecunia siclos quadraginta. Sed & ministri eorum depresso rant populum. Ego autem non feci ista propter timorem Dei. Quin potius in opere muri ædificau, & agrum non emi, & oēs pueri mei congregati ad opus erant.

Ecclesiastici tricesimotertio: Multam enim malitiam docuit otiositas. Iugum & lorum curuant collū durum, & seruum inclinant operationes assiduae.

Theophylactus in epistolam secundam ad Tessa lonenses, capite tertio.

Neg gratis panem manducauiimus ab aliquo. Nihil uobis

fuimus inquieti, hoc est, nequaquam fuimus uobis molesti, sed
Labor & his manibus laborauit, ut alibi dicit, ut mihi & alijs uictum &
diligentia necessaria suppeditarem, nec gratis panem manducauimus,
Apostoli. hoc est, non otiosi & pigri à uobis escam accepimus. Est enim
sua mercede mercenarius dignus (sed in labore & fatigacione
Nocte ac die operantes.) Vide quantum operæ sibi iniunxerit
Paulus , ut interdiu ac noctu à laboribus nunquam cessaret,
instruendo & castigando.

In eodem capite.

Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquiete,
Otio quāta & nihil operantes, sed curiose agentes. Cum enim nostra hæc
mēs in motu sit semper, necesse est sane, ut cum nihil quod uti
le sit operatur, ut superuacanea & inutilia tractet, ut dictū est
supra, disquiratq; & aliorum uitam, deinde ad detractiones &
uerba inania & scurrilia quædam præceps feratur . Operan-
dum est itaque, & manibus semper aliquid factitandum. Ne-
que ei parcendum, qui cum uiribus ualeat, negotijs uacet, &
in otio sit. Dicet aliquis: Atqui orationi intendo & ieunijs. Be-
ne habet. Hæc tamen non manuum labore conficiuntur. Po-
test nanque post ieunia & orationes manibus aliquid opera-
ri. Cum em id facere respueris, pro segni procul dubio & otio
multo torpente conuictus damnabere . Quid ergo inquit ali-
quis, nonne & qui alios instruit, ad opus huiusmodi cogendus
Conciona erit? Nequaquam, quia maius opus aliud pertractat, & plus ha-
tor uerbi bens difficultatis, quod & nūc impedit, ne laborem manibus
Dei à labo exequatur. Tibi uero seorsum & in otio agenti nihil huiusmo-
re excusat. di erit impedimento. Quocirca laborent iñ qui apud uos negli-
genter uiuunt & otiose, & manibus opus aliquid exerceant
uelim.

Quod agricolarū labor sit honestus & sanctus uide Augu-
 stini tomo tertio pagina centesima quinquagesima octaua, d.
 Et quod agricultura sit omnium artium innocentissima, uide
 tandem tomo sexto, pagina decimaquarta, d.

Theophylactus in Ioannem, capite sexto.

Operemini non cibum qui perit, & cetera.

Vos quidem, inquit, queritis me propter panes quia cibum
 illum desideratis. Oportet autem nos non omnino deditos es-
 ventris eu & uentri, sed maxime spiritualiū agere curam, & non omnem
 solici-

sollicitudinem in corporalem cibum insumere. Nam illum uo ra prohibe
 tavit cibum qui perit. Nam quia multi cupientes ignau iuiue-
 tur, & maxime Masseliani, qui usi sunt hoc dicto ad patrocinium
 sue ignauiae, operæ pretium fuerit declarare hoc dictum. Non
 enim hoc dixit dominus noster I E S V S C H R I S T V S, ut
 corporalem quidem operationem ab eis uelit amouere, & ipsos
 ad otium cogere. Omnem enim malitiam docuit otiositas, & Otiositas
 si oportet euidenter dicere, ipsum otiose uelle iuiuere, cibus est omnē ma-
 qui perit, & ita eum qui C H R I S T V M sequit, oportet ope litiam do-
 rari, ut habeat quod & alijs communicet, hoc enim habet mer cuit.
 cedem & promissionem futuri regni. Et quomodo igitur, in-
 quiunt, dicit dominus, quod non oporteat operari cibum qui
 perit, continuum circa cibos studium reñiens, & ad spiritua-
 lia non parum inducens? Profecto dicunt, per hoc dominus
 corporalem operationem excludit, id quoque manifestum ex
 hoc quod ad Martham dicit, Martha sollicita es & turbaris, *Lucæ 10*
 uno autem opus. Maria bonam partem elegit. Et iterum: Ne
 solliciti sitis in crastinum. Et hæc quidem afferunt i qui per Matth. 6
 ignauiam pasciuerent. Nos autem quid dicimus? Dictum ad Autorita-
 Martham non de opere est & operatione, uel otio, sed de tem tes otioso-
 poris obseruatione, & ne tempus audiendi insumatur in occu rū hominū
 pationes parandorum ciborum. Persuadet igitur ei ne perdat
 tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his que
 uentris sunt. Quod autem dicit, ne solliciti sitis, neque hoc di-
 eto operationem reiecit. Aliud em sollicitudo est, & aliud ope- Operatio
 ratio. Fieri enim potest, ut sollicitus non sit qui operetur. Do- & sollicitu
 tet igitur nos dominus ne addicti simus curis uitæ, neq; habeat do differūt
 mus curam quomodo cras refocillemur, & uult ut unoquo-
 que die operemur dicens: Ne solliciti sitis de crastino, quasi in
 hunc modum diceret: Ne solliciti sitis, quomodo hodie operan
 do cras quiescatis, sed quotidie cibum quotidiana operatione Quotidie
 parantes, ne solliciti sitis de crastino. cibus que-
 rendus.

Hieronymus tomœ nono, in epistolam ad

Ephesios, capite quarto.

Qui furabatur iam non furetur, magis autem la-
 boret operando manibus suis quod bonum est, ut ha-
 beat communicare ei qui indiget.

Quia hi qui in uitæ istius negotijs conuersantur, propter ali-

Negotia & usus necessarios, coguntur aliqua, uel emere, uel uenire, & lucra de negotiatione sectari, & difficile est etiam eos titionem uitii uocat. qui à ceteris passionibus liberi sunt, fornicatione uidelicet, idolatria, adulterio & homicidio, hoc uitio non teneri. Propterea nunc Ephefios moneret, ne sub occasione emolumenti, furti Furtum crimen incurant. Furtum nominans, omne quod alterius da quid sit. inno quaeritur. Iustum autem esse ut manibus suis unusquisque operans & uictum labore conquirens, impartialiter non habentibus. Nec uero ait: Magis autem laboret operario manibus suis quod bonum est, ut non indigeat, et habeat uictum, & nulli molestiam exhibeat: sed laboret, inquit, manibus suis quod bonum est, ut habeat unde communicet indigentibus. Qui igitur ad hoc tantum laborat, ut ipse non egeat, & à ceteris contrahit manum, quamvis applaudat sibi, tamen Apostoli preceptum non fecit, & cetera.

In tripartita historia, libro octauo, capite primo.

Monachi laborare debent.

Monachus nisi operatus fuerit, uiolento iudicatur aequaliter. In eodem capite.

Nec non Serapion circiter decem milia sub se monachorum habens, quos omnes sic educabat, ut ex propriis sudoribus necessaria compararet, & alijs ministraret egentibus.

Ioannes Chrysostomus tomō se primo in Matthēi, Homelia decimaquinta, capite sexto.

Ne solliciti sis inquit manducetis.

Non dixit nolite laborare, sed nolite solliciti esse. Ergo solliciti esse ueramur, laborare autem iubemur. Sic enim dominus loquens ad Adam, non dixit cum sollicitudine facies tibi panem, sed cum labore & sudore faciei tuæ. Ergo non sollicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis. Sicut laborantibus enim pro præmio diligentia Deo præstante panis abundat, sic dormientibus & negligentibus propria negligentia, Deo faciente subducitur.

De indulgentijs.

Proverbiorum decimosexto:

Mise

DE INDVLGENTIIS.

359

Misericordia & ueritate redimitur iniq[ua]tas:
& in timore domini declinatur à malo. Mis-
erationum domini recordabor, laudem domi-
ni super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & su-
per multitudinem bonorum domini Israël, quæ lar-
gitus est eis secundum indulgentiam suam: & secun-
dum multitudinem misericordiarum suarum.

Esaiæ sexagesimotertio: In dilectione sua, & in in-
dulgentia sua ipse redemit eos, & potauit eos, & ele-
uauit eos cunctis diebus seculi.

Augustinus sermone de Martyri-
bus sermone tertio.

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater-
uester cœlestis peccata uestra. Rogo uos fratres, quid delica-
tius, quid benignius dici potest? In potestate nostra posuit, qua-
liter in die iudicij judicemur. Non dixit, uade in orientem &
quere iustitiam, nauiga usq[ue] ad occidentem ut accipias indul-
gentiam. Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi. Indulge, & Indulgen-
tia indugetur tibi. Da, & dabitur tibi. Nihil à te extra te querit. tam pecca-
to posuit quod requirit. Non enim medicamenta uulneribus tuis, bis inueni
longe opus habes inquirere peccatorum tuorum indulgentiā, mus.
si uis intus in cellario cordis tui poteris inuenire, & cetera.

Deuteronomij tricesimo: Mandatum hoc quod
ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neq[ue] procul
positum, nec in cœlo situm, ut possis dicere: Quis no-
strum ualerit ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad
nos, ut audiamus & opere compleamus? Neq[ue] trans
mare positum, ut causeris & dicas: Quis è uobis pote
rit transfretare mare, & illud ad nos usq[ue] deferre, ut
possimus audire & facere quod præceptum est? Sed
iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo ut
facias illud.

Bernardus in sermone primo de Aduentu.

Indulgen- Non te oportet ô homo maria transfretare, non penetrare
tiam pecca nubes, non transalpinare necesse est. Non grandis inquam ti-
torum per bi ostenditur uia, usque ad temetipsum occurre Deo tuo, pro-
uerbum in pe est em uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Usque ad cordis
uenimus. compunctionem & oris confessionem occurre, ut saltē excas
de sterquilinio miseræ conscientiæ, quoniam indignum est il-
luc autorem puritatis intrare.

**Origenes in Exodum, Homelia decima-
tertia, capite uigesimoquinto**

Et dixit Moyses ad omnem synagogam filiorum Israël di-
cens: Hoc est uerbum quod præcepit dominus dicens: Sumite
à uobisipsis redemptionem domino, omnis qui concepit cor-
de, offerat initio domino aurum, argentum, æramentum, & cæ-
tera. Quid ergo est quod dicit Moyses, afferre à uobisipsis, &

Aurum qua- unusquisq; sicut corde concepit? Illud quidem aurum & argé-
le Christ⁹ tum cæteræq; materiae, unde tabernaculum constructum est,
pro indul- constat de scrinijs & promptuarij uniuscuiusq; prolati. Spir-
gentia pec- ritualis autem lex aurum requirit ad tabernaculum, quod in-
catore re- tra nos est, & argentum quod intra nos est, & omnes reliquias
quirit.

Roma. 10 proferre de nobis. Dicit enim scriptura: Quia prope est uerbū
in ore tuo & in corde tuo, ga si confessus fueris in ore dominū
Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum suscitauit à
mortuis, saluus eris. Hæc à te ipso sumis, hæc intra te sunt, hæc
etiam si nudus sis habere potes.

Hieremiæ quadragesimoquarto: Vos & uxores ue-
stræ locuti estis ore uestro & manibus uestris imple-
stis dicentes: faciamus uota nostra que uouimus, ut sa-
crificemus reginę cœli, & libemus ei libamina. Imple-
stis uota uestra & opere perpetrasti ea. Ideo audite
uerbum domini, & cætera.

Zachariæ decimoquarto: Et non erit mercator ul-
tra in domo domini exercituum in die illo.

Esaïæ quadragesimoseptimo: Negotiatores tui ab
adolescentia tua unusquisque in uia sua errauerunt.
Non est qui saluet te.

Hiere-

DE INDVLGENTIIS

961

Hieremiae quinquagesimo: Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntq; uagari in montibus. De monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes qui inuenierunt comedenterunt eos.

Ozeæ undecimo: Circumdedicit me Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Israël.

Prouerbiorum decimo septimo: Et qui iustificat impium & qui condemnat iustum, abominabilis est uterq; apud Deum.

Ecclesiastici tricesimo primo: Lignum offensiōis est aurum sacrificantium: uq; illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo.

Prouerbiorum uicesimo quarto: Ne infidieris & quereras impietatem in domo iusti, neq; uastes requiecius. Septies enim cadet iustus, impij autem coruent in malum.

Quarto Esdræ ultimo: Et qui negotiantur in rapina, quā diu exornant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas, rāto magis adzelabor eos super peccata sua dicit dominus.

Hieremiae decimo sexto: Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabunt eos. Et post hæc mittā in eos multos uenatores, & uenabunt eos de omni mōte, de omni colle, & de cauernis petrarū: q; oculi mei super oēs uias eorū. Non sunt absconditae à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniurias & peccata eorum & cetera.

Augustinus in Psalmum septuagesimum cōcione prima. Versu, Quoniam non cognoui negotiatiōes & cetera.

Vē illis qui Qui enim negotiatores actuosi quāsi ex eo quod agunt prā proper lu sumunt, opera sua laudant, non perueniunt ad gratiam Dei. cra indul- Ergo contra illam gratiam sunt negotiatores, quam commē gentiā pec dat hic Psalmus. Illam enim gratiam commendat, ut nemo catorū pro de suis operibus glorietur. Quomodo quodam loco dicitur, Psal. 87
Medici non resuicabūt: deferere ergo debent homines me dicinam? Sed quid est hoc? Sub isto nomine intelliguntur superbi pollicētes salutem hominibus, cū domini sit salus. Quōmodo ergo contra medicos, id est, superbos salutis pollicita tores uigilat hoc quod dictum est, tota die salutem tuam: sic contra negotiatores, id est, qui de actu suo & operibus gau dent, uigilat hoc quod dictum est: os meum annunciauit iustiam tuam, id est, non mēā. Qui sunt negotiatores, id est, qui si de actu suo sibi placentes? Qui ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Merito dominus expulit illos de templo, quibus dictum est, Scriptum est: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam domum negotiationis, id est, gloriantes de operibus ue stris, otium non quārentes, nec audientes contra inquietudinem & negotiationem uestram dicentem scripturam: Vacate & uidete quoniam ego sum dominus. Hæc requies contra ne gotiatores prædicatur. Hæc requies contra eos qui oderunt otium prædicatur, agendo & iactando se de operibus suis, ut non longius requiescant in Deo, & tanto longius à gratia defiliant, quanto magis de suis operibus extolluntur &c.

Esaiae decimo: Vx qui cōdunt leges iniquas: & scri bentes iniustitiam scripserunt ut opprimerent in iudicio pauperes: & vim fecerunt causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorum & pupillos di riparent. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de longe uenientis.

Exodi trigesimo: Faciesq; unctionis oleum sanctū unguentum & cetera. Homo quicunq; tale compo suerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de po pulo suo &c. Talem compositionem non facietis in usus

Roma. 10
Negotia to res ecclesiæ qui sunt.

Psal. 45
Confiden tia sola in meritis Christi in dulgentiā accipit.

DE INDULGENTIIS. 353
uſus uestros, quia sanctum eſt domino. Homo quicun
que fecerit ſimile, ut odore illius perfruatur, peribit
de populis ſuis.

Cyprianus Felici, epiftola quarta.

Præceptis diuinis neceſſe eſt obſequia noſtra deſeruiāt, nec
perfonam in eiusmodi accipi, aut aliud cuiquā largiri poſteſt
humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit diuina
præſcriptio.

Contra hu
manam in
dulgentiā.

Idem in epiftola octaua.

Adulterum eſt, impium eſt, ſacrilegium eſt, quodcumq; hu
mano furore iſtituitur, ut diſpoſitio diuina uioletur. Procul
ab huiuſmodi hominum contagione diſcedite, & sermones
corum ueluti cancer & pefiem fugiendo uitare, præmonēte do
mino atq; dicente: Cæciſunt & duces cæcorum.

Fugere de
bemus do
centes con
tra dñm.

Locus neq; ueſtis homini prodeſt.

Grego. ſuper Ezechie. Ho. nona, lib. primo.

Sæpe enim cum de uita proximorum queriuntur, mutare
locum conamur, ſecretum uitæ remotoris eligere, uidelicet
ignorantes, quia ſi defit ſpiritus non adiuuat locus. Loth in
Sodomis sanctus extitit, in mōte peccauit. Quod auit loca mē
rem non munitant, ipſe humani generis primus teſtatur pa
rēs, qui & in paradiſo cecidit. Nam si locus ſaluare potuifſet,
Satn de celo nō cecidiſſet. Vnde paſtoraſta ubiq; in hoc mun
do tentationes eſſe conſpiciens quæſiuit locum quo fugeret,
ſed fine Deo iuuenire non potuit munitū, ex qua re & iſipſum
ſibi locum fieri petiſt, propter quem locum quæſiuit dicens: Psal. 30.
Eſto mihi in Deum protectorem, & in locū munitum, ut ſal
uum me facias. Tolerādi ergo ubiq; ſunt proximi, quia Abel
fieri non ualet, quem Cain malitia non exerceſt.

Neq; locus
neq; ueſtis
indulgen
tiā largiri
potest.

Idem Grego. Hom. decima libro primo.

Sæpe enim quosdam uidemus ad uocem prædicationis qua
ſi ex conuerſione compunctos, habitum non animum mutas
ſe, ita ut religiosam uestem ſumerent ſed anteacta uitia non
talcarēt, ire ſtimulis immaniē agitari, malitię dolore in pxi
mi dolore feruescere, de ostensis quibusdam bonis ante huma
nos oculos ſuperbire, præſentis mundi luc a iniāter q̄rere,
& de ſolo exterius habitu quē ſumpferunt ſanctitatis fiduciā
habere

habere. Non enim est magni meriti, si quid fortis erga nos agitur in corpore, sed magnopere penitandum est quid agatur in mente & cætera.

Primo Regum decimosexto: Et dixit dominus ad Samuelem: Ne respicias uultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abiecti eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim uidet ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor.

Prouerbiorū uicesimoctauo: Qui decipit iustos in uia mala, in interitu suo corrueat, & simplices possebunt bona eius.

Ecclesiastici undecimo: Confide autem Deo, & mane in loco tuo.

Esaiae sexagesimoprimo: Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo eis opus eorum in ueritate: & fœdus perpetuum feriam eis.

Chrysostomus tomo septimo, Homelia tricesima octaua, in Matthæum, capite uigesimoprimo: Et cathedras uendentium columbas euertit.

Loquens & si non sermone, tamen ipso facto, Quid faciunt in templo multæ columbæ uenales? ex quo una columba gratuita descendit in templum corporis mei? id est, spiritus sanctus repleuit ecclesiam meam. Non enim in sacrificio columbarum postmodum placitum est Deo templum, id est, ecclesia, sed in spiritu sancto. Dixi enim uobis per prophetā: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues, cognoui omnia uolatilia coeli. Immola Deo sacrificium laudis, quia non hostias uolo, sed corda: non sacrificia, sed fidem. Item dixi uobis per eundē prophetam: Affer te domino gloriam & honorem. Et si uere uultis in templo Dei consistere, tollite hostias, & sic introite in atria eius sancta. Tollite tauros de templo, quia unus taurus est offerendus pro grege uniuerso, de q; Iacob dicebat, accusans leuitas, id est sacerdos

Psal. 49
Fidem &
corda qua-
rit Deus nō
munera
externa,
Psal. 28

sacerdotes: quia in ira sua occiderunt hominem, & in furore Gene. 49

suo subneruauerunt taurum. Tollite oves de templo, quoniā

unus agnus occidetur (Scriptum est enim: Domus mea do-

Matt. 21

mus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam

latronum.) Templum autem Dei speluncam facit latronum,

qui lucra terrena & illicita, non etiam spiritualia in ani-

marum salutem sectatur. Cultusq; religionis eo modo non

tam cultus est Dei, quād iniquae negotiationis occasio. Nam

quotidie ingreditur Iesu in templum suum, id est, in sanctam

ecclesiam, & enīt omnes uendentes gratiam Dei de ecclesia,

episcopos, presbyteros, diaconos, omnesq; ecclesiasticos, nec

non & laicos, quia unius criminis habentur, pariter Dei dona Emētes &

uendentes & cmētes, quia scriptum est: *Gratis accepisti, gra* uendentes

tis date. Columbas quoq; uendentiū cathedras euertit, ut q; dona Dei

honor sacerdotalis debet auferri ab eis diceret, q; pro terre- eadem p̄c

na mercede opus Dei faciendum existimant. Quod igitur de na plectun

ecclasiasticis diximus, hoc unusquisq; de se intelligat. Dicit em̄ tur.

Apostolus: *Vos estis templum Dei uiui, & spiritus sanctus ha-*

bitat in uobis. Non sit igitur in domo pectoris tui negotiatio-

llicita. Nil boni quod facimus, uel facere possumus adiuuāte

domino, appetitu iactantiae faciamus, non terreni lucri con-

cupiscentia, non malarum cupiditate rerum, ne ingrediatur

Iesu iratus & rigidus, & non aliter emundet templum suum,

nisi flagello adhibito, id est, correctione grauissima, & de spe

lūca latronum, id est, de habitaculo dæmonum per usum ini-

quæ cupiditatis, & de domo negotiationis, id est, de corde ter-

reni lucri inhiant, suæ faciat domum habitationis. Omnes

igitur intelligent delictorum indulgentiam, & reparationis

sue necessariam sibi esse medicinam. Nemo enim tanta firmi-

tate suffultus, ut de iustificatione sua debeat esse securus. Vta-

mur igitur dilectissimi, saluberrimi temporis uenerabilibus

institutis, & solertia cura nostras maculas tergamus. Quan-

tumlibet enim caste & sobrie mortalis hæc uita ducatur, quo

dam tamen puluere terrenæ conuersatio his aspergitur, & ni-

tor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à fumo

totius uanitatis est alienus, ut nulla possit sorde fuscari, & nō

semper indigeat expoliri. Quod si etiam castissimis animis ne-

cessarium est, quanto magis est expetendum, qui tota forte

anni spatia aut secularius, aut negligētius transferunt? Quos

charitate

Indulgen-
tia delicto
rum, est re
paratio ui
tæ prioris.

Verbi puri charitate debita componemus, ut confugiant omnes ad preceptorum sententiam ubique Dei misericordiam, & digna se confessione cum Quotidie obseruantia mandatorum Dei cunctorum corda sanctificant, na extirpa Mitescat saevitia, iracundia mansuescat. Remittant sibi oesatio uitorum culpas iniuciem suas. Nec exactor sit uindicta, qui petitor est Matth. 6: ueiae. Dicentes enim: Dimitte nobis debita, sicut & nos dimicimus debitoribus nostris, durissimis nos uinculis colligamus, nisi quod profitemur inpleamus & cetera.

Tertul. in Apolo. aduersus gentes, capite xiiij.

Nam haec sunt notae captiuitatis. Dixi uero quod magis tributarii, magis sancti. Imo quod magis sancti, magis tributarii. Maiestas questuaria efficit. Circuit cauponas religio medicas: exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet Deos nosse gratis, uenales sunt & cetera.

Idem cap. 42. Non sufficimus & hominibus & Diis uestris mendicantibus opem ferre. Nec putamus alijs quam pertinentibus impariendum. Denique porrigit manum Iupiter, & accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit uicatim, quam uestra religio templum.

Chrysost. in Gene. Ho. v. tomo vi. capite primo.

Glorificabimus autem eum, non per hoc solum, sed & per optimam uitam, si non in eadem peccata recidamus: sed longum ualere dicamus diabolicis illusionibus, si diligenti Dei uerborum attentione, multoque studio, & continua confessio ne superna cura nobis consiliemus. Sufficit enim ei ob magnam misericordiam suam ut desistamus a peccatis. Si enim hoc uoluerimus, facile & ad honorum operum actionem impellemur. Ne quis obsecro, postea in equestri ludo appareat, ne quis in conuenticulis illicitis dici partem dilapidet, ne quis tollorum ludo, & clamori qui inde oritur, posthac se admisceat. Quae enim utilitas ieunij, dic obsecro, si toto die nihil comedis, ludis autem & nugaris, saepet etiam peieras, & blasphemias, & ita totum perdis diem? Ne ita negligentes sumus obsecro in nostra ipsorum salute, quin potius sermo noster sit de spiritualibus. Et librum diuinum accipiat ali quis in manus, conuocatisque proximis per diuina eloquia riget & suam & conuenientium mentem, ut sic diabolicas infidias effugere ualeamus.

Indulgen-
tiā peccato-
rū merefis
quod ab ipsis
abstinet.

DE SA

De sacramento corporis & sanguinis Christi¹⁶⁷

guinis Christi.

Ioannis sexto:

Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro munere uita & cætera.

Prima Corinthiorum decimo: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne particiatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.

Prima Corinthiorum undecimo: Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat.

Beda in Collecto, & sunt uerba Augustini in sermone ad infantes ad altare de Sacramento.

Calix benedictionis & cætera, prima Corinthiorum decimo.

Hoc quod uidetis in altari Dei, etiam transacta nocte uidistis. Sed quid esset, quid sibi uelit, quam magna rei sacramentum contineret, nondū audistis. Quod ergo uidistis panis est, & calix, quod uobis etiam oculi uestri renunciant. Quod autem fides uestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis. Breuiter quidē hoc dictum est, quod fidei fortasse sufficiat, sed fides instructionem desiderat. Dicit enim propheta: Nisi credideritis non intelligetis. Potestis ergo modo dicere mihi: Præcepisti ut credamus, expone ut intelligamus. Potest enim in animo cuiusquam cogitatio talis oboriri: Dominus noster Iesus Christus, nouimus unde acceperit carnem de uirgine Maria. Infans lactatus est, nutritus est, creuit, ad iuuenilem æratē perductus est. A Iudeis persecutione Nativitas Christi passus est. Ligno suspensus est. In ligno interfectus est. Sepulchrus est. Tertio die resurrexit. Quo die uoluit in cœlū ascēdit, narratur.

Sacramen
tum istud
res fidei ē.
Esaiae. 6

Illuc

Illuc leuauit corpus suum, unde est uenturus, ut iudicet uiuos & mortuos. Ibi est modo sedens ad dexteram patris. Quomo do est ergo panis corpus eius? & calix, uel quod habet calix, quo est sanguis eius? Ista fratres ideo dicunt sacramēta, qā in eis aliud uideſ, aliud intelligif. Quod uideſ ſpecieſ habet corpora lē. Quod intelligif, fructū habet ſpiritalē. Corpus ergo Christi ſi uis intelligere. Apostoliſ audi dicētem fidelibus: Vos eſtis corpus Christi & membra. Si ergo uos eſtis corpus Christi & mēbra, mysteriū ueſtrū in mensa domini pofitū eſt, mysteriū domini accipitis. Ad id quod eſtis, amen respondetis, & respō dendo ſubſcribitis. Audis ergo corpus Christi, & respondes amen. Eſto membrum corporis Christi, ut uerum ſit amen tuū. Quare ergo in pane? Nihil hic de noſtro afferam⁹. Ipſum Apostolum item audiamus. Cum ergo de iſto ſacramento lo queretur, ait: Vnus panis, unum corpus multi ſumus. Intelle gite & gaudete, unitas, pietas, ueritas, charitas. Vnus panis, unum corpus multi. Recolite, quia panis non fit de uno gra no, ſed de multis. Quando exorcizabamini, quaſi molebamini. Quando baptizati eſtis, quaſi conſpersi eſtis. Quando ſpiri tui ſanctificationē accepistiſ, quaſi cocti eſtis. Eſtote quod ui detis, & accipite quod eſtis. Hoc Apostolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligeremus, etiam nō dictum ſatis oſtendit. Sicut enim ut fit ſpecies uisibilis panis, multa grana in unum conſperguntur, tanquam illud ſiat, quod de fidelibus a iſri ptura ſancta: Erat illis anima una, & cor unum in Deum: ſic & de uino fratres recolite unde fit unum. Grana multa pen dent ad botrum, ſed liquor granorum in unitatem confundi tur. Ita dominus noſter Ieſus Christus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere uoluit mysterium pacis, & unitatis noſtre in ſua mensa conſecrauit. Qui accipit mysterium unitatis, & non ſeruat uinculum pacis, non mysterium accipit pro ſe, ſed teſti monium contra ſe. Nulli eſt aliquatenus ambigendum, tune unumquenque fidelium corporis ſanguinisq; dominici par ticipem fieri, quando in baptimate membrum CHRISTI efficitur, nec alienari ab illius panis calicisq; cōſortio, etiam ſi ante quam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc ſeculo in unitate corporis Christi conſtitutus abſcedat. Sacra menti quippe illius participatione ac beneficio nō priuatur, quando ipſe hoc quod illud ſacramentum ſignificat inuenit.

1. Cor. 12
Corpus
Christi
nos ſumus

1. Cor. 10
Panis quo
modo fit.

Acto. 4
Vinū quo
modo fit

Sacramē ſuū myſte ſuū eſt uni tatis & cha ritatis.

Paruuli ba ptizati etiā pticipes ſunt corpo ſis domini

Quarto

CORPORIS ET SANGVINIS. 369

Quarto Regum uicesimo tertio: Reuersusq; est Iosias Hierusalem, & præcepit omni populo dicēs: Facite phase domino Deo uestro, secundū quod scriptum est in libro fæderis huius. Nec enim factum est phase tale à diebus iudicū qui iudicauerunt Israël, & omnium dierum regum Israël & regum Iuda, sicut in decimo octavo anno regis Iosiae factum est phase istud domino in Hierusalem.

Secundo Paralip. xxxv. Nunc ergo ministrate domino Deo uestro & populo eius Israël: & præparate uos per domos & cognationes uestras in diuisionib; singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israël, & descripsit Salomon filius eius: & ministrate in sanctuario eius per familias, turmasq; leuiticas: & sanctificati immolate phase. Fratres autem uestros ut possint iuxta uerba quæ locutus est dominus in manu Moysi facere, præparate. Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solennitate phase agnos & hædos de gregib; &c. Præparatumq; est ministerium, & steterūt sacerdotes in officio suo. Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperium, & immolatum est phase. Asperserūtq; sacerdotes manus suas sanguine, & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum, & separauerunt ea ut darent per domos & familias singulorum, & offerrētur domino sicut scriptum est in libro Moysi: de bobus quoq; fecerant similiter. Et assauerunt phase super ignem, iuxta quod in lege scriptū est & cætera. Omnis igitur cultura domini rite completa est in die illa, ut faceret phase, & offerrent holocausta super altare domini, iuxta præceptum Iosiae regis & cætera.

Exodi uicesimo quarto: Ille uero sumptum sanguinum

Aa nem

nem respersit in populum. Et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus uobis cum super cunctis sermonibus his.

Leuitici primo: Sanguinem uero illius fundent super altare filii Aaron per circuitum, diuidentque mentes caput & omnia quæ adhærent iecori: & imponent super ligna quibus subiiciendus est ignis. et cætera.

Primo Regum secundo: Erat ergo peccatum puerorum Heli grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines à sacrificio Domini et cætera. Si uir peccauerit in uirum, placeri ei potest Deus: si autem in Deum peccauerit uir, quis pro eo rogabit?

Primo Regum nono. Neque enim comedetur est populus donec ille ueniet: quia ipse benedic hostiam, & deinceps comedent qui uocati sunt.

Ex sermone Augustini de sacramentis fidelium.
Feria secunda Paschæ.

Quia Christus passus est pro nobis, cōmēdauit nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos: Nam & nos ipsius corpus facti sumus, & per misericordiam in ipsis, quod accipimus, nos sumus. Recordamini, & uos non fuistis, & creati estis. Ad aream dñicam compotari estis, laboribus boum, id est, annuntiantiū Euangeliū tritura ti estis. Quando cathecumini differebamini, in horreo seruabamini. Nomina uestra dedistis, cœpistis moli ieunii & exercitiorum, postea ad aquā uenistis, & cōspersi estis, & panis dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quo ergo uidetis esse unum quod factum est, sic unū estote, uos diligendo, uos tenet do unam fidem, unā spem, indiuividuam charitatem. Hæretici qui hoc accipiunt testimonium contra se accipiunt, quia illi querunt diuisionem, cū panis iste indicet unitatē. Sic & uinum in multis racemis fuit, & modo unū est. Vnū est in suauitate caloris post pressuram torcularis. Et uos post illa ieunia, post labores, post humilitatem, post contritionē cordis, iam in nomine Christi, tanq; ad calicem domini uenistis, & ibi uos estis in mente

CORPORIS ET SANGVINIS.

371

in mensa, & ibi uos estis in calice. Nobiscumque uos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul uiuimus. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi uita, hoc quando capere. Caro quod dixit panem carnem? Vocatur caro quod non caput caro, & ideo magis non capit caro, quia uocat caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum dixerunt, hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi uita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligant. Fiant corpus Christi si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non uiuit nisi corpus Christi. Intelligite fratres Corpus mei quid dixerim. Homo es, & spiritu habes, & corpus habes. Christi est Spiritus dico qui anima uocatur, qua constas quod homo es. Cō qui spiritu stas em ex anima & corpore. Habes itaque spiritum inuisibilem, Christi uit corpus uisibile. Dic mihi quid ex quo uiuat. Spiritus tuus uiuit. uit ex corpore tuo: an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondeat omnis qui uiuit, ex spiritu uiuo. Qui autem hoc non potest respondere, nescio si uiuit. Quid respondet omnis qui uiuit? Corpus utique meum uiuit de spiritu meo. Vis ergo & uiuere de spiritu Christi. In corpore esto Christi. Nunquid corpus meum uiuit de spiritu tuo? Meum uiuit de spiritu meo, & tuum de tuo. Non potest uiuere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem: Vnus panis, inquit, unus corpus multi sumus. O sacramentum pietatis. O si, quoniam sunt in unitate. O inculpsa charitatis. Qui uult uiuere habet secundum unitatis. Quod uiuere, accedit, credit, incorporetur, uiuiscetur. Non abscindat a compage membrorum, non sit putre membrum quod secat mereat, non sit distortum, de quo erubescat. Sit pulchrum, sit apertum, sit sanguinem hæreat corpori. Viuat Deo de Deo. Nunc laboret in terra, ut postea uiuat in celo.

In eodem sermone.

Hunc itaque cibum, & potum, societatem uult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta ecclesia in praedestinatis, & uocatis, & iustificatis & glorificatis sanctis, & si delibus eius. Quorum primum iam factum est, id est prædestiti gradus humani. Secundum & tertium, & factum est, & fit, & fiet, id est, ministratio. Quartum uero nunc in spe est, in re uocatio & iustificatio. Quartum uero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Huius rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi, alicubi quotidie,

Aa 2 alicubi

Eadē uerbas sunt in
Ioan. Tractatus 35.
Capit. 6.
Ioan. 6.

1. Cor. 10
Corpus Christi
quoniam sunt
potiores.

372 D E S A C R A M E N T O

alicubi certi: interuallis dierum, in dominico præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium. Res uero ipsa cuius sacramentum est omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quicunq; eius particeps fuerit.

Ioan. c

Caro eñ mea, inquit, uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant neq; sitiant, hoc ueraciter nō præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibles facit, id est, societas ipsa sanctorum, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propterea quippe, sicut etiā ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus noster Iesus Christus, corpus & sanguinem suum, in eis rebus commēdauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Nam aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis racemis cōfluit. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo māducare illam escā, & illum bibere potum, in Christo manere & illum manente in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec māducat eius carnem, nec bibit sanguinem, etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducet & bibat.

Hebræorum decimo: Hostiam & oblationem nō luisti, corpus autem aptasti mihi.

Augustinus in Psalmum tricesimum nonum.

Sublato illo sacrificio primo, sublatis holocaustis arietum, hircorum, uitolorum, cæterarumq; victimarum, noluit illa Deus. Quare illa noluit: quare primo uoluit? Quia illa omnia quasi uerba erant promittentis: & uerba promissiva, cum uenit quod promittunt, non iam enūtiantur. Tamdiu quisq; promissor est, donec det, cum dederit, mutat uerba: non dicit adhuc, dabo, quod se daturum dicebat: sed dicit dedi, mutauit uerbum. Quare illi primo placuit hoc uerbum, & quare illud mutauit? Quia tēporis sui uerbum fuit, & pro suo tempore placuit. Quando promittebatur, tunc dicebatur: Cum autem datum est quod promissum est, ablata sunt uerba promissiva, data sunt completiva. Sacrificia ergo illa, tanquam uerba promissiva, ablata sunt. Quid est quod datum est completuum? Corpus autem quod nostis, qđ non omnes nostis, quod utinam qui nosti

Promissio
quondam
nunc adim
pletio fa-
cta est.

CORPORIS ET SANGVINIS.

373

qui nostis omnes, non ad iudicium noueritis. Sacrificium, inquit, & oblatione in noluisti. Quid ergo? Nos iam hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? Absit. Corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluisti ut hoc perficeres: Perfectio promis-
sorum abstulit uerba promittentia. Hoc promittebatur qui Veritas p-
busdam signis: ablata sunt signa promittentia, quia exhibita missa no-
est ueritas promissa. In hoc corpore sum⁹, huius corporis par-
ticipes sumus: quod accipimus nouimus, & qui non nostis,
noueritis, & cum didiceritis, non ad iudicium accipiatis. Qui
enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat &
bibit. Perfectum est enim nobis corp⁹, perficiamur in corpore.

Veritas p-
missa no-
bis exhibi-
ta est.

Malachiae primo: Magnificetur dominus super terminum Israël. Filius honorat patrē & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus: & si dominus ego sum, ubi est amor meus dicit dominus exercituum? Ad uos oī sacerdotes qui despiciatis nomen meum. Et dixistis: In quo despeximus nomē tuum? Offertis super altare meum panem pollatum. Et dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: Mensa domini despecta est. Si offeratis cæcū ad immolandum, nonne malum est? Offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si suscepit faciem tuam dicit dominus exercituum? Et nūc deprecamini uultum Dei ut misereatur uestri: de manu enim uestra factum est hoc: si quomodo suscipiat facies uestras dicit dominus exercituum. Quis est in uobis qui claudat ostia & incendat altare meum gratuito? Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum: & munus non accipiam de manu uestra &c. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum: & uorum faciēs immolat debile domino & cætera.

Tertio Esdræ quinto: Et dixit illi Neemias & Astharas: ne participētur sancta, donec exurgat pō-

tifex doctus in ostensionem & ueritatem &c.

Aa 3 Secun-

Secundo Paralipomenon tricesimo: Magna etiam pars populi de Ephraim & Manasse & Isachar & Zabulon quae sanctificata non fuerat comedit phase, non iuxta quod scriptum est: et oravit pro eo Ezechias dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in corde requirunt dominum D E V M patrum suorum & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit dominus: & placatus est populo.

Augustinus in Euangelium Ioannis, tractatu*uicimmo sexto.*

i. Cor. 11 Quam multi de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur: Vnde dicit Apostolus: Iudicium sibi manducat & babit. Nonne bucella dominica uenenum fuit Iudee: & tamen accepit, & cum accepit, inimicus in eum intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum malus male accepit. Vir dete ergo fratres, panem coelestem spiritualiter manducate, in nocentiam ad altare apportate, Peccata & si sunt quotidianae, uel non sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: Securus accede, Panis non uenenum est. Sed uide si dimittis: Nam si non dimittis mentiris & ei mentiris, quem non fallis: Mentiri Deo potes, fallere Deum non potes. Nouit ille quid agas, intus te uidet, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus autem damnat aut coronat. Patres ergo istorum, id est, mali patres malorum, infideles patres infidelium, muritatores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis dominum offendisse ille populus dictus est, quam contra eum murmurando. Ideo & dominus uolens ostendere eos talium filios, hinc ad eos coepit, Quid murmuratis inuicem murmuratores, filii murmuratorum? Patres uestrí manna manducauerunt in deserto, & mortui sunt, Non quia malum erat manna, sed quia male manduauerunt. Hic est panis qui de celo descendit. Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit altare Dei. Sacra menta illa fuerunt, in signis diuer

Caute lege

Nullus ad altare accedit nisi uerius penitentes.

Murmur maximum peccatum contra dñm.

Ioan. 6

uerunt in deserto, & mortui sunt, Non quia malum erat manna, sed quia male manduauerunt. Hic est panis qui de celo descendit. Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit altare Dei. Sacra menta illa fuerunt, in signis diuer

la sunt,

CORPORIS ET SANGVINIS.

375

sa sunt, sed in re quæ significatur paria sunt. Apostolum audi: **Sacramen**
Nolo enim uos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri ta signis di
omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transferunt, & omnes uer/a, sed
per M O Y S E N baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes re & uirtu
tandem escam spiritalem manduauerunt. Spiritalem utrig te spiritua
tandem, nam corporalem alteram, quia illi man/a, nos aliud: li eadem.
spiritalem uero quam nos, sed patres nostri, non patres illo-
rum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt.
Et adiungit: Et emnes eundem potum spiritalem biberunt.
Aliud illi, aliud nos, sed specie uisibili quidem, tamē hoc idem
significante uirtute spirituali. Quomodo enim eundem po- **Nume. 20**
tum: Bibebant, inquit, de spirituali, sequente petra: petra aurē
erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in si-
gno, uerus Christus in uerbo & in carne. Et quomodo bibe-
runt? Percussa est perra de uirga bis. Gemina percussio, duo
ligna crucis significat. Hic est ergo panis qui de celo descen-
dit. Ut si quis manduauerit ex ipso, non moriatur.) Sed qui
pertinet ad uirtutem sacramenti, non qui pertinet ad uisibi-
le sacramentum. Qui manducat intus, non foris, qui mandu-
catur in corde, non qui premit dente. De celo descendit & man-
na: Sed manna umbra erat, iste ueritas est.

spiritalis
manduca-
tio sit o-
portet.

Augustinus de uerbis domini secundum Ioannē sermone sexagesimoquarto.

1. Joan. 3

Dilectissimi, filij Dei sumus iam per gratiam, per fidem, **Cibus spi-**
per sacramentum, per sanguinem Christi, per redemptionē
saluatoris, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.
& scimus quia cum apparuerit ei similes erimus, quoniam uide-
bimus eum sicuti est. Ecce ad quod nutrimur capiendum, ec-
te ad quod nutrimur percipiendum, comedendum, ut tamen
quod comeditur non minuatur, & qui comedit uegetetur.
Non modo cibus uegetat comedendo, sed minuitur cibus qui
comeditur. Quando autem ceperimus comedere iustitiam, ritualis nō
comedere sapientiam, comedere illum immortalem cibum, minuitur
& nos uegetamur, & cibus non minuitur. Si ergo laudaretur
tibi aliquis cibus magnus quem pransurus es, parares uen-
trem: Laudatur tibi Deus, para mentem.

Leuitici uicesimosecundo: Omnis alienigena non

Aa 4 come-

comedet de sanctificatis: inquilinus sacerdotis et mercenarius non uescentur ex eis & cætera. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.

Augustinus de uerbis apostoli, sermone secundo.

Cum ergo commendas talem escam & talem potum dice-

Ioan. 6 ret: Nisi manduaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis, & hoc diceret de uita, quis alius quam ipsa uita erit autem illi homini mors non uita, qui mendacem putauerit uitam: scandalizati sunt discipuli eius,

non quidem omnes, sed plurimi, dicentes apud semetipsos: Du-

Christus rus est hic sermo, quis eum potest audire? Quid sibi uult, hoc consumi non uos scandalizat? Putastis quia de hoc corpore quod uidetis potuit.

partes facturus sum, & membra mea concisurus, & uobis daturus? Quid si ergo uideritis filium hominis ascendenter ubi erat prius? Certe qui integer ascendit, consumi non potuit. Ergo & de corpore ac de sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate questionem. Manducent ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, esuriant & sitiant, uitam manducent, uitam bibant. Illud manducare refici est, sed sic reficeris, ut non deficiat unde reficeris. Illud bibere quid est nisi uiuere? Manduca uitam,

Bibere illud bibe uitam, habebis uitam, & integra est uita. Tunc autem hoc erit, potum quid id est, uita unicuique erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter man-

Ioan. 6 duceretur, spiritualiter bibatur. Audiuiimus enim ipsum dominum dicentem: Spiritus est qui uiuiscat, caro autem non prodest quicquam. Verba quae locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.

Augustinus in Ioannem de uerbis domini, sermone quinquegesimotertio.

Missum esse ad nos salvatorem mundi, fides uerissima tenet, quoniam Christum ipsum prædicat Christus, hoc est, corpus Christi toto orbe diffusum. In celis enim ille erat, & seiuerti in terra persecutori dicebat: Quid me persequeris? Vbi dominus sic expressit, & hic se esse in nobis. Sic totus crescit, quia quemadmodum ille in nobis est hic, sic & nos ibi in illo

Charitas sumus. Hoc facit compago charitatis, ipse qui caput nostrum salvator

CORPORIS ET SANGVINIS.

377

saluator est corporis sui. Prædicat ergo Christus Christum, nos unum prædicat corpus caput suum, & tuetur caput corpus suum, & facit cum ideo mundus nos odit. Quicunq; in corpore eius & membro- rum eius esse uoluerit, non mireſ quia odit eum mundus. Cor poris autem eius sacramentū multi accipiunt, sed non omnes qui accipiunt sacramētū, habituri sunt apud eū etiam locum promissum membris eius.

Hieronymus in Psalmum centesimum
nonum, tomo octauo.

Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem
Melchisedech.

Hoc solum dicamus, quare dixerit secundum ordinem. Se- cundum ordinem, nequaquam sacerdos eris secundum uiicti- mas Iudaicas, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchise- dech. Quomodo em Melchisedech rex salem obtulit panem, & uinum, sic & tu offeres corpus tuum, & sanguinem, uerum panem & uerum uinum. Iste Melchisedech ista mysteria qua habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: Qui manducauerit car nem meam, & biberit sanguinem meum. Secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum.

Sāguis no
ster & cor
pus nostrū
sunt uerū
uinū & ue
rus panis.

Augustinus libro de Ciuitate Dei uige-
simoprimo, capite uigesimoquinto.

Hic est panis qui de celo descendit, si quis ex ipso manduca Ioan. 6 uerit, non morietur. Ego sum panis uiuus, qui de celo descen di: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, quo modo sit accipiendo merito queritur. Et ab ipsis quidē quibus nunc respondemus hunc intellectum auferunt illi, quibus deinde respondēdum est: hi sunt autem qui hāc liberationem, nec omnibus habentibus sacramentum baptismatis & corpo- ris Christi, sed solis catholicis quamuis male uiuentibus polli- centur, quia non solo, inquit sacramento, sed re ipsa man- ducauerunt corpus Christi, in ipso scilicet eius corpore consti tuti, de quo corpore ait Apostolus: Vnus panis, unum corpus 1. Cor. 10 multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate, id est, in Christianos, compage membrorum, cuius corporis sacramen tum fideles cōmunicantes de altari sumere consueuerunt, ipse Qui sunt uere dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hærtici & schismatici ab huius uni- ducantes.

DE SACRAMENTO

tate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile, immo uero etiam noxiū, quo iudicetur grauius quam uel tardius liberentur. Non sunt enim in eo uinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramento.

In codem capite.

Sola unitas & charitas manducat.

Qui manducat carnem, & babit sanguinem meum in me manet & ego in eo, ostendit quid sit nō sacramento tenus, sed reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinem bibere, hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic enim dixit, tanquam diceret: Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Non itaq; manent in Christo, qui non sunt membra eius: Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis.

Augustinus super Ioannem tractatu uigesimosexto, capito sexto.

Qui manducat carnem meam, & babit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Hoc est manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec babit eius sanguinem, licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis CHRISTI.

Idem tractatu uigesimoseptimo, capite sexto.

Vetus modus manducandi.

Exposuit autē modum attributionis huius & doni sui, quomodo daret carnem suam manducare dicens: Qui manducat carnem meam, & cætera. Signū quia manducavit & babit hoc est, si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret & non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis uerbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius.

Si ergo uideris filium hominis ascendentem ubi erat prius.

Iudei unde derat scandalizati.

Quid est hoc? Hinc soluit illos quos nouerat: hinc aperuit unde fuerant scandalizati: hinc planè si intellegent. Illi enim putabant eum erogatum corpus suum, ille autem dixit se scandalizati. ascensurum in cælum, utique integrum. Cum uideritis filium hominis

CORPORIS ET SANGVINIS.

379

hominis ascendentem ubi erat prius : certe uel tunc uidebitis quia nō eo modo quo putatis erogat corpus suum : certe tunc intelligetis, quia gratia eius nō consumit morsibus & cætera.

Hebræorum nono : Non enim in manufacta sancta ingressus est Christus exemplaria uerorū , sed in ipsum cœlum ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis: non ut sæpius offerat semetipsum, & cætera.

Esaiæ decimo septimo: In die illa inclinabitur homo ad factorem suum : & oculi eius ad sanctū Israël respicient: & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerūt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius: non respicient lucos & delubra, & cætera.

Augustinus in Psalmum nonagesimum octauum.

Quando hoc dominus commendauit de carne sua locutus erat , & dixerat : Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se uitam æternā . Et ait : Verba que locutus sum uobis , spiritus & uita sunt . Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod uidetis estis manducaturi, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent, & cætera.

Ex libro sententiarum Prosperi.

Escam uitæ accipit, æternitatis poculum bibt, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nam qui discordat à Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem, etiā si tantæ rei sacramentum adjudicij suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat, & cætera.

Deuteronomij quarto: Nec est alia natio tam grādis quæ habeat deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ enim est alia gens sic inclyta, ut habeat ceremonias iustaçō iudicia, & uniuersam legem quam ego proponā hodie ante oculos uestros. Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicite . Ne obliuiscaris uerborum quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ.

Augu-

Augustinus libro tertio de doctrina Christiana.

Manduca- Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis & sanguis
re est com- nem biberitis non habebitis uitam in uobis, facinus uel flagi-
municare tium uidetur iubere. Figura est ergo præcipiens passioni domini
passionib^e nicæ esse cōmunicandum & suauiter atq; utiliter recondendū
eius. in memoria q̄ pro nobis caro eius crucifixā & uiulnerata sit.

Eadē habet Augustin^o in præfatione Psalmi tertij.

Item eadem etiam Tertullianus habet lib. primo.
Et libro tertio aduersus Marcionem.

In decretis de pœnitent. distinct. ij. de charitate.

Item dominus: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendit, si quis māducauerit ex hoc pane uiuet in æternum, qui ergo nō uiuit in æternum, non manducabit panem uiuum in æternum.

Credere Sed qui non manducauerit, in eum non credidit, hoc est enim manducare panem uiuum, quod credere in Christum, id est, ducare. amando tendere in Christum. Cum ergo reprobis in eum nō credidit, hunc non manducauit, & ita fidem Christianorū qua sola peccata relaxantur non habuit.

Deuteronomij octauo: Afflixit te penuria, et dedit tibi cibum māna, quod ignorabas tu & patres tui: ut ostēderet tibi, qd non in solo pane uiuat homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore domini.

Hieremiæ decimoctauo: Quia oblitus est mei populus meus frustra libantes & impingētes in uīs suis & in semitis seculi, ut ambularent per eas in itinere nō trito, ut fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum. Omnis qui præterierit eam ob stupescet, & mouebit caput suum.

Origenes in Leuiticum, Homelia septima.

Agnoscite quia figuræ sunt quæ in diuinis uoluminibus scripta sunt, & ideo tanquam spiritales, & non tanquam carnales examine, & intelligite quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, laedunt uos & non alunt. Est enim & in Euange-
Iīs litera quæ occidit, non solum in ueteri testamento occidēt
In nouo te litera deprehenditur. Est & in nouo testamento litera quæ
ftamento occidit eum, qui non spiritualiter quæ dicuntur aduerterit. Si enim

CORPORIS ET SANGVINIS.

381

enim secundum literam sequaris, hoc ipsum quod dictum est, est etiam ^{li}
Nisi manduaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem terra quæ
meum, occidit hæc litera. Vis tibi & aliam de Euangelio profecte occidit.
ram literam quæ occidit? Qui non habet, inquit, gladium uen ^{Ioan. 6}
dat tunicam suam, & emat gladium. Ecce & hæc litera Euan ^{Lucæ 22}
gelij est, sed occidit. Si uero spiritualiter eam suscipias, non oc-
cidit, sed est in ea spiritus uiuificans. Et ideo siue in lege siue in
Euangelij quæ dicuntur spiritualiter suscipe, quia spiritualis
djudicat omnia, ipse uero à nemine djudicatur.

Idem in eodem libro, Homelia nona.

Et tu qui ad pōtificem uerū uenisti, qui sanguine suo Deum
tibi propitium fecit, & reconciliauit te patri, nō hæreas in san-
guine carnis, sed disce potius sanguinem ueroi. Et audi ipsum ^{Caro &}
tibi dicentem, quia hic sanguis meus est, qui pro uobis effun-
detur in remissionem peccatorum. Nouit qui mysterij imbu-^{sanguis}
tus est, & carnem, & sanguinem uerbi Dei.

Leuitici secūdo: Cum autem obtuleris sacrificium
coctum in cibano de simila, panes scilicet absque fer-
mento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.

In eodem capite: Quicquid obtuleris sacrificij sale
condies: nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio
tuo. In omni oblatione offeres sal.

Leuitici decimo: Tollite sacrificium quod reman-
sit de oblatione domini, & comedite illud absque fer-
mento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est: co-
medetis autem in loco sancto quod datum est tibi &
filiis tuis, & cætera.

Leuitici uigesimo secundo: Homo qui obtulerit ui-
timam pacificorum domino, & cætera. Immacula-
tum offeret ut acceptabile sit: omnis macula non erit
in eo, & cætera.

Deuteronomij decimosexto: Non plātabis lucum
& omnem arborem iuxta altare domini Dei tui: nec
facies tibi atque constitues statuam quæ odit domi-
nus Deus tuus.

Bernar-

DE SACRAMENTO
Bernardus super: Qui habitat uersu ter-
tio, sermone tertio.

Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, dixerunt: Durus est hic sermo, & abierunt retrorsum. Quid autem est manducare eius carnem, & bibere sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibet

**Panis in-
terrat in os
sed Christ?** Panis interrat in os sed Christ? ut sicut uidetur illa forma panis in nos intrare, sic no- uerimus per eam, quam in terris habuit conuersationem, ipsum intrate in nos, ad habitandum per fidem in cordibus nostris. ad cor.

1. Cor. 1. Cum enim iustitia ingreditur, ille ingreditur, qui factus est nobis à Deo patre iustitia, & cætera.

Augustinus de uerbis domini secundum Lucam,
sermone uigesimooctauo.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Cum de sacra-
mento tractarem dixi uobis, quod ante uerba Christi quod offertur panis dicatur, ubi Christi uerba de prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quæ postea sequitur ait: Panem nostrum. **Panis su-
persubstâ-
tialis Chri-
stus.** Panem quidem dixit, sed επούσαν διξιτ, hoc est, supersubstan- tiale. Non iste panis qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulsit.

Exodi uigesimotertio: Non immolabis super fer-
mento sanguinem uictimæ tuę, nec remanebit adeps solennitatis meæ usque mane.

Iudicium sexto: Aedificauit ergo ibi Gedeon alta-
re domino, uocauitque illud domini pax usque in pre-
sentem diem.

Amos quarto: Et sacrificare de fermento laudem
& uocate uoluntarias oblationes, & annuntiate. Sic enim uoluistis filij Israël. Vnde & ego dedi uobis stu-
porem dentium in cunctis urbibus uestris, & indigen-
tiam panum in omnibus locis uestris, & cætera. Ego quoque prohibui à uobis imbre, & cætera.

Sapiens

Sapientiae secundo: Et nescierunt sacramenta Dei,
neque mercedem sperauerunt iustitiae, nec indicauerunt honorem animarum sanctorum.

Quarti Esdræ secundo: Dispergatur in gentes, nomina eorum deleantur à terra, quoniam spreuerunt Sacramentum meum. Vt tibi Assur qui abscondis ini quos penes te. Gens mala memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorras.

Malachie secundo: Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israël & in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Disperdat dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, & offerentium munus domino exercituum. Et hoc rursum fecistis. Operiebatis lachrymis altare domini fletu & mugitu, ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiā placabile quid de manu uestra. Et dixistis: Quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te & uxorem pubertas tuæ quam tu despexisti. Et haec particeps tua, & uxor fecederis tui. Nonne unus fecit, & residuum spiritus eius est? Et quid unus querit nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum uestrum, uxorem adolescentię tuæ noli despicere. Cum odio habueris eam, dimitte dicit dominus D E V S Israël. Operiet autem iniquitas uestimentum eius dicit dominus exercituum. Custodite spiritum uestrum, & nolite despicer: laborare fecistis dominum in sermonibus uestris. Et dixistis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum bonus est in con spectu domini, & cetera.

Chrysostomus tomo primo, Homelia li.

DE SACRAMENTO

ex capite decimoquarto.

Sacramen- Pacis enim sacramentum est hoc sacramentum, inquisitioni pe-
tum pacis. cuniae & simoniæ nō conuenit. Nam si ipse sibi gratia nostri
 non pepercit, quo supplicio nō erimus digni, si animæ nō par-
 ciunt pro qua Christ⁹ seipsum tradidit, & pecunijs parcim⁹?
 Nullus ergo Iudas, nullus Simon hanc mensam adeat, quoniam
 uterque q̄ris cupiditate periret. Quare fugiamus oro hanc foueā,
 neq; putemus satis esse nobis ad salutē, si cum uidentes & orbos
 parentū spoliaueris, aureum calicē & gemmis ornatum huic
Verus ho- mensæ offeras. Vis hoc sacrificium honorare, animam tuam
nor huius offeras, propter quam Christus immolatus est eam auriculam fa-
sacrificij. cito. Quod si anima plumbæ testa æris est, quid tibi proderunt
 aurea uasa? Et certe non erat ex argento illa mensa, nec ex au-
 ro ille calix, quo Christus discipulis sanguinem præbuit suū:
 pretiosa tamen erant omnia, & uenerationis plena, quia spiri-
 tu abundant. Vis corpus Christi honorare, nō despicias ipsum
 perflius & nudum, neque hic quidem in Ecclesia sericis pannis induas, fo-
 nimius ap- ris autem frigore ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit
 paratus in hoc est corpus meum, & rem simul cum uerbo confecit, idem
 templo re dixit: Esurientem me uidistis, & non cibastis: & in quantum
 probat.

Cultus su- te corpus Christi non amictu, sed anima munda indiget: illud
 perflius & autem multa cura, & magna diligentia eget. Perdiscamus igit̄
 nudum, neque hic quidem in Ecclesia sericis pannis induas, fo-
 nimius ap- ris autem frigore ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit
 paratus in hoc est corpus meum, & rem simul cum uerbo confecit, idem
 templo re dixit: Esurientem me uidistis, & non cibastis: & in quantum
 non fecistis uni eorum minimorum, nec mihi fecistis. Hoc cer-
 probat.

Matth. 24

Maximus te corpus Christi non amictu, sed anima munda indiget: illud
honor Dei autem multa cura, & magna diligentia eget. Perdiscamus igit̄
 est, si uolu- Christum philosophari, & ipsum ex uoluntate sua
 tatē illius impleam⁹. honorare: nam qui honoratur, eo maxime honore lætatur,
 quem ipse uult, non quem optamus. Sic & Petrus honorare
 Christum credebat, si eum à lotione pedū prohibuisset: quod
 certe contrariū erat. Pariter tu etiā ita eū honorā, ut ipse uult,
 expone diuitias tuas pauperibus. Nō est opus uasis, sed animis
 aureis. Respōde quæso, quæ nam utilitas est, si cum mensa eius
 multis talibus aureis ornatur, ipse inedia pereat? Primit igit̄
 ipsum esurientem saturā, deinde ex quadam superabundātia
 mensam etiam eius ornabis: calicem aureum facis, & aquæ fri-
 gidae calicē ei non præbes? & qd̄ hinc emolumentū consequit̄?
 Coopertoria mēsæ auro nitent, & ipsi necessaria uelamina ne-
 gas, quid igit̄ ipsi præbes? Dic oro, si quem fame pereuentem
 uideres, nec cibo soluere necessitatē sibi curares, sed multo ar-
 gento ac auro mensam exornares, quas putas illum gratias ti-
 bi habiturū? Quid porro si frigore congelatū hominē aspice-
 res,

res, ne uestem aliquam ei præparares? si aureas statuas ad laudem eius erigeres, nōnne contemnere uidereris? Ita te oportet Pauperū in Christo etiam cogitare, cum errabundus & peregrinus est curā præcūmugatur, tecto indigens, tunc tu ipsum quidem non susci omnibus pis: uermiculato emblemate pauimēta ornas, magnificos muhabere ros cōstruis, columnarum capita erigis, lychnos ab aureis la- oportet, quearibus depēdere facis, ipsum uero nec uisitare quidē curas in carceribus uiinctum. Nec prohibeo magnifica templa cōde-re, sed prius illa facere moneo, imò uero illa facere moneo: ne mo em̄ quia templa magnifica non condiderit, unq̄ accusatus est. At uero ghenna, ignis inextinguibilis, supplicia dæmonū imminent, nisi quis diligenter illa peragere uelit, & cetera.

Exodi tricesimo: Non offeretis super eo thymia-ma compositionis alterius, nec oblationem & uicti-mam, nec libabitis libamina. Et deprecabitur Aaron super cornua altaris semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato: et placabitur super eo in generationibus uestris, Sanctum sanctorum erit domino.

Hebræorum decimo: Hic autem unam pro pecca-tis offerens hostiam in sempiternum sedet in dexte-ra D E I: de cætero expectans donec ponantur inimi-ci eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione cōsummauit in sempiternū sanctificatos, & cetera. Vbi autem horum (id est peccatorum) remissio, iam non est oblatio pro peccato.

Hebræorum nono: Sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuen-ta, & cetera. Neq; ut sæpe offerat semetipsum, quem admodum pontifex, & cetera.

Chrysostomus tomo tertio in epistolam ad
Hebr̄eos, Homelia decimaseptima,
ex capite nono.

Nōnne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed Sacrificiū

Nostrum est ad recordationem facientes mortis eius. Et una est haec hostia, memoria sacrificij Christi. non multæ. Quomodo una est, & nō multæ? Et quia semel oblatæ est illa, oblata est in sancta sanctorum, hoc autem sacrificium exemplar est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem aliud agnum, crastina aliud, sed semper id ipsum. Proinde unum est hoc sacrificium, alioquin hac ratione, quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed unus, ubique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, unum corpus. Sicut enim qui ubique offertur, unum corpus est, & nō multa corpora, ita etiam & unum sacrificium. P̄tifex autem noster ille est, qui hostiam mandantem nos obtulit: ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem, consumi non potest.

Oia nos in cōmemorationē facinus. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem sicut quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in meam cōmemorationē. Nō aliud sacrificium, sicut P̄tifex, sed id ipsum semper facimus, magis ait recordationē sacrificij operamur.

Augustinus libro decimo de Ciuitate Dei,
capite quinto.

Sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij testamentum, id est, sacrum signum est.

Leuitici septimo: Si pro gratiarum actione oblatione fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & cætera.

Leuitici uigesimo secundo: Si immolaueris hostiam pro gratiarum actione domino, ut possit esse placabilis: eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquid in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite mandata mea & facite ea, & cætera.

Deuteronomij sexto: Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicens quid sibi uolunt testimonia haec, & cetera remonstrare atque iudicia, quæ præcepit dominus Deus noster nobis? Dices ei: Serui eramus Pharaonis in Aegypto: & eduxit nos dominus de Aegypto in manu fortis: fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Aegypto contra Pharaonem, & omnem dominum

num illius in conspectu nostro : & eduxit nos inde, ut introductis daret terram super quam iurauit patribus nostris. Praecepitque nobis dominus ut faciamus omnia legitima haec: timeamus dominum Deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus uitæ nostræ, sicut est hodie. Eritque nostri misericors si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram domino Deo nostro sicut mandauit nobis.

Hieremias quadragesimoquarto: Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem, uos & patres uestræ, reges uestræ & principes uestræ, & populus terræ: horum recordatus est dominus, & ascendit super cor eius: & non poterat dominus ultra portare propter malitiæ studiorum uestrorum, & propter abominationes quas fecistis. Et facta est terra uestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quod non sit habitator sicut est dies haec.

Chrysostomus tomo primo, in caput Matthei octauii, Homelia de cimasexta.

Est enim prorsus absurdum nos opere quidem ipso beneficiis eius quotidie perfruentes, gratias ei nec sermone persolue re, & hoc cum nobis rursus prospicit ipsa confessio. Neque enim ille alicuius nostri eget, sed nos omnium quæ illius sunt, indigemus. Siquidem gratiarum actio, illi quidem nil omnino addit, nos autem magis illi familiares facit. Nos enim hominum beneficia recordantes uehementius eorum amore succendimur, multo magis beneficiorum in nos Dei memores, studiosiores erimus ad ipsius mædata seruâda. Idcirco Apostolus dixit: Et gratias tene. Coloss. 3 Optima quippe beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Propterea & reverenda sita quid si ac salutaria illa mysteria, quæ omni certe ecclesiæ congregatio gniscent. ne celebramus Eucharistia, id est, gratiarum actio nuncupatur.

Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipsum diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nosq; faciunt debitas Deo gratias semper exoluere.

De Ordine Ecclesiastice constitutionis.

Deuteronomij decimo octauo:

Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponā uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepere illi. Qui autem uerba eius quæ loquetur in nomine meo audi re noluerit, ego ultor existam.

In eodem capite uigesimoprimo: Accedentq; sacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus Deus tuus ut ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad uerbum eorum omne negotium pendet. Et quicquid mundum uel immundum est, iudicetur.

In eodem capite uigesimo octauo: Cōstituet te dominus Deus tuus in caput, & non in caudam, & eris semper supra, & non subter: si tamen audieris manda ta domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram nec ad sinistrā, nec secutus fueris deos alienos, nec colueris eos. Quod si audire nolueris uocem domini Dei tui, & custodias & facias omnia manda ta eius, & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, uenient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te, & cætera.

Secundo Paralipomenon decimonono: In Hierusalem quoq; constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes & principes, familiarum ex Israël, ut iudicium & causam domini iudicarent habitatoribus eius, præcepitq; eis dicens: Sic agetis in timore domini fideliter & cor-

& corde perfecto. Omne causam quæ uenerit ad uos fratrum uestrorum qui habitat in urbibus suis, inter cognationem & cognationem, ubi cuncta quæstio est de lege, de mandato, de ceremonijs, de iustificationibus, ostendite eis ut non peccent in dominū, & ne ueniat ira Dei super uos, & super fratres uestros. Sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem sacerdos & pontifex uester, in his quæ ad Dcūm pertinent pre sidebat, & cætera.

Ambrosius ecclesiæ Vercellensi libro decimo, epistola octogesimasecunda.

Quid autem aliud significatur, quod post defunctū Aaron, non uniuerso populo, sed soli Moysi, qui est in sacerdotibus domini, imperauit Deus, ut exuuijs Aaron sacerdotis, filiū eius indueret Eleazarum, nisi ut cognosceremus, quod sacerdos co secrare sacerdotem debeat, & ipse eum induere uestimentis, hoc est, uirtutibus sacerdotalibus, ac tunc si nihil ei deesse indumentorum aduerterit sacerdotalium, & apte quadrare omnia, sacrificis eum adhibeat altaribus. Supplicaturus enim pro populo, eligi a domino, probari debet a sacerdotibus, ne quid sit quod in ipso grauiter offendat, cuius officium est pro aliorum offensa interuenire. Neque enim mediocris uirtus sacerdotalis est, cui cauendum non solum ne grauioribus flagitijs sit affinis, sed ne minimis quidem, ut sit promotus ad misericordiam, promissum non remordeat, lapsum reuocet, compatiatur dolori, mansuetudinem tencat, pietatem diligat, iram depellat uel decoquat, sit quidem lituus plebis excitandæ ad deuotionem, mitificandæ ad tranquillitatem.

Numer. 20

Consecratio & examinatio sa
cerdotis.

Origenes super Leuiticum, Homelia sexta.

Conuocauit, inquit, dominus synagogam, & dixit ad eos: Oportet haec est uerbum quod præcepit dominus. Licet ergo dominus cerdotem habere constituendo pontifice præcepisset, & dominus elegisset, tam bene testimoni conuocatur & synagoga. Requiritur enim in ordinando monium ab sacerdote & præsentia populi, ut sciant oes & certi sint, quia his qui frequentantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, ris sunt. qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium,

Eb 3 & hoc

& hoc astante populo , ne qua post modum retractatio cui
t.Tim.; quam, ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem quod & Apo
stolus præcipit, in ordinatione sacerdotis dicens: Oportet au
tem illum , & testimonium bonū habere ab eis quæ foris sunt,
& cætera.

Ecclesiastici uigesimoquinto: Quām speciosum ca
nicie iudicium, & presbyteris cognoscere consilium.
Quām speciosa ueteranis sapientia, & gloriosus intel
lectus & consilium . Corona senum multa peritia: &
gloria filiorum timor Dei.

Iob duodecimo: In antiquis est sapientia, & in mul
to tempore prudentia.

Leuitici decimonono: Coram cano capite consur
ge , & honora personam senis, & time dominum
Deum tuum.

Origenes in Leuiticum, Homelia quinta.

Leuit. 7 Sacerdos, inquit, qui offert illud, & repropitiabit
pro delicto ipsius erit.

Discant sacerdotes domini qui ecclesijs præsunt, quia pars
Repropriatio deli
eis data est cum his, quorū delicta repropitiauerint. Quid au
tem est repropitiare pro delicto ? Si assumpseris peccatorem,
& monendo, hortando, docendo, instruendo adduxeris eum
ad pœnitentiam , ab errore correxeris, à uitijs emendaueris,
& effeceris cum tales, ut ei conuerso propitius fiat Deus, pro
delicto repropitiare diceris. Si ergo talis fueris sacerdos, & ta
lis fuerit doctrina tua & sermo tuus , pars tibi dabitur eorum
quos correxeris, ut illorum meritum, tua merces sit, & illo
1.Cor. 3 salus, tua gloria. Aut non & Apostolus hēc ostendit, ubi dicit:

Quia quod super ædificauerit quis, mercedem accipiet. Intelli
gat igitur sacerdotes domini, ubi est his data portio, & in hoc
Sacerdotis officiis ue
lacent, atq; his operam dent. Nō se inanibus & superfluis acti
bus implicent, sed sciant se in nullo alio partē habituros apud
Deum , nisi in eo quod offertur pro peccatis, id est, quod à uia
peccati conuerterint peccatores, & cætera.

Origenes in Esaiam, Homelia septima.

Esaiae 6 Esaias ait se audiuisse uocem domini, non imperantis, sed
excitans

Excitantis arg; dicentis: Quem mittā, & quis ibit ad populum istum? Deinde dicit se respondisse domino: Ecce ego sum, mitte me. Factus autem in hoc loco & scrutās ea quæ scripta sunt, inuenio aliud fecisse Moysen, aliud Esaiam. Moyses enim electus ad eductionē populi de terra Aegypti, ait: Prouide alium Exodi 4 quem mittas, etiam uidetur cōtradicere Deo. Esaias uero non electus, sed audiēs quem mittam, & quis ibit: Ecce, inquit, ego sum, mitte me. Dignum est ergo spiritualibus spiritualia comparare, & requirere quis ex duobus melius fecerit. Bonum est Lento gra non profilire ad eas quæ à Deo sunt dignitates, & principatus, du ad ministrū & ministeria ecclesiae, sed imitari Moysen, & dicere cū eo, posteritia ecclesie vide alium quem mittas. Neq; enim ad principatum ecclesiae siue ueniens uenit, qui saluari uult, & si p̄est, sed ad seruitutem ecclesiae, dum si oportet dicere & de Euangelio: Principes quidem gentium Matth. 20 dominantur eis, & qui potestatem habent in illis, magistri tuis uocantur. Non sic erit in uobis, nec enim dominantur principes in uobis, sed qui uult uestrū fieri maior, erit omnīū minimus. Qui uult esse primus, erit omnīū nouissimus. Qui Episcopū uocatur ergo ad episcopatum, non ad principatum uocatur, tuis seruit sed ad seruitutem ecclesiae totius. Si uis credere de scripturis, est nō pri qua in ecclesia seruus sit omnīū qui p̄est, suadat tibi ipse cipatus. Saluator & dominus, qui talis tantisque factus est in medio discipulorum, non quasi discubens, sed quasi ministtrans. Ac cipiens enim linteum, postq; exutus est uestimentis, & cetera. Et docens quales oporteat esse principes tanq; scruos, ait: Vos Ioan. 1, uocatis me magister & dñe, & cetera. Et Paulus ait, facti su Tessa. 3 mus paruuli in medio uestrum, & cetera. Imitatores ergo nos esse expedit humilium ipsius domini sermonum, atq; factorum, & Apostoli eius. Et facere quod factum est à Moysē, ut etiam si uocat aliquis ad principatum, dicat: prouide alii quem mittas. Igitur satisfaciamus pro Moysē & etiā pro Esaiā, dantes & cōsiderantes scripturis sortē suam. Moyses autem non accepit remissionem peccatorū ut diceret, quasi iam conscius se mundatū: mitte me, propter quod ait: prouide alium quem mittas, habebat enim in conscientia interfectionem Aegyptiū: forte autem ut homo sciebat se & quædam alia habere peccata, propterea recusat. Iste autem non quasi natura iustus postulat ministerium, sed quasi gratiam cōsecutus. Sic & Moyses si similem gratiam percepisset, audisset q; ecce abstuli peccata tua, & hoc, circum-

mundaui peccata tua, nunquam forte dixisset: prouide alium quem mittas, & cætera.

Ecclesiastici octauo: Ne despicias narrationē presbyterorum sapientum, in prouerbijs eorum conuersare. Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Nō te p̄ætereat narratio seniorum, ipsis enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum: & in tempore necessitatis dabis responsum.

Exodi uigesimo secundo: Dijs nō detrahes, & principi populi tui non maledices.

Ecclesiastici sexto: In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiē illorum ex corde coniungere, ut omnem narrationē Dei possis audire, & prouerbia laudis nō effugiant à te. Et si uideris sensatum euigila ad eū, & gradus ostiorē eius exterat pes tuus.

Ecclesiastici septimo: In tota anima tua time Deū, & sacerdotes illius sanctifica. In omni uirtute tua diligere eum qui te fecit & ministros eius ne derelinquas, & cætera.

Cyprianus Cornelio, epistola tertia, libro primo.

Sacerdoti Neque enim aliunde h̄ereses obortae sunt, aut nara sunt schi à deo & posmata, quād inde quōd sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec puloelecto unus in ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex vice obediens oportet. Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinū iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret, & cætera.

In eadem: Planè episcopi non de uoluntate Dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed cōtra dispositionem & traditionem

² Osee 8 Euāgeliū fiunt: sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Sibimetipſi regem constituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquam panis iuctus, omnes qui Eſaiæ 30 manducant ea contaminabunt. Et per Eſaiam quoq; spiritus sanctus

sanctus clamat & dicit: Væ uobis filij desertores, hæc dicit dominus: Habuistis consilium, & non per me: & fecistis conuentionem, & non per spiritum meum, adiçere peccata super peccata.

Iosue sexto: Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt quipiam contingatis, & sitis prævaricationis rei: & omnia castra Israël sub peccato sint atq; turbentur.

Ecclesiastici tricesimoquarto: Immolantis ex iniquo oblatio est immaculata: & non sunt bene placitæ subsannationes iniustorum. Dominus solus sustinetibus se in via ueritatis & iustitiae.

Ozeæ quarto: Non uisitabo super filias uestras cū fuerint fornicatæ, & super sponsas uestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuerſabantur: & cum effeminitatis sacrificabant. Et populus non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Israël, non delinquat saltē Iuda, & cætera. Particeps idolorum Ephraim dimitte eum. Separatum est conuiuiū eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius: ligauit eū spiritus in alis suis, & confundetur à sacrificijs suis.

Proverbiorum tertio: Ne æmuleris hominem iniustū, nec imiteris uias eius: quia abominationis est domini omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.

Numeri decimosexto: Recedite à tabernaculo hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent & cætera.

Malachiæ primo: Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu uestra.

Ezechielis quadragesimoquarto: Sufficiant uobis

Bb 5 omnia

Omnia scelera uestra domus Israël, eo qd inducitis filios alienos incircuncisos corde & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domū meā.

Aggæi secundo: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his: nunquid contaminabitur? Et respondebunt sacerdotes et dixerunt: Contaminabitur. Et respondit Aggæus & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meā dicit dominus: & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi contaminata erunt.

Prouerbiorum quarto: Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorū via. Fuge ab ea, nec trancas per illam: declina & desere eam, & cætera. Comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt, iustorum autem semita quasi lux splendens, & cætera.

Secundo Paralip. decimonono: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dñm amicitia iungeris: & idcirco iram quidem dñi merebaris, &c.

Cyprianus libro primo, epistola quarta de Martiale & Basilide.

Ioan. 9 Deus peccatorem non audit, sed si quis Deum coluerit, & uoluntatem eius fecerit, illum audit. Propter quod plena diligentia & exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium Dei deligi, quos à Deo consuet audiri. Nec sibi plebs blanditur: quasi immunis à contagione esse delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad iniustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, cù Qui sacerdores eligē di sunt.

Osee. 9 per Oseam prophetam comminetur, & dicat censura diuina: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Docens scilicet & ostendens omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint prophani & iniusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod idem in Numeris manifestari ipuepimus, quando Choré & Dathan & Abiron con-

ron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam uen dicauerunt. Illic quoque per Moysen præcepit dominus , ut ab eis populus separetur, ne facinoris coniunctus eodem facinore & ipse perstringatur. Separamini, inquit, à tabernaculis hominum istorum durissimorū , & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorū . Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à pcc Plebs à cri catore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdo minosopre tis sacrificia miscere , cum ipsa maxime habeat potestatē uel posito se se eligendi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi . Quod & parare de ipsum uidemus de diuina autoritate descendere , ut sacerdos bet. plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur , sicut in Numeris Moysi præcepit dominus dicens : Prehende Aaron Nume. 20 fratrem tuum, & Eleazarum filium eius , & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & induie Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotiales , non nisi Populo cō sub populi assidentis conscientia fieri oportere, ut plebe præ sentiente lente, uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita eligatur ta prædicentur , & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium sacerdos. suffragio & iudicio fuerit examinata: quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in actis apostolorū , quando de ordinando in locum Iudæ episcopo Petrus ad plebem loqui tur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tatum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus obseruasse Apostolos ani maduerimus, de quo & in ipsis actis Apostolorum scriptum est: Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis: Quod utique idcirco tam diligenter, & caute conuocata plebe tota gerebatur , ne quis ad altaris ministerium, uel ad sacerdotalem locum indignus ob reperet. Ordinari enim nonnunquam indignos, non secundum Dei uoluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ nō ueniāt ex legitima & iusta ordinatione, Deus ipse manifestat per Oseam prophetā dicens: Sibi met ipsi regem constituerunt, & non per me . Propter quod diligenter de traditione diuina, & apostolica obseruatione ser uandum

Acto. v

Ose. 8

Ordinatio uandum est & tenendum, quod apud nos quoq; , & ferè per sacerdotis prouincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite cele-
fiat secun- brandas ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi
dum tradi eiusdem prouinciae proximi quiq; conueniant, & episcopus
tionem di- delegatur plebe præsente, quæ singulorum uitam plenissime
uinam, nouit, et uniuscuiuscq; actum de eius conuersatione perspexit.

Numeri tertio: Castra metabuntur ante taberna-
culum fœderis, id est, ad orientalem plagam, Moyses
& Aaron cum filijs suis, habentes custodiam sanctua-
rij filiorū Israël. Quisquis alienus accesserit moriet̄.

Numeri decimosexto : Ne quis accedat alienige-
na , & qui non est de semine Aaron , ad offerendum
incēsum domino, ne patiatur sicut passus est Chore,
& cætera . Cūmque stetissent aduersum Moysen &
Aaron dixerunt: Sufficiat uobis, quia omnis multi-
tudo sanctorum est, & in ipsis est dominus . Cur ele-
uamini super populum domini?

Malachiæ secundo : Labia enim sacerdotis custo-
diunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia
angelus domini exercituum est. Vos autem recessi-
stis de uia, scandalizasti plurimos in lege, irritum fe-
cisti pactum Leui, dicit dominus exercituum. Pro-
pter quod & ego dedi uos contemptibiles & humili-
les omnibus populis, sicut non seruasti uias meas, &
acepsisti faciem in lege . Nunquid non pater unus
omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creauit
nos? Quare ergo despiciatis unusquisq; uestrum fra-
trem suum, uiolans pactum patri nostrorum? Trans-
gressus est Iuda, & cætera.

Primo Machabæorum quarto: Et elegit Iudas sa-
cerdotes sine macula, uoluntatem habentes in lege
Dei, & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides con-
taminationis in locum immundum . Et cogitauit de
altari

altari holocaustorum quod prophanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illi consilium bonum, ut destrueret illud: ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes.

Hieronymus in epistolam ad Titum.

Audiant episcopi qui habent constituendi presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticae constitutionis ordo teneat, nec putent Apostoli uerba esse, sed Christi qui ad discipulos ait: Qui uos spernit me spernit, qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Sic & qui uos audit, me audit: qui autem me audit, audit eum qui me misit. Ex quo manifestum est, eos qui Apostoli lege contempta ecclesiasticum clericasticus gradum, non merito alicui uoluerint deferre, sed gratia, con non ex gratia Christum facere, qui qualis in ecclesia presbyter constituta sed extuendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est, merito Moyses amicus Dei cui facie ad faciem Deus locutus est, dandus. potuit utique successores principatus filios suos facere, & postea propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos non sacerdotium deferendum esse, sed uitae. At nunc cernimus plurimos um non sacerdos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos qui possunt sacerdotium defere ecclesiae plus professe, & in ecclesia erigere coluntas, sed quos rendum, uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, ut deteriora taceant, qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Idem est ergo presbyter, qui episcopus, & antequam diabolii instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephae, communis presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabatur. Postquam uero unusquisque eos quos baptizauerat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertinaret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scripturarum sed nostram esse sententiam, episcopum & presbyterum unum esse, & aliud ætatis aliud esse nomen officij, reglat Apostoli uerba ad Philipenses dicentis: Paulus & Timotheus serui Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconis, gratia uobis & pax,

Episcopus & presbyter
unū sunt.
Philip. i

pax, & reliqua. Philippis una est urbs Macedonizæ, & certe in
dina ciuitate plures ut nuncupantur episcopi esse non pote-
rant: Sed quia eosdem episcopos illò tempore quos & presby-
teros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi
de presbyteris est locutus. Adhuc alicui uideatur ambiguum;

Acto. 20. nisi altero testimonio comprobetur. In actis apostolorum
scriptum est, quod cum Apostolus uenisset Miletum, miserit
Ephesum, & uocauerit presbyteros ecclesie eiusdem, quibus
postea inter cætera fit locutus: Attendite uobis & omni gree-
gi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos pascere eccle-
siam domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hic di-
ligentius obseruate, quomodo unius ciuitatis Ephesi presby-
teros uocans, postea eosdem episcopos dixerit. Et Petrus qui
ex fidei firmitate nomen accepit, in epistola sua loquitur di-
cens: Presbyteros ergo in uobis obsecro compresbyter, & re-
stis Christi passionum, qui & eius gloria que in futuro reue-
landa est, socius sum, pascite eum qui in uobis est, gregem do-
mini, non quasi cum necessitate, sed uoluntarie. Hæc propte-
rea, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse presbyte-
ros, quos & episcopos, paulatim uero ut dissensionum plan-
taria euellerentur, ad unum omnem solitudinem esse de-
latam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetu-
dine ei qui sibi prælatus est esse subiectos: ita episcopi noue-

Vnus est preses ecclæ, rint se magis consuetudine, quæ dominicæ dispositionis ueri-
sæ nō autotate presbyteris esse maiores, & in commune debere eccle-
siam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate
na sed con solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus
suetudine. populum iudicaret & cætera.

Hieronymus Euagrio tomo tertio.

Presbyter & episcopus, aliud ætatis aliud dignitatis est no-
men. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatio epí-
scopi & diaconi dicitur, de presbyteris omnino reticetur, quia
in episcopo & presbyter continetur.

Idem in epistolam priorem ad Timotheum, to-
mo nono, capite tertio, Oportet enim episcopum, &
cætera.

Quæritur cur de presbyteris nullam fecerit mentionem, sed
eos in episcoporum nomine comprehendenter, quia secundus,

Imo pene unus est gradus, sicut ad Philippenses episcopis ac Philip.
diaconis scribit, cum una ciuitas plures episcopos habere non
possit, & in actis apostolorum, presbyteros ecclesie ituris
Hierosolymas congregans ait: Inter cetera uidete gregem,
in quo nos spiritus sanctus episcopos ordinavit.

Primo Paralipo. undecimo: Tu pasces populum
meum Israël: & tu eris princeps super eum.

Ad Timo. cap. tertio: Fidelis sermo. Si quis epi-
scopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet
enim episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris
uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, ho-
spitalem, doctorem, non uiolentum, non percusso-
rem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed
suæ domui bene præpositum, filios habentem subdi-
tos cum omni castitate, & cetera.

Hieronymus ad Oceanum, tomo tertio.

Si quis episcopatum desiderat &c. Opus, non dignitatem: labo. Episcola-
rem, non delicias: opus per quod humilitate decrebat, non in-
tumescat fastigio. Oportet enim episcopum esse irreprehensi-
bilem. Si em̄ omne peccatum etiam in otioso uerbo repre-
hensione dignū est, quis est ille qui absq; peccato, id est, sine repre-
dignitas.
hensione uersetur in mundo? Sobrium. Sacerdotes qui mini-
strant in tēplo Dei, prohibentur uinū & siceram bibere, ne in
trapula & ebrietate aggrauentur corda eorū, & ut sensus of-
ficiū exhibens, Deo uigeat semper & tenuis sit. Quod autē
infert prudentem, excludit eos, quod sub nomine simplicita-
tis excusat stultitiam fæderotum. Nisi enim cerebrum sanū
fuerit, omnia membra in uitio erunt. Ornatum quoq; iπίτεση
est prioris uerbi, id est, irreprehensibilis. Qui uitia non habet
irreprehensibilis appellatur, qui uirtutibus pollet ornatus est.
Possimus & aliud intelligere ex hoc uerbo, iuxta illud Tul-
li: Caput est artis decere quod facias. Sunt em̄ quidam igno-
rantes mensuram suam, & tantæ stoliditatis ac uerordiz, ut, sit humili-
& in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone communi-
risum spectantibus præbeant, & quasi intelligentes quid sit
ornatus, comunt se uestibus, munditijs corporis, & laquieris
mentis.

mensæ epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus, & cul-
tus sordibus fædior sit Doctorem. Innocens enim & absq; ser-
mone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silen-
tio nocet. Nam & latratu canum, baculoq; pastoris luporum
rabies deterrenda est. Non uinolentum, non percussorē. Vir-
tutibus uitia opposuit. Didicimus quales esse debeamus, disca-
mus quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia seur-
rarum est, & coinesatorum, uenterq; mero æstuans, cito de-
spumat in libidines. In uino luxuria, in luxuria uoluptas, in
uoluptate impudicitia est. Qui luxuriatur uiuēs mortuus est,
ergo qui inebriatric, & mortuus & sepultus est. Non Neophi-
tum. Quod autem ait: Ne in superbiam elatus, incidat in iudi-
cium diaboli, quis non exemplo uero probet? Ignorat inomē
taneus sacerdos humilitatem et mansuetudinem rusticorum,
ignorat blanditias Christianas, nescit scipsum contemnere,
de dignitate transfertur ad dignitatem, nō ieunauit, non fle-
uit, non mores suos sæpe reprehendit, & assidua meditatione
correxit, non substantiam pauperibus erogauit. De cathedra
quodammodo ducitur ad cathedram, id est, de superbia ad su-
perbiā. Iudicium autem & ruina diaboli, nulli dubiū, quin
arrogantia sit. Incidunt in eam, qui in puncto horæ, nec dum
discipuli, iam magistri sunt.

Exodi uicesimo octauo: Et loqueris cūctis sapien-
tibus corde quos repleui spiritu prudentiæ ut sciant
uestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

Numeri octauo: Hæc est lex Leuitarum: A virgin-
tiquinque annis & supra ingrediētur ut ministrent
in tabernaculo fœderis.

Deuteronomij decimo octauo: Ipsum enim elegit
dominus Deus de cunctis tribubus tuis, ut stet & mi-
nistret nomini domini Dei tui, ipse & filii eius in sem-
piternum.

Secundo Paralipomenon uicesimonono: Filii mei
nolite negligere, uos elegit dñs ut stetis coram eo, &
ministretis illi, colatisq; eū & cremetis ei incēsum.

Secundo Paralipomenon tricesimo quinto: Et con-
stituit

ECCLESIASTICO.

481

stituit sacerdotes in officijs suis, hortatusq; est eos ut ministrarent in domo domini.

Lucæ uicesimo secundo: Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat.

Ecclesiastici tricesimo secundo: Rectorem te posuerunt noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, & cætera.

Hieronymus libro commentariorum in epistola ad Titum. Nemo te contemnat.

Ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet: Ne Timo eorum qui in ecclesijs sunt, te segniter agente sic uiuat, ut se putet esse meliorem. Qualis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem? Vnde non solum episco pi, presbyteri, & diaconi debet magnopere prouidere, ut cum etum populum cui præsident conuersatione & sermone præcedant, uerum & inferior gradus, exorcistæ, lectors, æditui, & omnes omnino qui domui Dei seruiunt. Quia uehemeter ecclesiam Dei destruit, meliores laicos esse quam cleros.

Hieronymus libro commentariorum in epistola ad Ephefios, capite sexto:

Et uos patres nolite ad iracundiā prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini & cætæ. Legant episcopi atq; presbyteri, qui filios suos secularibus litteris erudiunt, & faciunt comedias legere, & minorum tur pia scripta cantare, de ecclesiasticis forsitan sumptibus eru ditor, & quod in carbonam pro peccato uirgo uel uidua, uel inosinariū totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in calendariam strenam, & saturnalitiam sportulā, & mineraluale munus grammaticus & orator, aut in sumptus domesticos, aut in tēpli stipes, aut in sordida scorta cōvertit.

Neemiaz decimotertio: Sed & in diebus illis uidi Iudæos ducentes uxores Azotidas Ammonitas & Moabitidas, & filij eorum ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Iudaice: & loque-

Cc bantur

quebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiuraui eos & maledixi Nungd in huiuscemodi re peccauit Salomon rex Israël. Nunquid & nos inobedientes faciemus omne uerbum grande hoc ut præuariemur in Deo nostro & ducam⁹ uxores peregrinas. De filiis autem Ioioda filij Eliasib sacerdotis magni gener erat Sanaballath Horonitis quem fugaui à me. Recordare domine D E V S meus aduersum eos qui polluant sacerdotium, eiusq^z sacerdotale & Leuiticum.

Deuteronomij decimoctavo: Non habebunt sacerdotes & Leuitæ et omnes qui de eadem tribu sunt partem & hæreditatem cum reliquo populo Israël: quia sacrificia domini & oblationes eius comedunt, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis.

Ambro. ad Irenæū, lib. primo, epistola sexta.

Pythagoricum mandatum in aliquorum scriptis prædicari inuenimus, quod ille discipulos suos communem atq^z usitatem populo prohibuerit ingredi uiam. Sed hoc unde assumpserit, non est incognitum. Nam cum ex populo Iudeorum (ut plerique arbitrantur) genus duxerit, legerat præceptum Moysi, ut montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem deorsum stareret. Separauit igitur sacerdotes à populo, & postea ipsum Moysem intra nubes introire præcepit. Vides diuisiones? Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atq^z usu & moribus inconditæ multitudinis: Sobriam à turbis grauitatem, seriam uitam, singulare pondus dignitas sibi uendicat sacerdotalis. Quomodo enim potest obseruari à populo, qui nihil secretum habet à populo dispar à multitudine? Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscatur, si nihil in te aspiciat, quod ultra se inueniat, si quæ in te erubescit, in te quem reverendum arbitratur offendat? Supergrediatur igitur plebeias opiniones, & strata

Exodi. 19
Vita sacerdotalis sit sanctior & melior uita laicorū.

quæ

quædam gregalis conuersationis ac detritæ uite orbitas decli Vita sacerdotalis non
nemus, ac vulgaris semitæ solum, quam currit ille, cuius uita dotalis non
leuior cursore, de quo dicitur: Transiuit & non uidit: Sed quæ sit cois cū
ramus nobis uiam inaccessam sermonibus insolentium, in cæteris.
uiam operibus imperitorum, quā nullus maculosus deterat,
maculosus scilicet ignauis suæ fodiens, & fumo iniquitatis
oblitus, tenebrisq; & parietinis quibusdā animæ ruinosus, qui
nulla uirtutis suauitatē gustauerit &c. Quid igitur nobis cū
istius seculi uia, in qua est tentatio, imo ipsa uita hominis ten-
tatio est, & exilior q; sermo fabularum, habitare in luteis do-
mibus, dies & noctes in lucris ponere, & de lucris semper cogi-
tare, & sicut mercenarius diurnā mercedem querere, atq; ut
cicadas aiunt, aura quadam pasci cupiditatum &c.

Iudicum uicesimoprimo: In diebus illis non erat
rex in Israël, sed unusquisq; quod sibi rectum uideba-
tur, hoc faciebat.

Prouerbiorum uicesimooctauo: Propter peccata
terræ multi principes eius.

Origenes super Iudicum, Homelia quarta:

Et adiecerunt, inquit, filii Israel facere malignum in cōspic-
tu domini, & Aioth mortuus est. Seruatur etiā in ijs illa ob-
seruatio, quā in superioribus designauimus, q; pro peccato Prop̄ pē
populi morif bonus dux populi. Cum em̄ indigni fuerint effe cata popu-
li, & fecerint malignū in cōspectu dñi, auferet ab eis homo li dux mal
Dei. Sed dicit fortasse populus noster: Quādo ecclesia Dei sine ecclesiæ da-
iudice est, etiam si prior defeccerit alter adhibetur. Audacter tur.

fortasse aliquid dicimus. Non semper princeps populi & ecclæ
iudex per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra

depositunt. Si mali sint actus nostri, & operamur malū in con-

spectu domini, datur nobis princeps secundum cor nostrum.

Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi nāmque quod domi-

nus dixit: Fecerunt sibi regem & non per me, & principem, &

non per cōsilium meum. Et hoc dictum uidetur de Saul illo,

&c. Tale ergo aliqd intelligimus etiā in ecclesia fieri, quia pro

meritis populi, aut in uerbo & opere potens tribuitur à Deo

rector ecclesiæ: aut si malignū faciat populus in conspectu do-

mini, talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famē & siti populus

Cc 2 patiatur

patiatur, non famem panis, neque siti aquæ, sed famem audiendi uerbum domini. Ita ergo nos agamus ita & oremus, ne unquam nos diuina indignatio in uerbi fame condemnnet, ac siti, ne unquam auferatur a nobis, qui nos uerbo & opere instruat, qui in moribus & honestate, qui patientia ac manu studinis perfectum de se populis praestet exemplum &c.

Ambrosius tomo quarto, In epistolam ad Ephesios, capite quarto:

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdā autem prophetas, & cetera.

Apostoli episcopi sunt, prophetæ quidē explanatores sunt scripturarum. Quamuis inter ipsa primordia fuerint prophetæ, sicut Agabus, & quatuor uirgines prophetantes, sicut continentur in actis apostolorum, sed propter rudimenta fidei commendanda, nunc autem interpretes prophetæ dicuntur. Euangelistæ diaconi sunt, sicut fuit Philippus, quamvis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores sunt & possunt esse lectores, qui lectionibus saginent populum audientem, quia non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Magistri uero exorcistæ sunt, quia in ecclesia ipsi compescunt & uerberant inquietos, siue hi qui lectionibus imbuendi, infantes solebant imbuere, sicut mos Iudæorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur, qui propter reseratum occultum scripturarum sensum prophetare dicitur, præsternit quia futuræ spei uerba depromit, qui ordo nunc potest esse presbyterij. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos, hoc est princeps est sacerdotii, & Propheta & euangelista, & cetera adimplenda officia ecclesiæ in ministerio fideliū. Tamen postquam omnibus locis ecclesiæ sunt constitutæ, & officia ordinata, aliter composita res est quam cœperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumq; diebus uel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsiuit aut diem, quo Eunuchum baptizaret, neq; iejunium interposuit. Neq; Paulus & Syleas tēpus distulerunt quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius

Acto. II

**Prophetæ
nūc dicunt
interpretæ
scripturarum**

**Nomina
ministroꝝ
ecclesiæ.**

**Oeſ in pri-
mitiuꝝ ec-
clesia bapti-
zabant &
p̄dicabant.**

bus eius. Neque Petrus diaconos habuit aut diem quæfuerit, **Acto. 3**
 quādō Cornelium cum omni domo eius baptizauit, nec ipse **Acto. 16**
 sed iussit fratribus, qui cum illo ierant ad Cornelium ab Iop- **Acto. 10**
 pe. Adhuc enim præter septem diaconos, nullus fuerat ordi-
 natus. Ut ergo cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus
 inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scri-
 pturas in ecclesia explanare. At ubi autem omnia loca cir-
 cùplexa est ecclesia, cōuenticula constituta sunt, & rectores
 & cetera officia in ecclesijs sunt ordinata, ut null⁹ de clero au-
 deret qui ordinatus non esset præsumere officiū, quod sciret
 non sibi creditum uel concessum, & cœpit alio ordine & pro-
 uidentia gubernari ecclesia: quia si omnes eadem possent, ir-
 rationabile esset & vulgaris res, & uilissima uideretur. Hinc
 ergo est unde nunc neq; diaconi in populo prædicant, neque
 clerici neq; laici baptizant, neq; quocunq; die tinguntur nisi
 ægri. Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordi-
 nationi quæ nunc in ecclesia est, quia haec inter ipsa primor-
 dia sunt scripta. Nam & Timotheum presbyterum à se crea-
 tum episcopum uocat, quia primi presbyteri episcopi appel-
 labant, ut recedente eo, sequens ei succederet. Denique apud
 Aegyptum presbyteri consignant, si præsens non sit epis-
 copus. Sed quia cōperunt sequentes presbyteri indigni inueni-
 ri ad primatus tenendos, iminutata est ratio, prospiciente cō-
 cilio, ut non ordo, sed meritum crearet episcopum, multo-
 rum sacerdotum iudicio constitutū, ne indignus temere usur-
 paret, & esset multis scandalum In lege naſcebantur sacerdo-
 tes ex genere Aaron Leuitæ. Nunc enim omnes ex genere
 sunt sacerdotali, dicente P E T R O apostolo: **Quia estis, in 1. Petri. 2**
 quit, genus regale & sacerdotale, ideoq; ex populo potest fie-
 ri sacerdos.

Ordo in ec-
clesia qua-
lis iam fit.

Tempore
Ambrosij
baptizabat
certis die-
bus.

Leuitici uicesimoprimo: Homo de semine tuo per
 familias qui habuerit maculā, non offeret panes Deo
 suo, nec accederet ad ministerium eius.

Numeri uicesimoseptimo: Prouideat dominus
 spirituum omnis carnis hominem qui sit super mul-
 titudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, &
 educere uel introducere, ne sit populus domini si-

DE ORDINE
cut oues absque pastore, & cætera.

Ecclesiastici quadragesimosexto: Dilectus à domino Deo suo Samuel propheta domini renouauit imperium, & unxit principes in gente sua. In lege domini congregationē iudicauit, & uidit Deum Iacob: & in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in uerbis suis fidelis, qui uidit Deum lucis &c.

Primo Regū viij. Factum est autem cū semiser Samuel, posuit filios suos iudices super Israël, &c. Et nō ambulauerunt filii illius in iuriis eius, sed declinauerūt post auaritiam: acceperuntq; munera, & peruerterunt iudicium & cætera.

Origenes super Numeros, Homelia uigesimasecunda, capite uigesimoseptimo.

Sed interim uideamus Moysis magnificientiam. Recessurus de seculo orat Deum, ut prouideat ducem populo. Quid agis Moyses? Nunquid filii tibi non sunt Gerson & Eleazar? Aut si aliquid de ipsis dubitas, non sunt filii fratris magni & egregii? Quomodo nō oras Deum pro ipsis, ut eos constituant populo duces? Sed discant ecclesiarum principes successores sibi non eos, qui consanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis propinquitate sociantur, testamento signare, neq; hereditarium tradere ecclesie principatum: sed referre ad iudicium Dei, & non eligere illum, quem humanus commendat affectus, sed DEI iudicio totum de successoris electione permittere. Nunquid non poterat Moyses eligere principem populo, & uero iudicio eligere, & recta iustaque sententia, ad quem dixerat DEVS: Elige presbyteros populo, quos tu ipse scis presbyteros esse, & elegit tales, in quibus continuo Dei spiritus requiesceret, & prophetarent omnes. Quis ergo ita potuit eligere principem populi, ut Moyses poterat? Sed Causa qua hoc non facit, non eligit, non audet. Cur non audet? Ne postea Moyses ris presumptionis relinquat exemplum. Sed ausulta quid dicit: Prouideat, inquit, dominus DEVS spirituum, & omnis carnis non nis, hominē super synagogam hanc, qui egrediatur ante factum eorum, & qui ingrediatur, & qui producat eos, & qui reducat.

ducat. Si ergo tantus ille actalis Moyses non permittit iudicio suo de eligendo principe populi, de constituendo successore, quis erit qui audeat, uel ex plebe quæ saepe clamoribus ad gratiam, aut ad precium fortasse excitatis moueri solet, uel ex ipsis etiam sacerdotibus quis erit qui se idoneum ad hoc iudicet, nisi si cui oranti & petenti a domino reuelef. Sicut &c Deus dicit ad Moysen: Adsume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem qui habet spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum, & statues eum coram Eleazaro sacerdote, & præceptra daro ei in conspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis, & dabis claritatem tuam super illum, ut audiant illum filii Israel. Audis euidenter ordinationem principis populi tamen mani Ordinatio festae descripta, ut penè expositione non egeat. Nulla hic pro principiis puli acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquus, agrorum & prædiorum relinqua hæreditas, gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audi stis) in semetipso spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & q[uod] Moysi ualde notus & familiaris sit, id est, in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israel.

Iudicium decimotertio: Caue ergo ne bibas uinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipiens & paries filium, cuius non tanget caput nouacula.

Leuitici decimonono: Neq[ue] in rotundum attonderebitis comam nec raderis barbam.

Cap. xxi. Non radent caput nec barbam, neq[ue] in carnibus suis facient incisuras. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes Dei sui offerent: & ideo sancti erunt.

Micheæ primo: Decaluare & tondere super filios delitiarum tuarum: dilata caluitum tuum sicut Aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.

Hiere. v. Et peccata nostra prohibuerunt bonum a nobis, quia inueniuntur in populo meo impij insi-

diantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos uiros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ideo magnificati sunt & ditati, incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Causam uiduat non iudicauerunt, causam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his nō uisitabo dicit dominus? & cætera.

Hieronymus tomo quinto, in Ezechiem, capite quadragesimoquarto.

Caput autem suum non radent, nec comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua, perspicue demonstratur, nec rasis capitibus, sicut sacerdotes cultoresq; Isidis atq; Serapis nos esse debere, nec rursum comam dimittere, quod propriae luxuriosorum est, barbarorumq; & militantium, sed ut honestus habitus sacerdotum facie demonstretur. Pro quo dixere LXX. Capita sua non radent, & comas suas ad pressum non tondebunt, sed operientes operient capita sua. Iuxta qd. discimus, nec caluitum nouacula esse faciendum, nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse uideamur, sed in tantum capillos demittendos, ut opera sit cutis.

Iob tricesimo secundo: Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: Sed ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium, & cætera.

Prouerbiorū uicesimo quinto: Dens putridus & pes lassus qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit pallium in die frigoris.

Tertio Regū xxij. Remansit uir unus per quem possumus interrogare dominū: sed ego odi eū, quia non prophetat mihi bonum sed malum.

Hierony, in Michælam, tomo sexto cap. septimo.
Duces

Sacerdos-
tes, calui-
tiū facere
nō debent.
Eze. 44

Duces populi mei me nescierunt, filii stulti sunt, & non intelligentes: sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Duces quidem ait mei vocabantur, & duces populi mei, sed quia nescierunt me, & opere vocabulum destruxerunt, propterea filii stulti sunt, & non intelligentes prudetiam, ob hoc tantum habent, ut subiiciant sibi simplicem gregem, & pro clesiae, nor terant pedibus suis, bene autem facere & regere populum nem men opere scierunt. Nolite credere in ducibus, non in episcopo, non in presbytero, non in diacono, non in qualibet hominum dignitate. Nec hoc dico, quod istiusmodi gradibus in Ecclesia non debetis esse subiecti. Quicunque enim maledixerit patri, aut matre, morte moriatur. Et Apostolus docet prepositis in Ecclesia obediendum: sed quod aliud sit honorare, aliud spem habere Non spera in ducibus. Honoremus episcopum, presbytero deferamus, as sum in hofurgamns diacono, & tamen non speremus in eis, quia hominibus uana, & certa spes est in domino, & cetera.

Ecclesiastici trigesimo septimo: Sed cum uiro sancto assiduus es, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundum animam tuam. Anima uiiri sancti enuntiat aliquando uera magis quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuam. Ante omnia opera uerbū uerax præcedat te, & ante omnē actum consilium stabile, & cetera.

Exodi uigesimotertio: Non sequaris turbam ad faciendum malū: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae ut à uero deuies.

Hieronymus in Psalmum centesimum,
tomo octauo.

Oculi mei super fideles terræ, ut sedeant mecum.

Non dixit diuites, aut imperatores, aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos, sed fideles, cum istis sedebant. Potest hoc ratum non per dicere & episcopus sanctus uir, quoniam non ordinabā presbydiuites sed eccliam illum qui mihi obsequebat, aut propinquū meum, sed per fideles cum quem sciebat fidelem. Et iterum idem potest dicere: Quo-

Psalm. 100 niam omnes clericos meos , & laicos fideles habebam . Potest ex persona domini dici iste uerfculus : (Ambulās in uia immaculata , hic mihi ministrabit .) Quoniam nō ordinabam eos qui mihi propinquā erant , sed iustos & fideles .

Idem tomō nono , in epistolam Pauli priorem ad Timotheum , capite tertio .

Sacerdotes Fidelis sermo , si quis episcopatum desiderat . Primum laicos ex optimis instituit , de quibus optimi quicq; in sacerdotium eliguntur , & laicis eligē sic dicit quales debeant ordinari .

dīsunt .

Numeri uigesimotertio : Quomodo maledicā cui non maledixit Deus ? Qua ratione detester , quem do minus non detestatur ?

Secundo Regum decimoquarto : Sicut enim angelus domini , sic est dominus meus rex Dauid , ut nec benedictione nec maledictione moueat .

Tertullianus libro de præscriptionibus
hæreticorum , in principio .

Solēt quidem isti miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis , ædificari in ruinā . Quare illa uel ille fidelissimi , & prudētissimi , & uisitatisimi in ecclesia in illam partē trāsic rūt ? Quis hoc dices , nō ipse sibi respōdit : neq; prudētes , neq; si deles , neq; uisitatos & stimādos quos hæreses potuerint demutare ? Et hoc mirum , opinor , ut probatus aliquis , retro postea excidatur . Saul bonus p̄æ ceteris , liuore postea euerit . Dauid uir bonus secundū cor dñi , postea cædis & stupri reus est . & cetera . Soli em̄ Dei filio seruabatur sine delicto permanere . Quid ergo si episcopus , si diaconus , si uidea , si uirgo , si doctor , si etiam martyr lapsus à regula fuerit : ideo hæreses ueritatem uidebuntur obtinere . Ex personis probamus fidem , an ex fide personas ? Nemo sapiens est , nemo fidelis , nemo maior nisi

Qui sunt Christiani . Nemo autē Christianus , nisi qui ad finē usq; per seuerauerit . Tu ut homo extrinsecus unumquēc; nosti , putas quod uides . Vides aut̄ quousq; oculos habes . Sed oculi , inquit , domini alti . Homo in faciem , Deus in præcordia contemplatur . Et ideo cognoscit dominus qui sunt eius , & plantā quam non plātauit eradicat , & de primis nouissimos ostēdit : & uen tilabrum in manu portat ad purgandam aream suam .

Ioan-

Ioannes Chrysostomus tomo sexto, sermone q̄ ne
que uiui, neq; mortui anathemate plectendi sunt.

Igitur de hoc malo, unde dicendi initium faciam: num à do-
minicorum mādatorum dispositiōibus, an à uestra inscritia &
stupore? R̄ideor ne, & insanire videor, quod h̄ec dico: Exhibi- Chrysosto-
lor ne, q̄ tam iniucunda lachrymisq; digna dicturi me pollis- mus hic de-
ceor? At q̄ contrarij uestris sunt mei affectus. Ego doleo, ego plorat sta-
mente dissecor, mea rumpunt uiscera, quia video nos tam in- tum ecclē-
sensatos & malos, ut legis transgressione ludæos, & impietate siæ.
gentes supereremus. Enspecto uiros, qui nullum ex sacris literis
germanum sensum, imo nihil omnino sacrarum literarum te-
nent, & ut pleraq; transcam (nam erubesco dicere, furibūdos,
nugaces, contentiosos) qui neq; sciunt quæ dicunt, neq; de qui-
bus affirmat, in hoc uno tantum auciaces, quod dogmata ita-
tuunt, & anathema declarant ea quæ maxime ignorant. Hinc
est, quod exteris, hostibusq; fidei nostræ ludibrio sumus, ha-
bemūrque: perinde nulla sit in nobis honeste uitæ cura, & nun-
quam benefacere didicerimus. Heu mihi, quam dura atque do-
lenda sunt h̄ec.

Quid est istuc ipsum dicere Anathema? Vide quid dicas, co-
gnosce quid loqueris. Nostri uerbi uim? Quāmuis inuenies in
sacra scriptura, quod dicitur contra Hierico: Et anathematiza Iosuē
bis totam ciuitatem dñō Deo tuo. Et inualuit apud nos omnes
consuetudo, quæ in hodiernum usq; diem durat, ut anathema
dicatur, qđ certo loco suspēsum. An hoc tu dicas anathema? Anathe-
ma sed hoc plerunq; in bonum sonat, & est interdum oblatū Deo. ma quid
Quid ergo illud, q̄ anathema tu dicas eum qui oblatus est dia fit apud
bolo, nec ultra regionem salutis inhabitat, sed alienus est à nostates.
Christo? Heus quis tu tantæ autoritatis, qui tantā tibi usurpas
potentiā? Tunc c̄m se debet filius Dei, & statuet oves à dextris,
& h̄eretos à sinistris. Cur igitur dignitatem tantā assumis? quæ Matth. 25
Apostolis tātum communicata, & his qui illorum idoneisuc-
cessores, uere pleni gratia & uirtute. Iam Apostoli diligenter Anathe-
mā mandati seruarunt. Sic enim h̄ereticos cīciebant ex Eccle-
sia, quasi effodiendus esset dexter oculus. Qua tēpestiuā mem dā ex ma-
bri de sectione, magnum suę compassionis & doloris indicium gna chari-
præ se ferebant. Atque idcirco Christus quoque dextrum oculū tate siebat.
Iūm dicit, ut illū abieciūrī cōpassionem commēdaret. In qua Matth. 5
re, si-

re sicut & in alijs, admodum diligentes fuere, hæreses quidem redarguendo & ejjicio, nulli autem hæreterorum hanc pœnam adhibendo . Porro Apostolus in duodus duntaxat locis uocem hanc quasi coactus affert, nec tamen certe & determinatae personæ illam intentat. Nam Corinthiū sribit: Si quis uobis euangelizauerit aliud præter id quod accepistis, anathema sit. Cur igitur quod nullus eorum, qui potestate acceperunt, uel facere, uel declarare ausus fuit, tu facere audes, plane aduersarius mortis dominicæ, & præoccupas iudicium regis? Vultis discere qualia de hoc sanctus quidā dixerit, qui & Apostolorum temporibus martyrium meruit? Mōstraturus huius uerbi grauitatem, tali uteretur exemplo: Sicut priuatus homo regiam sibi ipsi purpuram circumponens, una cum omnibus qui se iuvant punitur ut tyrannus: ita qui dominicam sententiam fert, & hominem facit anathema ecclesiæ, abducit ipsum in extremam perniciem, usurpando dignitatem filii Dei.

Quām grāde peccatū hominem anathēma tizare.

Sic ille dicebat: Putatis ne hanc parui momenti rem esse, ante iudicem, & iudicij tempus, aliquem eiusmodi sententia condēnare? Anathema enim omnibus modis à Christo separat. Ad hæc quid respondent illi malitia potentes: Hæreticus, aiūt, ille factus est, inhabitantem habet diabolum, aduersus Deum iniustitiam loquitur, multos in profundum perditionis abducit, eloquitiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sanè propter partem ecclesiæ abstulit, Paulinū uel Apollinarē designando.

At his satis fieri oportebat, sermone redargente errorē, qui incrudecit. Doce, ait, in lenitate erudiens eos qui obſiſtunt, si quando det eis Deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, ut resipiscant à diaboli laqueo capti in uoluntatē illius. Extende sagenam charitatis, ut non subuertatur claudicans, sed potius sanetur. Ostende quod magna affectione bonū

Peccator prium cupias facere cōmune. Affer dulcē escam cōpassionis in & hæreti- aculeo, & sic scrutare profunda, atq; ex imo perditionis extra- cus cōpas- he eum qui sensu descenderat, ut & quod opinabatur, & quod sione cor- ignorabat, bonum existimaret. Erudi sicut alienum ab Apo- rigēdi sunt stolica traditione, & siquidem hoc boni consulere uoluerit ho- mo, qui prius errore infectus erat, iuxta uocē prophetę, & ille

L Leuit. 5 uiuet uita, & tu animam tuam liberabis; si autem respuit ser- monem,

monem, utpote contentiosus, tu contestare, ne reus fias, tantū cum longanimitate & suavitate, ut ne animam eius de manu tua iudex requirat. Ne odio habeas, ne auerteris, ne persequaris, sed sincoram & ueram erga eum ostende charitatē. Ut interim aliud nullum, certe hoc feres lucri, & magna est hæc utilitas, egregiumq; lucrum q; diligis, & simul doctrinam Christi doces. In hoc enim, ait, cognoscent, quod mei sitis discipuli, Ioan. 13 si charitatem habueritis ad inuicem. Qua absente nihil proderit, uel scientia mysteriorū Dei, uel fides, uel prophetia, uel paupertas, uel confessio Christi: id quod & Paulus ipse demonstra-1. Cor. 13uit, dicens: Si tenuero mysteria omnia, & omnem scientiam, & fidem, ita ut montes dimoueam, & cetera. Dilecti nullus ex uobis taliter erga Christum fuit affectus, qualiter ista sancta anima. Nullus hominum talia uerba præter illum loqui ausus fuisset. Nam anima eius cōburebatur cū diceret: Adimpleo Coloff. 1 afflitiones Christi in carne mea quæ reliquæ. Et: Precabar ipse Roma. 9 anathema esse à Christo. Et: Quis infirmatur, & nō infirmor Charitas ego: cumq; tanta erga Christum affectione prædictus esset, nō & parietia iniurias, non uiolentias, non anathemata cuipiā inferebat: & Pauli exiprofecto, quasi non esset is qui tot gentes & integras ciuitates mia. dño obtulisset, sed quasi humiliaretur, uerberaretur, colaphis cæderetur, ridiculusq; esset omnibus, ita hæc curabat blandie do, adhortando, obsecrando.

Nōnne præceptum habemus, ut pro inimicis, & qui nos odrunt precerum? En quām probe implemus ministeriū: en ut ordinatio non effert, non in sublime extollit, non potentiam præstat. Omnes eundem spiritū accepimus, omnes in adoptiō nem filiorū uocati sumus, quos autē probauit dñs, eos fratribus in potestate seruire uoluit. Eia ministerium nostrum curemus: obsecramus & contestamur uos, ut à tanto malo desistatis. Nam is quē tu anathematizare decreuisti, uel uiuit, & adhuc in mortali uita hac supereſt, uel mortuus est. Quod si adhuc supereſt, impie agis, qui eum qui à malo in bonū ſe uertere potest crudeliter abſcas: ſin mortuus eſt, multo magis crude-Episcopilis eſt. Cur nam? Quia dño ſuo ſtat uel cadit, non iam ſub iure uel ſacerdotes humano existens. Et de eo, quod occultatiſ ſeruatumq; ſecu-dotes ne-lorum iudici, pronuntiare tutum eſt ſolū ei, qui mensurā ſcien-minem da-tia, & quantitatē fidei cognofcit: dic mihi obſecro, qui ſcis, innare quibusnam uerbis ſeſt accusabit, uel defendet ille in die quo poſſunt.

Deus

Roma. Deus uenturus est, ut iudicet occulta hominum? Profecto in-
scrutabilia sunt iudicia, & imperuestigabiles uic̄ eius. Quis em̄
cognouit sensum domini, uel quis eius consiliarius fuit? Dile-
cti forte nullus ex uobis baptis̄mū se consecutum putat, nul-
lus iudiciū aliquando futurū suspicatur? Quid dico iudicium?
ipsam nostrā mortem & egressum ē corpore non cogitamus.
Adeo corda nostra huius uite solicitudine & curis obbruc-
scunt, & desipiunt? Obsecro, desistite ab hoc malo. Ecce dico,
& contestor coram Deo & electis angelis, hinc uobis in die iu-
diciū magnum malū & inextinguibile ignem parari. Nam si
in uirginum ordine eos, qui cum fulgida fide, & morū hone-
state uixerunt, dñs qui om̄niū opera eōe considerabit, oī mis-
ericordiæ penuriam à thalamo arceb̄it, quomodo nos qui in
omni luxu & crudelitate erga cognatos uersamur, obliti Dei
salutem assequemur? Ea propter uos oro, ne uobis uerba hæc

Errores mente excidant. Dogmata em̄ impia, & quæ ab hæreticis pro-
non homi facta arguere & anathematizare oportet, hominibus autem
nes extir-
pandi. Ita charitatis erga Deum & proximum esse studiosos, imple-
re q̄ mandata domini, ut cū misericordiæ oleo, & fulgidis lam-
padibus occurramus in die resurrectionis ipsi superno & co-
lesti sposo, offerentes ei plurimos in gloria.

Esaiae tricesimo secundo: Non uocabitur ultra is quā
insipiens est princeps, neque fraudulentus appellabi-
tur maior.

Hieremiæ uigesimotertio: Propheta nanḡ & sacer-
dos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eō-
ait dominus. Iccirco uia eorum erit quasi lubricum in
tenebris, impellentur enim & corruent in ea.

Neemias sexto: In gentibus auditum est & Bosem
dixit, quod tu & Iudæi cogitatis rebellare, & propte-
rea ædifices murū, & leuare te uelis super eos regem.
Propter quam causam & prophetas posueris qui pre-
dicent de te in Hierusalem dicētes: Rex in Iudæa est.
Auditurus est rex uerba hæc. Iccirco nunc ueni: inea-
mus consilium pariter. Et misi ad eos dicens: Non est
secun-

ECCLESIASTICO.

415

secundum uerba hæc quæ tu loqueris. De corde enim
tuo tu componis hæc. Omnes enim hi terrebant nos,
cogitantes quod cessarent manus nostræ ab opere &
quiesceremus. Quam ob causam magis cōfortauit ma-
nus meas, & cætera. Memento domine mei pro To-
bia & Sanaballath, iuxta opera eorum talia: sed &
Noade& Prophetæ & cæterorum prophetarum qui
terrebant me. Factum est ergo cum audissent omnes
inimici nostri, ut timeret uniuersæ gentes quæ erant
in circuitu nostro, & considerarent intra semetipsos,
& scirent quod à domino factum est opus hoc.

Chrysostomus tomo septimo, Homelia tricesi-
manona in Matthæum, capi-
te uigesimoprimo.

Et cum uenisset in templum, accederunt ad eum docentem Matth. 21
principes sacerdotum, & seniores populi dicentes: In qua po- Querela
testate hæc facis? Sacerdotes Iudeorum inuidentes Christo, sacerdotū.
dum iustas causas accusandi non inueniunt circa eum, etiam
de bono eius turbantur, dicentes: In qua potestate facis hæc?
Cogitabant in dolore apud se. Nos fuimus columnæ templi, Cogitatio
& ecce super illum recumbit tota ecclesia, & nos inuicti sumus falsorum
fine causa erecti quia ministerium perdidimus, & nomen ua- sacerdotū.
cum possidemus. Nos fuimus tacentium scripturarum quasi
lingua uisibilis, & ecce ille resonat in medio templi, & nos cō-
tempti tacuimus quasi cithara dissipata. Nos fuimus patres
populi, & ille quotidie generat filios, nos autē steriles sumus
inuenti. Ideo non ferentes dicebāt: In qua potestate facis hæc?
Dicendo: Quis tibi dedit hæc potestatem, ostendunt illi quas-
dam esse personas, quæ dant hominibus potestatem, sive cor-
poralem, sive spiritualē. Tanquam si ita dicant: De sacerdota-
li familia genitus non es, Senatus tibi hoc non concessit, Cæ- Ois pore-
sar non donauit. Si autem credidissent, quod omnis potestas stas à Deo
à Deo est, nunquam interrogassent: Quis tibi dedit hanc pote- Roma. 13
statem? Scientes quia omne datum perfectum, defursum est de Iacobi 1
scendens à patre luminum. Et quia nemo potest accipere ali- Ioan. 6
quid, nisi datum fuerit ei de carlo.

Primo

Primo Machabæor^u secundo: Et dixit Matathias: ut mihi, ut quid natus sum uidere contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt, templū eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriae eius captiua abducta sunt, trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? Omnis positio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt eam gentes. Quo ergo nobis adhuc uiuere?

Ecclesiastici uigesimotertio: Domino enim DEO antequam crearentur omnia agnita sunt, sic & post perfectum respicit omnia. Hic in plateis ciuitatis uincitur, quasi pullus equinus fugabitur, & ubi non sperauit apprehendetur. Et erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem domini. Sic & mulier omnis relinques uirum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit, & secundo uirum suum dereliquit. Tertio in adulterio fornicata est, & ex alio uiro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiā adducetur, & in filios eius aspicietur. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Non derelinquet in maledictū memoriam eius, & dedecus illius non delebitur. Et agnoscet qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei, & nihil dulcius quam respicere ad mandata domini. Gloria magna est sequi dominum, longitudo enim dierum assimetur ab eo.

Proverbiorum secundo: Ut eruaris à muliere aliena, &

na, & ab extranea quæ mollit sermones suos: & relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferros semitæ ipsius, & cætera.

Chrysostomus tomo primo, Homilia
octuagesima septima, ex capite
Matthæi uigesimo sexto.

Propterea os aperire non possumus, quia non melius ecclesia quam secularia gubernatur. Non auditis, quia nec quidem has pecunias, quæ absque labore fuerunt collectæ, distribuendas putauerunt Apostoli? Modo autem in procuratores, dis- Deplorat spēfatores, caupones redacti sunt Episcopi, imò uero istos etiā statum & curæ & sollicitudines secularium rerum superarunt. Cūmque mores ecce oporteat ipos animarum habere curam nostrarum, hoc præ clefia. termisso, illud solicite curant, quæ publicanis, questoribus, atque uillicis curanda sunt, de his quotidie cogitant & peruigilant. Hoc non frustra deploro, sed ut harum rerum mutatio quædam in melius fiat, ut & nos qui grauem hanc seruitutem patimur, misericordiam consequamur, & uos fructus & thesauros ecclesiæ præparetis. Si aut̄ ita facere nō uultis, ecce ante oculos uestros pauperes sunt, ex quibus quotquot potuerimus alere non negligimus, quos uero non possumus uobis dimittere mus, quos a līte oro diligēter, ne in terribili die iudicii illa uerba quæ aduersus immicerordes dicentur, audiatis. Famescen Matth. 25 tem me uidistis, & non aluistis. Hæc certe inhumanitas nos quoque uobiscum derisibiles facit, orationibus enim atq; pre- dicatione, cæteroq; cultu ecclesiæ prætermisso, alijs uini, alijs frumentorum uendoribus, alijs cauponibus per totam uitā col- In sacerdo tes negotia luctantur, unde iurgia, contentiones, conuictia, opprobria quo tores. tidie oriuntur, & unicuiq; sacerdotum secularibus idonea ne- gotiis imposita nomina sunt: oportet igitur in talia hæc mura, & inde presbyteros nominari. Vnde Apostoli leges sanctie Officia bant, à nutritione uidelicet in opum, ab eorum quæ laudeban- Apostolo tur protectione, à diligēti erga peregrinos cura, à patrocinio rum. eorum qui opprimuntur, in orbos parētibus cura, à protegen- dis uiduis, à defendēdis uirginibus. Hæc officia loco uillarum, Ornamen- & domorum curę presbyteris distribuere decet. Hæc ornamenti ecclesiæ.

ta ecclesiæ sunt, isti conuenientes thesauri, qui & uobis facilior rem uitam, & nobis fructuosiorem præbere possunt, immo ue Paruo oës ro nobis non paruam quoque afferent utilitatem. Gratia enim pauperes Dei centum milia hominum huc conuenire opinor, quorum alere possu singuli si unum panem quotidie paupertati offerrent, omnes certe pauperes abundantarent, si unum unusquisque obulum solummodo, nemo penitus indigeret, & non adeo uillis & agri attenti essemus, nec tot iurgia & cõuicia quotidie pateremur.

Matth. 19 Illud enim Euangelium: Vade ac uende uniuersa quæ habes & da pauperibus, & ueni ac sequere me, opportune nunc ad ecclesiæ presides, propter latas ecclesiarum possessiones, & meritio dici potest. Non enim sequi Christum aliter possumus, nisi si omnis secularis curæ simus expertes. Nunc uero proh dolor vindemiarum ac messi sacerdotes Dei, & uenditioni ac emptioni fructuum assistunt: & illi quidem, qui figuræ ac umbræ cultum habebant, quamvis corporalior eis administratio esset commissa, omnium tamen harum rerum erant immunes: nos uero qui ad penetralia cœlorum uocamur, quiq; ad uera sanctæ sanctorum ingredimur, mercatorum rursus & cauponum curas suscipimus. Vnde & magna scripturarum oritur negligenter scripturarum scripturarum ne gligentia, ingens in orando segnities, & cæterorum omnium contemptus. Non enim possibile homini est, sufficienter studio atque opera in utrunque distendi.

Iosue primo: Omnia quæ præcepisti nobis faciemus, & quocunque misericordiam ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi, tantum sit dominus Deus tecum sicut fuit cum Moysè, & cætera. Hodie incipiam exaltare te coram Israël, ut sciant, sicut cum Moysè fui, ita & tecum sum.

Tertio Esdræ octauo: Quoniam terra in qua intristis possidere hereditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ: & imunditiae illorum repleuerunt eam totam immunditia sua. Et nunc filias uestras non coniungeris filiis eorum, & filias eorum non accipietis filijs uestris: & non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore. Nos

Nos peccauimus in dominum quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ . Et nunc es super omnem Israël. In his ergo sit iusurandum à domino expellere omnes uxores nostras quæ ex alienigenis sunt cum filijs earum: sicut tibi decretum est à maioribus , secundum legem domini exurgens explica . Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus. Viriliter fac. Et exurgens E S D R A S adiurauit principes sacerdotum & Levitas, & omnem Israël facere secundum hæc, & iuraverunt.

Ex Capite nono : Et exurgens E S D R A S dixit illis: Vos inique fecistis collocantes uobis in matrimonium uxores alienigenas, ut adderetis ad peccata Israël. Et nunc date confessionem et magnificentiam domino D E O patrum nostrorum, & perficite uoluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ , & ab uxoribus alienigenis . Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt uoce magna : Sicut dixisti faciemus . Sed quoniā multitudo magna est , & tempus hybernū, & non possumus insubdiati stare , & hoc opus non est nobis unius diei, neq; bidui, multum em in his peccauimus : stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscū inhabitant, & quotquot habent uxores apud se alienigenas: & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri & iudices, usquequo sanent iram negotij huius. Et determinatum est de uiris qui habebāt uxores alienigenas usque ad Neomenia primi mensis. Et inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas uxores, & cætera.

Iudicum secundo : De pugna totius Israël pro sce-lere contra tribum Beniamin, quæ nō nisi magna san-

Dd 2 guinis

guinis effusione succubuit.

Chrysostomus tomo tertio, Homelia decima quinta, in epistolam primā ad Timotheum ex capite quinto: Presbyteri qui bene pr̄esunt, dupli honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina.

Deut. 25 Dicit enim scriptura: Boui trituranti os non infrenabis, & **1. Cor. 9** dignus est operarius mercede sua. Honorem hoc in loco obsequium dicit, & necessariarum rerum largitionem. Nam quod sequitur: Non infrenabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua, hoc signat. Itaque & cum honore uiduas ali pr̄cipit, ad necessarium uictum referatur, ut his quae uere

Paupertas in uidua laudatur. uiduae sunt, ministrare sufficiat, & rursus: Honora uiduas ueras, hoc est, in paupertate cōstitutas: quanto enim pauperior est, tanto magis est uidua: ponit testimonium legis, apponit & Christi, amboque sibi omnino consentiunt. Nam lex ait: Non infrenabis os boui trituranti. Vides quomodo uult laborare doctorem? Non sanè est labor alius illi conferendus, addit & Christi testimonium: Dignus est em, inquit, mercenarius mercede sua, non ergo solam intueamur mercedem, uerum & modo pr̄ceptum audiamus: Dignus, inquit, est mercenarius mercede sua. Itaq; si quis delicatus aut remissus fuerit, dignus profecto non est. Nisi quis fuerit bos triturans, & contra gelu & spinas iugum sustinens traxerit, neque ante discesserit, dignus nō est. Oportet ergo doctoribus necessarium uictum assatim ministrari, ne deficiant, neque soluātur, neque minimis occupati, magnis seipso atque alias priuent, ut spiritalia operentur, nullam secularium habentes rationem. Huiusmodi Leuitæ erant, qui nullam secularium rerum habebant curam, quæ admodum laici: ipsis quippe Leuitarum erat cura permissa, et lege illis cōstituti fuerant redditus, decimæ, aurum, primitiae, uota, & alia plurima: uerum illis lege, ista merito permittebātur, præsentia tantum & terrena querentibus. Ergo ecclesiæ pastores & præfules audenter dixerim, nil pr̄ter uictum & ueſtitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Quid est autem dupli honore? putamus dictum dupli, quod ad uiduas, & ministros extenditur: an dupli pro eo positum, quod est magno? Non ergo id inspiciamus tantum, quod eos dupli hono-

Doctor nisi labor uerit indigens est. tur, præsentia tantum & terrena querentibus. Ergo ecclesiæ pastores & præfules audenter dixerim, nil pr̄ter uictum & ueſtitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Quid est autem dupli honore? putamus dictum dupli, quod ad uiduas, & ministros extenditur: an dupli pro eo positum, quod est magno? Non ergo id inspiciamus tantum, quod eos dupli hono-

Episcopi & pastores ecclesiæ preter uictum & ueſtitum nil possunt. tur, præsentia tantum & terrena querentibus. Ergo ecclesiæ pastores & præfules audenter dixerim, nil pr̄ter uictum & ueſtitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Quid est autem dupli honore? putamus dictum dupli, quod ad uiduas, & ministros extenditur: an dupli pro eo positum, quod est magno? Non ergo id inspiciamus tantum, quod eos dupli hono-

re dignos dixit: sed quod addidit multo magis attendamus, deant.
 qui bene præfunt. Quid est autem bene præfere audi dicetem Prælatura
 Christum: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Be- sacerdotū
 ne igitur præfesse, hoc est, nulli parcere illorum regiminis gra quæ sit.
 tia. Maxime, inquit, qui laborat in uerbo & doctrina. Vbi mo
 do sunt, qui dicunt sermone ac doctrina opus non esse: quan
 doquidem tanto studio Timotheum Paulus admonet dicens: **1. Tim. 4**
 Ista meditare, in his esto. Et iterum: Vaca lectioni, consolatio
 ni: hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te au
 diunt. Et hos omnium maxime iubet honorari, causamq; ad
 dit dicens: Multum enim laborem sustinent. Quam uero id nu
 ste. Cum enim aliis non uigilet, neque curis maceretur, sed
 passim securus, & quietus in quotidianis fabulis, & confessi
 bus sit: hic autem concidatur sollicitudine, & meditationi per
 petuo insistat, idque maxime si exterioris disciplina sit rudis: **Vita sacer**
diana.
 quis non uideat, quanto sit ceteris in honore præferendus?
 quippe qui se ipsum tot laboribus, & eruminis exposuit. Est em
 linguis innumeris propositus ad lacerandū, aliis culpat, aliis
 laudat, aliis detrahit, aliis memoriam, aliis compositionem
 in ius trahit, magna illi constantia ad ista toleranda opus est.
 Multum enim omnino ad ecclesiæ ædificationem confert, si
 præfules doctrinæ gratia polleant, quæ nisi adsit, plurima ec
 clesiasticæ disciplinæ peribunt, & cætera.

Vnde rui
na ecclæ
sticæ disci
plinæ.

Omnis Christiani, sacerdotes

sunt, Reges, & Prophetæ.

Exodi decimonono:

Mea est enim omnis terra, & uos eritis mihi in
 regnum sacerdotale, & gens sancta.

Prima Petri secundo: Vos autem genus
 electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus ac
 quisitionis: ut uirtutes annuntietis eius, qui de tene
 bris uos uocauit in admirabile lumen suum.

Apocalypsis primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à
 peccatis nostris in sanguine suo, fecit nos regnum &

Dd 3 sacer-

S A C E R D O T I V M
sacerdotes Deo & patri suo.

Augustinus libro de uita Christia-
na, capite secundo.

Christum unctum interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Vnctos uero non nisi sanctos uiros, & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est, nec alios quam prophetas, aut sacerdotes, aut reges. Et tam magnū fuit ipsius unctio nis mysterium, ut in Iudaico populo, non omnes illud, sed fastis pauci de plurimis mererentur accipere, & hoc usque ad ad-

Psal. 44 uentum domini nostri Iesu Christi, quem Deus oleo laetitiae, id est, spiritu sancto praeceteris cōsortibus suis unxit. Ex quo tempore credētes illi, & baptismatis illius sanctificatione pur-

Omnis fi- gati, non aliqui sicut sub lege prius fuerant, sed omnes in pro-
deles in sa-phetis & sacerdotibus unguntur & regibus. Cuius unctionis
cerdotes quales esse debemus admonemur exemplo, ut in quibus tam
unguntur **& reges.** sancta est unctio, sit non minus conuersatio. Ex sacramento
cēm unctionis huius et Christi & Christianorū omnium, id est,
in Christo credentium uocabulum descendit & nomen. Quod
nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur.

Origenes super Leuiticum, Homelia no-
na, capite decimosexto.

Omnes enim quicunq; unguento faci chrismati delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut & Petrus ad omnem dicit ec-
clesiam: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens
1. Petri 2. sancta. Estis ergo genus sacerdotiale, & ideo accedetis ad san-
cta. Sed & unusquisq; habet in se holocaustum suum, & holos-
causti sui ipse succedit altare, ut semper ardeat. Ego si renun-
tiem omnibus quæ possideo, & tollam crucē meam, & sequar

Holocau- Christum, holocaustum obtuli ad altare Dei: aut si tradidero
sta & faci corpus meum ut ardeam, habens charitatem, & gloriam mar-
ficia Chri- tyri consequar, holocaustum meipsum obtuli ad altare Dei.
stiani ho- Si diligam fratres meos, ita ut animam meam ponam pro fra-
minis. tribus meis, si pro iustitia, pro ueritate usq; ad mortem certa-
uero, holocaustum obtuli ad altare D E I. Si membra mea ab
omni concupiscentia carnis mortificauero, si mūdus mihi cru-
cifixus sit, & ego mundo, holocaustum obtuli ad altare Dei, &
ipsæ meæ hostiæ sacerdos efficior.

Chrysostom⁹ in opere imperfecto, capite septimo.
Matthæj

Matthēi septimo: Attēdite uobis à falsis prophetis.

Scriptum est: Omnis lex & prophetæ usq; ad Ioānem. Non quia futuri non erant post Ioannem, fuerunt enim Agabus & Silas, & multi. Sed quia prophetia de Christo non erat futura. Prophetæ post eum, ergo prophetia quidē cessauit, prophetæ autē & fue in nouo te runt & sunt: sed non qui prophetarent de Christo, sed qui interpretarentur ea quæ de Christo ab antiquis fuerūt prophe tata, id est, doctores ecclesiarum. Sed & omnes Christiani prophetæ dicuntur, qui in regnum, & sacerdotium, & in propheta tam unguntur. Nec enim quis potest propheticos interpreta ri sensus, nisi habeat spiritum prophetæ. Hæc autem diximus ut ostendamus, quia prophetæ de quibus loquitur, doctores dicuntur. Sciens ergo dominus futuros esse falsos doctores hę resum diuersarum contra ueros doctores, qui scripturas propheticas & Apostolicas peruersa interpretatione confundere, ideo per Apostolos suos omnium ecclesiarum doctores admonet dicens: Attendite uobis à falsis prophetis, & cætera.

Origenes super Iudicum, Homelia sexta.

Ideo quia uos reges estis, merito rex noster Christus dominus rex dicitur regū, & dominus dominatiū. Sed sicut exultasti de nobilitatis uestræ titulo, ita discere debetis quid agendum unusquisque uestrum fiat rex. Quod uobis ita breuiter diffiniā: Regem te omniū esse facit, si regnet Christus in te. Rex namq; à regēdo dictus est. Si ergo in te regnet animus, & corpus obtemperet, si concupiscentias carnis sub iugū imperij tui mittas, si uitiorū gentes sobrietatis tuæ frenis arctioribus premas, merito rex diceris, quæ te recte regere noueris, & cætera.

Cyrillus in Leuiticum, libro decimotertio.

Testamentum, inquit, æternum erit Aaron, & filii eius, & manducabunt ea in loco sancto. Aaron & filii eius, genus est electum, genus sacerdotale, quibus hæc portio sanctorum donatur à Deo: qd sumus omnes, qui credimus in Christū. Locus sanctus autem sanctorū, ego in terris nō requiro positū, sed in corde. Etorum in Locus enim dicitur sanctus, rationalis anima, & cætera. anima est.

Cyrillus in Ioannem, capite nono, libro

sesto, capite uigesimo.

Et tu doces nos? Solet enim maiorum consuetudo à minoribus aliquid discere dignari: quod nimirū ex latente morbo

superbiæ profiscitur, quo sibi animus falsam sciætiaæ opinio ném ascribit: & erubescit ab eis qui inferiore gradu uite aut dignitate sunt constituti quipiam percipere, ne ignorasse ui deatur id ipsum, aut minor illo in doctrina appareat à quo di scit, cum cupit omnibus supereminere. Sed si animus noster uera esset humilitate munitus, non erubesceret & iam à quo quis puerulo quicquam quod ignoraret addiscere. A quo cunq; em percipi potest ueritas, amplectēda est & capessenda, & cetera.

Beda in epistolam Petri primam, capite secundo.

Sacerdotium sanctum,

Quo manifestissime uos hortatur, ut sacerdotium sanctum ipsi existentes, super ædificemur super fundamentum Christi.

Ecclesia Omne ergo ecclasiam sacerdotium sanctum appellat, quod omnis est sola domus Aaron in lege nomē & officium habuit. **Quia** nr sacerdotiū mirum omnes summi sacerdotis membra sumus, cuncti oleo sanctum. Iætitiae signantur, uniuersis congruit quod subdidit: Offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Spirituales autem hostias opera nostra, eleemosynas & preces dicit ad distinctionem carnalium in lege uictimarum. Quod autem in conclusione dicit per Iesum Christū, ad cuncta que præmisserat pertinet, quia per ipius gratiam & super ædificamur in illo per architeclos sapientes, hoc est, ministros noui testamenti, & domus spirituales efficimur per spiritum ejus contra pluuias, uentos, fulmina tentationum muniti. Et sacerdo tio sancto participare, & boni aliquid acceptabile Deo gerere, **Ioan. 15**, non nisi per ipsum ualemus. Sicut enim palmites non possunt ferre fructum à semetipsis nisi permanescint in uite, sic nec uos, inquit, nisi in me manseritis.

Idem in Apocalypsim, libro primo,
capite primo.

Oia mem bra Chri sti sacerdo tes sunt. Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. **Quia rex regum & sacerdos cœlestis** se offerēdo pro nobis nos suo corpori adunauit, nemo sanctorum est, qui spiritualiter sacer dotij officio careat, cum sit membrum æterni sacerdotis.

Idem in eodem libro, capite uigesimo.

Sed erunt sancti Dei & Christi. Alia æditio habet: Sacerdotes Dei & C H R I S T I. Non autem de solis episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie uocantur in ecclesia sacer dotes,

dotes, sed sicut omnes Christi dicimus propter mysticum Christi ^{i.} Petri. et sima, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sumus unius sacerdotis. De quibus apostolus Petrus, plebs, inquit, sancta regale sacerdotium, & cætera.

Hebræorum quinto: Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut uos coeacmini quæ sunt elementa exordij sermonū Dei.

Hierony. tomo sexto in Malachiā, cap. primo:
Ad uos oī sacerdotes qui despiciatis nomen meum,
& cætera.

Corripit sermo diuinus episcopos atq; presbyteros & diaconos negligentes, siue quoniam genus sacerdotale & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo, Christi censemur nomine, cur despiciant nomen Dei: Et interrogantibus, in quo despixerint nōmē eius, causas monstrat offensę: Offertis, inquit, super altare meum & cætera.

Cyrillus in Ioannem, capite uigesimo, libro duodecimo, capite quinquagesimo sexto:

Pollicitus est de corlo cum apud patrem fuerit spiritu mittere: quod tempore pentecostes effecit, quando largissime spiritum effudit ad omnes, qui fide atq; baptismo illum consequuntur. Tunc enim illud propheticum adimplebatur: Quia effundam de spiritu meo super omnem carnem.

Numeri undecimo: Cumq; prophetarent in castris Heldad & Medad, cucurrit puer & nunciauit Moysi dicens: Heldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi, & electus a plurib^o ait: Domine mihi Moyses prohibe eos. At ille, quid inquit æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum?

Prima Corinthiorum decimoquarto: Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis

enim omnes per singulos prophetare , ut omnes discant, & omnes exhortentur.

Secunda ad Titum secundo : Verbum Dei non est alligatum.

Eusebius Cæsariensis, Ecclesiastica historia, libro sexto, capite decimoquinto.

Epistola Alexandri Hierosolymitani ad Demetrianum

Quod autem addidisti in literis tuis , quia nunquam auditum, aut aliquando factum sit, ut præsentibus episcopis laici disputerent, Nescio quam ob causam tam apertū mendaciū assere uolueris, cū consuetudo hæc sit, ut sicubi inueniātur qui triū Alexā possint fratres instruere in ecclesia, & consolari populum, ad drinū. Laici etiā ab episcopis inuitā- tractandum semper à sanctis episcopis inuitentur, sicuti Euclēpius à fratre nostro Neone apud Larādos, & Paulinus à Celso apud Iconium, & apud Synnadam Theodorus ab Attico. Non autem dubiū est, quod & alijs plurimi in alijs locis , si qui tur, ut p̄di sint, qui possint opus Dei in uerbo & doctrina competenter cent uerbū explicere, ad hoc ipsum à sanctis episcopis inuitentur &c.

Idem libro septimo, capite sexto.

Vox ad Di onysium Alexan. cœlitum

Ego, inquit, & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perscrutor, etiam si uidear ad horam uerbis eorū pollici. Sed multum mihi confert hoc ipsum, quod ex ipsorum uerbis arguere eos possum. Denique cum aliquis ex fratribus & presbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione tanquam cœni alicuius factore polluerer, uisio mihi quædā à Deo ostenditur quæ me confirmaret, & sermo ad me factus est, hæc mihi euidenter proloquens: Lege omnia quæcūq; in manus tuas Visioes quæ nobis crederet, quia probare singula quæq; & discernere potes, quandoquidem ex initio hæc tibi causa fuit credendi. Amplexus sum uisionem, quia & apostolicæ sententiae concordabat.

2. Tessa. 5

dicenti: Omnia legite, quæ bona sunt tenete.

In historia tripartita, libro secundo, capite tertio Socrates.

Laici disputationis delectatione traheretur

unus quidam ex confessioribus laicis simplicem habens sensum dialecticis obuiabat dicens: Audite igitur, Christus & apostoli non nobis artem dialecticam tradiderunt, uanamq; uerborū fallaciam, sed puram scientiam fidei & bonis operibus obseruandam

uanda. Hæc dicente iuiene & animo sene, præsentes quidē mi
rati sunt, dictūq; probauerūt. Dialectici uero satisfactione su
cepta cessarunt, rationē uidelicet simplicē ueritatis audiētes.

Sozomenus.

Fertur enim & aliud, dum quidam eorū magnificientia ser
monum extolleretur, & illud eret sacerdotibus, non pertulit
eius fastum quidam senex simplex & innocens ac probatissi
mus confessorū, sed accessit aduersus eum proferre sermonē.
Hoc itaq; factum petulantibus quidē & simplicē sc̄iētibus cō
fessorē risum mouit, maturioribus uero formidinē, prouiden
tibus, ne à uiro uerbis artifice deduceretur ad risum, ueruntā
sedentibus, ut quod uellet ediceret, resistere nanc̄ ei cum ta
lis esset, nimī uerebantur. In nomine, inquit, Iesu Christi ô
philosophie, audi dogmata ueritatis. Vnus est Deus cœli & ter
ræ, omniumq; uisibilium & inuisibilium creator, qui hæc omnia
uerbi sui uirtute fecit, & spiritus sui sanctitate firmauit. Hoc
itaq; uerbum quod nos, inquit, filium Dei nominamus, habi
ta misericordia super homines, ab errore eos & ferali religio
ne liberavit, passus ex muliere nasci, & cum hominibus con
uersari, & mori pro eis, uenietq; denuo iudicaturus singulo
rum uitā. Hæc ita se habere sine perscrutatione credimus. No
li igitur inaniter laborare, quærens destruere ea quæ fide
percepimus. Noli inuestigare modum, quo fieri hæc, aut non
fieri potuerint. Si enim credis consulenti mihi, ad ista respon
de. Obstupefactus uero philosophus, credo inquit. Tunc gra
tias pro deuictione persoluens, eadem quæ senior & que fecta
tus est, & priorib; cōsæctatoribus ut unanimes sibimet essent
persuadebat, non improuide mutatum se iurans, sed ineffabili
li quadam uirtute ad Christianitatem protinus inuitatum.

Deuteronomij quarto : Non obliuiscaris uerbo
rū quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo
cunctis diebus uitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes
tuos, die quo stetisti coram domino Deo tuo in Oreb,
quando dominus locutus est mihi dicens: Congrega
ad me populum, ut audiant sermones meos, & discat
timere me omni tempore quo uiuent in terra, do
ceantq; filios suos, & cætera.

Disputatio
simplicis se
nis laici.

Fides no
stra sim
plex ac suf
ficiens de
scribitur.

Deute-

Deuteronomij sexto & undecimo: Eruntq; uerba
mea hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo: &
narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo
tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consur-
gens. Et ligabis ea quasi signū in manu tua eruntq;
& mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limi-
ne & ostijs domus tuæ, & cætera.

Iohelis secundo: Et erit post hæc, effundam spiri-
tum meum super omnem carnem: & prophetabunt
filii uestri & filiae uestrae. Senes uestri somnia somnia-
bunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Sed & su-
per seruos meos & ancillas in diebus illis effundam
spiritum meum: & dabo prodigia in cœlo & in ter-
ra sanguinem & ignem & uaporem fumi. Eadem
recitantur Actorum secundo.

Malachiæ tertio: Tunc locuti sunt timetes Deum
unusquisq; cum proximo suo. Et attendit dominus
& audiuit, & scriptus est liber monimenti coram co-
timentibus dominum & cogitantibus nomen eius.
Et erut mihi ait dominus exercituum in die qua ego
faciat in peculium, & parcam eis sicut parcit vir filio
suo seruienti sibi. Et conuertimini, & uidebitis quid
sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo
et non seruientem ei.

Ecclesiastici uigesimoquarto: Adhuc doctrinam
quasi prophetiam effundam, et relinquā illam qua-
rentibus sapientiam, et non desinam in progenies il-
lorum usq; in ærum sanctum.

Chrysost. in Genesim, Homelia septima.

Volo enim & precor omnes uos in doctorum ordine esse:
& non solū auditores nostrorum esse dictorum, sed & alijs do-
ctrinam nostram afferre, pescariq; errantes, ut in uiam re-
deant ueritatis, sicut & Paulus, inquit: Vnus alterū ædificet &c.
Cum

Cum timore & tremore salutē uestram operemini. Sic Deus solū audī
nostrā multitudinem augebit, & uos uberius superna frue-
re, sed & do-
mini gratia, magnam membrorum uestrorum curam haben-
tes. Necq; enim Deus uult, ut Christianus scipso tantum con-
tentus sit, sed ut & alios ædificet, & nō per doctrinam solum,
sed & per uitam & conuersationem. Necq; sic nos inducit in ue-
ritatis uiā, ut in uitæ curam. Nam neq; tam cōsiderantur ea
quæ à nobis dicuntur, quām quæ à nobis aguntur. Et ut scias
rem ita se habere, licet infinites tantum philosophemur uer-
bis, & de patientia differamus, & cum tempus fuerit eam ope-
ribus non demonstremus, non tantū proderunt uerba, quan-
tum nocebunt opera. Sin ante & post uerba operum specimē
exhibuerimus, digni habebimur, qui admoneamus alios eo-
rum quæ per opera adimplemus: quia & Christus illos bea-
tos dixit, inquiens: Beatus qui fecerit & docuerit. Vide quod
opus præposuerit, & postea doctrinam. Atq; adeo præceden-
te opere, etiam si non sequatur doctrina, sufficiunt opera ipsa
luce clarius ad docendum eos, qui in nos respiciunt. Hoc igit
tur omnibus modis consideremus, ut prius operibus docea-
mus, & postea sermōibus, ut ne & nos audiamus à beato Pau-
lo: Tu qui doces alium, te ipsum non doces? Et cum uolumus
admonere alium, ut aliquod ex his quæ necessaria agat ho-
neste, prius studeamus & nos hoc ipsum agere, quo nobis &
maior sit loquendi fidutia, & omnis nostra cura sit in anima-
rum salute, & cætera.

Opere &
uerbo si
mul doce-
re debem⁹.

Idem Chrysost. In Gene. Homelia nona.

Forte prolixius quād oportebat, sermonem produximus,
uerum hoc non absq; ratione neq; temere factum est, sed ut
absentes ex uobis discant, quantum sibi metipsi damni fece-
rint ob corporalem cibum semetipsos à spirituali cibo subdu-
centes. Cæterum ne ualde contristentur, fraterna eos bencuo-
lentia prosequamini, recēsentes eis quæ uobis dicta sunt. Hoc
enim germanæ charitatis argumentum. Nam si inter magna
charitatis indicia habet, qui ita de sensibiliibus eduliss hoc fa-
ciunt, multo magis qui in spiritualibus hoc agunt, magnum
nostrum præconium celebrant, redditque ad nos quicquid est
utilitatis. Nam cuius studium est docere proximum, is non
tantum illi bene facit, quātum sibi ipsi magnam mercedem pa-
rat, dum

Aliū docēs rat, dum duplē percipit mercedē, retributionemq; à Deo
seipsum in maiorem assequitur. Deniq; is qui fratrem docere tentat dī-
struit. illi commemorat, & dicta secum repetit, & melius tenet. Ig-
tur cogitantes tantum lucrum uestrum ne inuidēatis fratri-
bus uestris, sed à uobis discant, quę nunc à nobis dicuntur. Ut
autem plenius doceantur, ducite eos ad nos, persuadētes eis,
quod nihil obest spirituali mensæ, si præcedat corporalis cibi
sumptio, sed haberi debet omne tēpus spirituali sermoni ido-
neum. Hæc si recte tenemus, poterimus & domi uersantes, &

Eadē habet codē libro post cōuiuum acceptis in manus diuinis librī, utilitatē inde
home.²² capere, & spiritualem cibum animæ præbere. Nam sicut cor-
pus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualiū
ciborum refocillatiōe, ut roborata aduersus carnis insultus,
& continuum bellum, quo urgēmur, resistere possit. Et peri-
culum est ne in seruitutem redigatur anima, si uel parū deſi-
des esse uoluerimus. Proinde propheta David beatū illū dixit,
Psalm. 1

Deu. 6

qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moyses

Judaici populi doctor dicit: Cū comederas & biberis & satia-
Cibo cor- tus fueris, memor esto domini Dei tui. Vide, qnō & tunc po-
porali sum tissimum congruit, post sumptum corporalem cibū, spiritua-
lē spūale le conuiuum proponi, ut non post satietatē cibi corporalis,
quærere anima torpere, & deses fieri incipiens, perniciem aliquā sen-
tias, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo nō tem-
pore obseruat, num ferire commode queat. Et iterū alio loco
dicebat idem ille propheta: In lecto cubantes & exurgētes, me
mētote domini Dei uestri. Vidisti quod nunquam uos deceat
hanc memoriam ex anima uestra excludere, sed continenter
in cōsciētia habere, ac in perpetuo certamine uiuere, nullasq;
unquam admittere inducias, imo ut bene scientes, quantus
sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse, uigilare, & omnes
eius insidias impedire, & nunquam spiritualem negligere ali-
moniam. Hæc nostra salus est, hæc spirituales diuitiæ, hæc secu-
ritas, si sic nos ipsos quotidie munimus, & per lectionem, &
per auditum, & per spirituale uerbum &c.

Chrysostomus in Matthēum, capite uigesimoter
tio, Homelia quadragesimatercia.

Multi sunt Quid ergo dicit de sacerdotibus? Super cathedram Moysi
sacerdotes sed erūt scribæ & pharisi, id est, multi sacerdotes, & pauci sa-
cerdotes

terdotes. Multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo nomine,
sedetis super eam, quia cathedra non facit sacerdotem, sed sa- pauci re.
cerdos cathedram, non locus sanctificat hominem, sed homo
locum. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sa-
cerdos, qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab
illa: qui male sederit, iniuriam facit cathedræ. Ideoq; malus sa-
cerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In
iudicio enim sedens, si quidem bene uixeris, & bene docueris,
omnium iudex es: si autem bene docueris, & male uixeris, tu
solius condemnator es, & cætera.

Prouerb. xij. Mœror in corde uiri humiliabit il-
lum, & sermone bono lœtificabitur.

Ecclesiastici sexto: Fili à iuuentute tua excipe do-
ctrinam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Quasi
is qui arat & qui seminat accede ad eam, & sustine
bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum
laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quā
aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, &
non permanebit in illa excors. Quasi la pidis uirtus
probatio erit in illis, & non demorabuntur projice-
re illam.

Ioannes Chrysostomus, tomo sexto in Genesim,
Homelia uigesima octaua, capite nono.

Vidisti quomodo quaung; calamitate humanam naturā
premente, conueniens ex scripturis antidotum accipere li-
teat, & omnis uitæ huius repellatur cura, neque ab ullo quod
accidit, grauemur? Propterea obsecro, ut subinde huc uenia-
tis, & diuinæ scripturæ lectionem diligenter auscultetis, non
solum cum huc uenitis, sed & domi diuina Biblia in manus sit Domini etiā
mite, & utilitatem in eis positā magno studio suscipite. Inde laici Biblia
enim multum lucri nascitur. Primum quidem ut lectione lin diuina le-
gua reformetur, deinde anima pennas assumit, & eleuatur, iu gant.
bareq; solis iustitiae illustratur, perq; tempus illud ab immun
darum cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac
tranquillitate fruens. Insuper, quod ad augendas uires corpo
ri sensibilis ille cibus facit, id animæ lectio præstat, &c.

Chrysosto-

Chrysostomus tomo primo, Homelia prima in
Matthæum.

Quoniam in duobus mandatis tota lex pendet & prophetae, id est in Dei & proximi charitate, tum iubendo: Quæcumque uultis ut faciat uobis homines, hæc & uos facite illis. Hæc

Mat. 22

Mat. 7 est enim lex & prophetæ. Quæ certe & seruo rustico, & uiduae, & puero, & erudito, & satis rudi facilia ad intelligendum sunt, & prorsus exposita. Tales quippe sunt sententiae ueritatis, id est exitus rerum ipse testatur. Siquidem omnes ferè quæ sunt agenda didicerunt, nec didicerunt modo, uermetiam quæ didicerant, efficere curarunt. Et non in urbis solum, atq; plateis, sed in ipsis quoq; uerticib; montium.

Etenim ibi maxime euangelicam uideas florere philosophia, & angelorum choros in humano corpore resulgere, conuersationemq; omnino cœlestem in terris micare. Nobis siquidem pescatores disciplinam scripsere uiuendi, non à puero eligi aliquos ad discendum iubentes, ut philosophis moris est, neq; certum numerum annorū præfinientes ad consummada studia uiertutum, sed cunctis generaliter æstatibus differentes. Illud enim puerorum ludus est, hoc ueritas rerum. Locum quoq; discipline huic certum dederunt, cœlum profecto,

& informatorem eius Deum proculdubio esse docuerunt. Quietiam leges, quibus utimur, dedit, quales & oportuit. Doctores vero istius disciplinæ ac principes publicani sunt & pescatores, pelliumq; futores, non quia exigua ætate uixerint.

Doctrina Apostoli sed qui adhuc uiuant, in æternumq; permaneant. Et idcirco defuncti quoq; multum ualent prodesse discipulis. Huic itaq; discipline non cum hominibus bellum est, sed aduersus sauiissimos dæmones, contraq; incorporeas potestates. Propter quod & rex talis exercitus nullus est hominum, nullus est angelorum, sed ipse proculdubio Deus. Arma quoq; istorum militum naturam ipsius belli consequenter imitantur. Non enim ex ferro parantur ac pellibus, sed ex ueritate, fide atq; iustitia, cæterisq; uirtutibus.

Ioluat octauo: Post hæc legit omnia uerba benedictionis et maledictionis: et cuncta quæ scripta fuerant in legis uolumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat

serat reliquit intactum: sed uniuersa replicauit coram omni multitudine Israēl, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

Chrysostomus tomo secundo in Ioannem, Homilia secunda, ex capite primo.

Quocirca superflua hac admonitione omissa, illud uos admonendos hortādosq; censeo pernecessariū, ut quo nūc estis aio perseueretis, neq; in hoc tñ confessu, sed domi quoq; vir cum uxore, pater cum filio inuicem de his frequenter loquuntur, & ultro citroq; suam & ferant & inquirant sententiam, uelintq; probatissimam hanc & pulcherrimam inducere conuetudinem. Nec mihi quispiam dicat, pueros in hoc occupari non oportere. Non enim tantum opus est, ut his uacent admonitionibus, uerum etiam solis: imbecillitatis tamen nostre gratia hoc nō dicimus, neq; eos à secularib⁹, & terrenis reb⁹, quēadmodū neq; uos à ciuilibus negotijs, abducimus. At qui ē septem his diebus unum ad communis omnium domini cultum, seruitiumq; collocandum merito arbitramur. Nonne rī diculum est, ut seruulos nostros in nostris semper negotijs oculis cupatos uelimus, nos uero nullum Deo exhibere seruitium, na. Pater familiās uerbū Dei domi tractare debet.

præsertim cum nostra omnis seruitus nihil ei quicquam conferat. Deus enim nulla re indiger, sed ad nostram redundant penitus utilitatem. Vos autem ad spectacula filijs adducitis, neque ad doctrinam, neque ad ullam bonam frugem eos unquam hortamini. Verum si quid sanctum, si quid spirituale comparandum, cogendūm uel fuerit, inanem id appellatis solicitudinem. Nonne iram Dei in uos merito prouocatis, cum cæteris rebus & certo tempore, & diligentí cura exhibita, in diuinarum rerum doctrina pueros exerceri, molestum intempestiuimq; ducitis? Non sic, non sic inquam fratres dilectissimi. Hæc profecto ætas his maxime admonitionibus indiget, tenera est, & cito quæ ei instillātur, imbibit, & audit a accipit, tanq; sigillo auditus ceræ, hoc est, puerorū animis impresso. Præterea & uita eius in auditu est, & in ipsis fere inanis, ut uel ad uirtutem, uel ad uitium facile possit deflectere. Si quis igit eos ab ipsis incunabulis, & quasi uitiorum uestibulis, ad uitiam uirtutis abstraheret, in habitu quodam, & natura recta uiuendi eos confirmaret, neq; sponte sua facile in deteriora prolabetur.

rentur, cum ejusmodi à teneris assuetudo ad uirtutem eos al-
liceret. Hoc pacto & maiores diligentius obseruabunt, & re-
uerebuntur, & ciuilibus in rebus utiliores reperiētur. Si qui-
dem ab ineunte ætate seniorum mores edocebuntur. Neque
enim fieri, ut sic dicam, potest, qui his aures adhibet, hisq; se
Apostolicis admonitionibus prompto animo offeret, quin
incredibile quoddam bonum, siue vir, siue mulier, siue iuue-
nis, huius mensæ particeps consequatur.

**Chrysostomus tomo primo, Homelia septuagesi-
ma octaua, ex capite Matthæi uigesimoquinto.**

Et certe si maxime uis esse cum Christo, uoluntatem eius fa-
cias, uoluntas autem eius illa præcipua est, ut proximo con-
ducere studeas. Vis ut & aliunde tibi hanc tentiam corro-
borem? Amas me Petre, inquit, pasce oves meas. Cum tertio
ipsum interrogasset, hęc amoris argumentum esse confirma-
uit, quod non ad sacerdotes solummodo dictum est, uerum
etiam ad singulos nostrū, quibus uel minimus quidem grex
commisus esse uidetur, nec enim quia minimus est negligi de-
bet. Pater nanc; meus complacuit in ipsis. Habet unusquisque
nostrum ouem, ad pinguia eam pascua ducat. Cumq; à lectu
lo pater familiā se receperit, nihil aliud querat, q; ut ea faciat.
atq; dicat, qbus incremēta religiōis domui uniuersae adiūciat.

Mater autem familiā, domum quidem custodiat, sed multo
magis procuret, quomodo quæ ad cœlos pertinent, uniuersa
spiritualia familia operetur. Nam si in rebus secularibus anteq; dome-
stica disponamus, quæ reipublicæ debetur persolui curamus,
carnalia cu-
rāda sunt. tuperemur, quanto magis in spiritualibus oportet, quæ crea-
trahamur, ubi dentium stridor est. Has igitur amplectamur
uiritates, quæ nobis salutares, & proximo perutiles sunt.

**Chrysostomus tomo primo, Homelia secunda, ex
capite Matthæi primo.**

Quis enim uestrum respondete queso qui assistitis, unum, si
exigatur Psalmum potest memoriter ediscere, aut quamlibet
diuinarum scripturarum alteram portionem? Nullus omni-
no est, nec tamen solum istud est malum, sed quoniam ad spi-
ritalia desides ac remissi, ad diabolica ignem ipsum ardore su-
peratis

Ioan. 21

Vnicuiq;
de prox-
imo cura-
cō
missa est.

peratis. Etenim si quis uos de theatalibus aliquid uoluerit in terrogare canticis, & meretricios illos, fractosq; modulos audiare, multos qui illa etiam diligentissime didicerint, poterit inuenire, & qui ea cum maxima etiam prouinciet uoluptate. Sed horum criminum tandem illa defensio est: Non sum, inquit, ego monachus, uxorem habeo, & filios & curā domus. Hoc enim est, quod omnia quasi una quadam peste corruptis, quoniam lectionem diuinarum scripturarum utiq; ad solos putatis monachos pertinere, cum multo magis uobis quam illis necessaria sit. Qui enim uersantur in medio, & uulnus super uulnus quotidie accipiunt, ipsi Dei potius indigent medicamine & cetera.

Scriptura
diuina nō
ad solos
monachos
pertinet.

De honore rega sanctorum.

Esaiae quadragesimo secundo:

Ego dominus. Hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus, quae prima fuerunt ecce uenerunt, noua quoq; ego annuncio, antequam oriantur, audita uobis faciam. Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ.

Capite quadragesimotertio: Ante me non est formator Deus, & post me non erit. Ego sum, & cetera.

Cap. xlviij. & xlviij. Ego prim⁹ & ego nouissimus, & absq; me non est Deus. Quis similis mei?

Matthæi undecimo: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Psalmus uigesimo octavo: Afferte domino gloriā & honorem, afferte domino gloriā nominis eius, adorate dominum in atrio sancto eius.

Psalmus centesimo quinto: Et fecerunt uitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem uituli comedentis facnum. Obliti sunt D̄um qui saluauit eos.

HONOR

Hieremiae secundo: Videte si factum est huiuscmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Di. Populus uero meus mutauit gloriam suam in idolum.

Genesis tricesimoquinto: Abicite Deos alienos qui in medio uestris sunt, & m̄damini ac mutate uestimenta uestra.

Deuteronomij sexto: Dominus Deus uester, Deus unus est.

Baruch tertio: Hic est Deus noster & non aestimabitur alius aduersus eum. Hic adiuuenit omnem uitam disciplinæ, & tradidit illam Iacob pueru suo, & Israel dilectu suo. Post haec in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Malachiæ secundo: Et tunc ad uos mādatum hoc dō sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis posse super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum: mittam in uos egestatem, & male dicam benedictionibus uestris, & maledicam illis quoniam non posuistis super cor. Ecce ego projiciam uobis brachium, & dispergam super uultum uestrum sterlus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum.

Romanorum primo: Quia cōmutauerunt ueritatem DEI in mendacium: & coluerunt & seruerunt creaturæ potius quam creatori qui est benedictus in secula. Amen.

Romanorum undecimo: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum.

Augustinus libro de uera religione,
capite ultimo.

Nent

Non diligamus uisibilia spectacula, ne ab ipsa ueritate aberrando, & amando umbras, in tenebras projectamur. Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. Melius est enim qualemque uerum, quam omne quicquid pro arbitrio fingi potest. Non sit nobis religio cultus hominū mortuorū, quia si pie uixerint, non sic habentur, ut tales querant honores, sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante, lētantur meritū sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Nam idipsum actum est temporali dispensatione ad salutem nostram, ut naturam humanam ipsa Dei uirtus, & Dei sapientia incōmutabilis & consubstantialis patri & coæternus suscipere digna retur, per quā nos doceret id esse homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali & rationali colendū est. Hoc etiā ipsos optimos angelos & excellentissima Dei ministeria uelle credamus, ut unū cum ipsis colamus Deum, cuius contēplatiōe beati sunt. Nec em & nos uidendo angelos beati sumus, sed uidēdo ueritatē, qua etiā ipsos diligimus angelos, & his cōgratulamur. Quare honoramus eos charitate, non seruitute. Nec eis tēpla cōstruimus. Nolunt em se sic honorari à nobis, quia nos ipsos cū boni sumus, tēpla summi Dei esse nouerunt. Recte itaq; scribitur hominē ab angelis prohibitū ne se adoraret, sed unum Deum sub quo ei esset & ille conseruus. Apo. 19

Hilarius in Matthæ. cano. uigesimo septimo.

Et quia prodire obuiam fatuę extinctis lampadibus nō posunt, deprecantur eas quæ prudentes erant ut oleum mutuēt. Vnusq; qd Quibus responderunt, non posse se dare, quia non sit forte, qd onus suum omnibus satis sit, alienis scilicet operibus ac meritis neminē portabit. adiuuandū, quia unicuiq; lāpadi sua emere oleū sit necesse.

Augustinus secunda quinquagena Psalmo sexagesimo septimo, uersu, Mons Dei & cætera.

Leuavi enim oculos meos in mōtes, unde ueniat auxilium mihi: nec tamen auxilium meū ab ipsis propriis montibus, sed auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram.

Chrysostomus in opere imperfecto super Matthæum, capite uigesimo tertio.

Dilatant enim phylacteria sua, &c. Dic sacerdos insipiens? Nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur, & auditur ab Ec 3 omnibus

omnibus, cui ergo posita in auribus Euangelia nihil proficit, quomodo possunt circa collum suspensa saluare? Deinde ubi est uirtus euangeli, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspendis: Si in intellectu, ergo melius in corde posita sunt, quam circa collum suspensa. Alij autem qui sanctiores se ostendere uolunt, partem fimbriæ aut capillorum alligant & suspendunt. O impietas, maiorem sanctitatem in suis uestimentis ostendere uolentes, quam in corpore Christi: ut qui corpus eius manducans sannatus non fuerit, fimbriæ eius sanctitate saluetur, ut desperans de misericordia Dei, confidat in ueste hominis. Et quid Paulus, non dabat sudaria sua, & semicinctia sua, ut saluarentur infirmi? Etiam antequam Dei notitia in hominibus esset, ratio erat ut per sanctitatem hominum, Dei potentia cognosceretur: nunc autem insaniam est. Nam postquam Dei potentiam cognouimus, quid necessarium est, ut hominum potentiam cognoscamus? Nam qui necessarium non habet ut Deum ostendat per suam sanctitatem, & hoc facit, sine dubio se ferat ostendere, non Deum.

Acto. 19

Exodi uigesimo: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles. Ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes.

Leuitici uigesimo octavo: Ego dominus Deus uester. Non facietis uobis idoli & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignes lapides poneris in terra uestra ut adoretis eum. Ego sum dominus Deus uester.

Deut. septimo: Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq[ue] succidite, & sculptilia cōburite, quia populus sanctus es domino Deo tuo.

Deuteronomij uigesimo septimo: Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito.

In creaturis nulla sit nobis fiducia.

Secun-

Secundo Paralipomenon tricesimotertio: De rege Manasse. Sculptile quoq; & conflatile signum posuit in domo domini.

Psalmo nonagesimosexto: Confundantur omnes qui adorant sculptilia.

Psalmo centesimoquinto: Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & scruerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.

Esaiae trigesimo: Hæc est uia ambulate in ea, & nō declinetis neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Et cōtaminabis lamina sculptilium argenti tui: & uestimentum conflatis auri tui, & disperges ea sicut immundiciam menstruatæ.

Deuteronomij sexto: Dominum Deum tuum timebis & illi soli seruies.

Deuteronomij tricesimosecūdo: Videte quod ego sim solus, & nō sit aliis Deus p̄r̄ me. Ego occidam, & ego uiuere faciam, percutiam & sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Primo Regum septimo: Pr̄parate corda uestra domino, & seruite ei soli, & cætera.

Primo Regum decimo: Vos autem hodie projecisti dominum Deum uestrum, qui solus saluauit uos de uniuersis malis & tribulationibus uestris.

Secundo Machabæorum primo: Domine Deus creator omnium terribilis iustus & misericors, qui solus es bonus, Rex solus, p̄stans, solus iustus et omni potens, & æternus & cætera.

Ioannes Chrysostomus in Matthæum, Homelia quadragesima quinta, ex capite uigesimotertio.

Quomodo fugietis à judicio gehennæ? Nunquid sepulchra
Ec 4 sancto-

**Sanctosco
limus, &
sanctitate
cōtēnimus** sanctorum ædificantes , an potius à malitia corda mundan-
tes? Nunquid sic iudicat Deus, quomodo iudicat homo? Ho-
mo hominem iudicat in opere, Deus autem in corde. Quę est
autem ista iustitia, sanctos colere, & cōtemnere sanctitatem?
Primus gradus pietatis est, sanctitatem diligere , deinde san-
ctos, quia non sancti ante sanctitatem fuerunt , sed sanctitas
ante sanctos. Sine causa ergo iustos honorat, qui iustitię sper-
nit. Quomodo fugietis? Nunquid liberabunt uos sancti, quo-
rum monumenta ornatis? Non possunt sancti amici esse illo-
rum, quibus Deus est inimicus. Nunquid potest esse pacata fa-
milia, domino aduersante? Quomodo fugietis? An forsitan
nomē uacuum uos liberabit, quia uidemini esse populus Dei?
Quid prodest meretrici si nomen habeat castū? Sic nihil pro-
dest peccatori, si seruus Dei dicatur.

**Cultus Dei
non est in
operibus
externis.** In fine: Quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ecclesiæ ædi-
ficantes, non ecclesiastice ueritatis fidem tenentes, scripturas
legentes, non scripturis credentes, prophetas, & Apostolos,
& martyres nominantes, non opera martyrum imitantes, nec
confessionē eorum sequentes. Nec audistis eum qui dicit: Non
omnes qui dicūt mihi , domine domine intrabunt in regnum
cœlorum, sed qui faciunt uoluntatem patris mei. Sicut enim
non omnes qui dominum uocant, domini sunt, sed qui faciūt
domini uoluntatē: sic non omnes qui in locis prædicant apo-
stolos, & prophetas & martyres, iā per hoc sunt cultores eo-
rum, sed qui opera eorum imitantur, & fidem sequuntur.

Matth. 7 Exodi decimoquinto: Ego sum dominus D E V S
saluator tuus.

Exodi capite trigesimoquarto: Noli adorare De-
um alienum dominus zelotes no men eius : Deus est
æmulator & cætera.

Leuitici decimonono: Nolite cōuerti ad idola nec
Deos cōflatiles faciatis uobis . Ego dñs Deus uester.

Aggæi primo : Et nunc hæc dicit Dominus exerci-
tuū: Ponite corda uestra super uias uestras. Semina-
stis multum, & intulisti parum. Comedistis, & non
estis satiati. Bibistis & non estis inebriasi. Operuistis
uos, &

uos, & non estis calefacti. Et qui merces cōgregauit, misit eas in faccum pertusum. Hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda uestra super vias uestras, & cætera. Quia domus mea deserta est, & uos festinatis unusquisq; in domum suam. Propter hoc super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & cætera.

Psalmi octuagesimoquinto: Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunq; fecisti uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.

Iudicium decimotertio: Dixitque Manue ad angelum domini: Obscro te ut acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. Cui respondit angelus: Si me cogis, nō comedam panes tuos: si autem uis holocaustum facere, offer illud domino.

Hieremij primo: Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum suarum.

Hieremij tertio: Nunquid uidisti quæ fecerit aduersatrix Israël? Abiit sibimet super omnem montem excelsum: & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia: ad me reuertere, & non est reuersa. Et uidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata esset aduersatrix Israël dimisissim eam, & dedissem ei libellum repudiij, & non timuit præuaricatrix soror eius: sed abiit & fornicata est etiam ipsa: & facilitate fornicatiōis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno, & cætera. Conuertimini filij reuertentes dicit dominus: Quia ego uir uester, & cætera. Sed quo mo-

do si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël, dicit dominus.

Hieremiæ decimo septimo: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus fidutia eius.

Apocalypsis primo & tertio: Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, amen.

Prima Timothei secundo: Vnus enim Deus, unus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

Prima Corinthiorum octauo: Siquidem sunt dij muliti & domini multi: nobis tamen est unus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo: & unus dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

**Ioannes Chrysostomus, Homelia de profectu
Euangelij, tomo sexto.**

Accessit Cananæa Christum pro filia orans, quæ à dæmonie Matth. 15 agitabatur, & clamans contenta uoce ait: Miserere mei domine, filia enim mea male à dæmonijs torquetur. Ecce alienigena mulier & barbara, & extranea à Iudæorum iurisdictione. Et quid aliud erat, q̄ canis, & indigna, quæ uoti compos fieret? Non enim honestum est, inquit, ut accipiatur panis filiorum, & obiciatur canibus. Attamen precum frequentia digna facta est, non solum ut inter filios recenseretur, quæ erat canis, sed & ut multis laudibus honestata dimitteret. Dixit enim: O mulier magna est fides tua. Quoniam autem Christus dixit: Magna est fides tua, nulla opus est demonstratione, & inquisitione ulteriori de mulieris huius gloria. Vides quomodo mulier, quæ indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discrepria maxime, quod etiam per nosipso orantes apud Deum plus efficimus, ne deo placet q̄ dum alii pro nobis orantur. Clamauit hec & accesserunt discipuli, dicūt: Dimitte eam quia clamat post nos. Et ad illos, quidem dī-

dem dixit: Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël. Quando autem ipsamet accessit, & perséuerauit clamans, & dicens: Domine, etiam: Nam & catuli edunt de mensa dominorum suorum, tunc beneficium dedit, & ait: Fiat tibi si cut uis. Vides quomodo repulit, cum aliij precarentur, ubi uero ipsamet orans pro dono clamauit, annuit. Illis enim, inquit: Non sum missus, nisi ad oves que perierat domus Israël, huic autem dicit: magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit: ubi au^{dñi} erga tem semel & iterum, & tertio accessit, tunc deniq^{ue} beneficium Canançā concessit. Et in fine docet, quod dare distulerit, non ut eam repelleret, sed ut patientiā mulieris omnibus mōstraret. Nam si propter repulsam distulisset, neq^{ue} tarde ei donasset, & nos minime agnouissemus mulieris ab initio usq^{ue} ad finem fortitudinem. Dimitte eam, inquiunt, quia clamat post nos. Vos auditis uocem, ego mentē video, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mētis suā occultū permanere, sed expesto & fileo, ut manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cum hæc oīa non ignoramus, post hac, licet peccatores simus, & indigni in quos convertantur beneficia, licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus orando, ne despondeamus animum, sciētes, magnum apud Deum patrocinium esse per se metipsum magna alacritate ad Deum contendere, quāmuis autem differat, & cesseret ut largiatur, neq^{ue} sic recedamus, scimus enim, quod misericordia magnæ erga nos clementiæ est, ita differre & tardare.

Idem in eadem Homelia.

Cæterum non opus est patronis apud Deum, neq^{ue} multo dif cursu, ut blandiare alijs, sed licet solus sis, patronoq^{ue} careas, & Apud Deum per te ipsum Deum preceris, omnino tamen uoti compos eris. nō opus est Neq^{ue} em tam facile Deus annuit, cum alijs pro nobis orant, ut patronis, cum ipsemet oramus, etiam si plurimis pleni simus malis.

Idem in Genesim, Homelia quadragesimatertia.

Totam autem hanc historiam in medium afferre coacti sumus, ut discamus, quod non tatum perficimus per alios orantes, ut per nosipso, siquidem cum alaci & uigili mente accedimus. Enim uero illa & discipulos habens pro se orates nihil profecit, donec per se assisteret, misericordiā dñi sibi cōciliā.

Iosu^e uigesimo secundo: Cur reliquistis Deū Israël,
adifi-

ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius rece-
dentes?

In eodem: Absit à nobis hoc scelus, ut recedamus
à domino, & eius uestigia relinquamus, extructo alta-
ri ad holocausta & sacrificia & uictimas offerendas:
præter altare domini Dei nostri quod extructum est
ante tabernaculum eius.

Secundo Regum uigesimo secundo: Dominus pe-
tra mea & robur meum, & saluator meus. D E V S
meus fortis meus, & sperabo in eum. Scutum meum
& cornu salutis meæ, eleuator meus, refugium meum,
saluator meus de iniquitate liberabis me.

Quarto Regum quinto: Vere scio qd non sit aliud
Deus in terra, nisi tantum in Israël.

Ezechielis septimo: Argentum eorum & aurum
eorum non ualebit liberare eos in die furoris domi-
ni. Animam suam non saturabunt, & uentre eorum
non implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum
factum est: & ornamentum monilium suorum in su-
perbiam posuerunt: & imagines abominationum sua-
rum & simulachrorum fecerunt ex eo.

Ezechielis decimo sexto: Et tulisti uasa decoris tui
de auro meo atq; argento meo quæ dedi tibi: & feci-
sti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et
sumpsististi uestimenta tua multicoloria, & operui-
sti illa.

Ezechielis uigesimo: Erimus sicut gentes & sicut
cognitiones terræ, ut colamus ligna & lapides. Viuo
ego dicit dominus Deus, quoniam in manu forti &
brachio extento, & in furore effuso regnabo super
uos, & cætera.

In eodem capite: Singuli post idola uicstra ambu-
late,

late, & seruise eis. Quod si & in hoc nō audieritis me,
 & nomen sanctum meum pollueritis in muneribus
 uestris & in idolis uestris, in mōte sancto meo, in mō-
 te excelsō Israēl ait dominus, ibi seruiet mihi omnis
 domus Israēl, & cætera.

Ezechielis decimo sexto : Quia fabricasti lupanar-
 tuum in capite omnis uix, & excelsum tuum fecisti in
 omni platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio au-
 gens precium: sed quasi mulier adultera, quæ super uī
 rum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dā-
 tur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis ama-
 toribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te
 undiq; ad fornicādum tecum. Propterea meretrix au-
 di uerbum domini, & cætera.

Ioānes Chrysostom⁹ tomo primo, Homelia quin-
 ta, ex capite primo Matthæi.

Hæc uero dicimus, nō ut audiatis solummodo, uerum etiam Sanctorū
 ut quæ auditis imitemini, fortitudinem scilicet, constantiam, uirtutes
 omnemq; iustitiam, ut nemo sui desperatione moriatur, etiā imitari de-
 si antea desidiae torpore languebat, ut unusquisque nostrum, bemus.
 nulla in re alia spem suam, nisi post Dei misericordiam in mo-
 rum sanctitate constituat. Nam si istis omnino nil profuit, uel
 patria, uel domo, uel propinquitate Christo fuisse coniuctos,
 antequam de propria fulgeret uirtute: qua nos dignos uenia-
 putamus, qui de iustis propinquis, ac fratribus gloriamur, nisi
 eos ipsos fuerimus imitati? Nam & propheta id ipsum signifi-
 cans, ait: Frater non redimit, redimet homo? etiam si Moyses Psal. 48
 fuerit, etiam si Samuel, etiam si Hieremias, audi tamē quid ad
 illum loquatur Deus: Noli, inquit, orare pro populo isto, quo Ezech. 14
 niam non exaudiā te. Quid igitur miraris, si non exaudiāt
 supplicātem? Etiam si ipse inquit Moyses adesset, atq; Samuel,
 me tamē eorum pro talibus deprecantium, non placaret ora-
 tio. Sed Ezechiel saltem si supplicet, audietur. Verum ipsi quo
 que dicit dominus, quoniam si assistat Noē, & Iob, & Daniel,
 filios suos, & filias non liberabunt. Etiam si Abraham patriar-
 cha pro his supplicet, qui in suis uitijs permanendo, immenda-
 biliter

HONOR.

biliter ægrotant, abibit Deus relinquens rogantem, ne uocem
Ex aliore pro talibus interuenientis exaudiat. Non igitur quasi oscitan-
meritis nō tes & desides, ex aliorum meritis pendeamus. Habent em uim
pēdeamus pro nobis, & quidem maximam orationes supplicationēsque
sanctorum: sed tunc profecto cum nos quoq; idipsum per pē-
nitentiam postulamus, & ad studia meliora configimus.

Quis uero iste est? qui scilicet bona patris absumperat, ex
quibus profecto redoleat, quod si negligentes fuerimus, ac desi-
des, nec per aliore quidē possimus merita saluari. Si uero mē-
te uigilemus, etiam per nosmetipsos istud ualeamus efficere,
& multo magis nostro, quam alieno tuti esse suffragio. Nam
& Deus salutem nostram, non tam alijs rogantibus pro nobis
uult donare, quam nobis: ut hoc ipso quo iram in nos eius pla-
care cupimus, ad studia meliora migremus, & fidutiam bonæ
Matth. 15 conscientiæ colligamus. Sic enim Cananæam illam aliquādo
Lucæ 23 miseratus est, sic etiam meretrici donauit salutē, sic latronem
à cruce in paradisum transtulit, nullius patroni, nullius pre-
cibus mediatoris inflexus.

Cyrillus in Thesauro, libro quarto,
capite secundo:

Nulla sanctitas no-
bis ab ho-
minibus. Præterea qui participatione sanctitatis Dei sanctificati sunt,
donum quidem cōseruant, & mandata quidē obseruant, alios
autem sanctificare ipsi nequeunt, nullus enim hominum san-
cti spiritus participatione sanctus, propria potestate ac uolun-
tate idipsum cæteris poterit donare, fons enim sanctitatis fo-
lummodo potest ex seipso sanctitatē quibuscumq; largiri. Vi-
demus em quo d'angeli, sancti quidem sunt participatione ac
gratia, & ideo nunq; inueniuntur dedisse ipsi sanctitatē homi-
nibus. Et beatus Moyses septuaginta senioribus præpositis nō
dedit ipse spiritum, sed Deus abstulit (ut scribitur) à spiritu qui
erat in Moysè, & donauit illis. Sancti ergo per gratiam atque
participationem, ipsi quidē donum cōsecuti sunt, sed alijs pro
uoluntate sua dare illud non possunt. Filius uero nō sic, sed ut

Numeri 11 sanctitas fons, ex propria potestate discipulos sanctificat, dī
Ioan. 20 cens: Accipite spiritum sanctum, & cætera.

Sapientiæ decimoquinto: Nossē enim te consum-
mata iustitia est: & scire iustitiam, & uirtutem tuam
radix est immortalitatis. Non enim in errorem indu-
xit nos

xit nos in hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, & effigies sculpta per uarios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima, & cætera. Et cum labore uano Deum fingit de eodem luto, ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & cætera. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. Cum enim sit mortalis mortuum fingit manibus iniquis, & cætera.

Ecclesiastici uigesimotertio: Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediēs usque ad finem.

Esaiae uigesimoctauo: Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumq; operire non potest.

Esaiae secundo: Proiecisti enim populum tuum dominum Iacob, quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philistijm, & pueris alienis adhaeserunt. Repleta est terra argento, & auro, & nō est finis the sautorum eius. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerūt digitii eorum, & cætera. Exaltabitur autem dominus solus in die illa, & cætera. Et eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur.

Hieremiæ quinquagesimoprimo: Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est omnis confessor in sculptili, quia mendax est confratio eius, nec est spiritus in eis. Vana sunt opera & risu digna, in tempore uisitationis suæ peribunt.

Eadem habentur Hieremiæ decimo.

Clemens libro quinto, ad Iacobum fratrem dñi.

Iustum

Iustum enim putant, non ea quæ pro mundi ministerio facta sunt, sed ipsorum & mundi totius crearem debere uenerari, gaudet enim etiam hæc, cum ille adoratur & colitur, nec libenter accipiunt, ut honor creatoris creaturæ deferatur. Ex Solus Deo ceptus enim est Dei solius cultus, qui solus increatus est, omnia est increata autem cætera factura eis sunt. Sicut ergo proprium est eius qui solus non est factus Deum esse, ita omne quod factum est, Deus uerus non est. Ante omnia ergo intelligere debemus deceptionem serpentis antiqui, & callidas eius suggestiones, qui quasi per prudentiam decipit uos, & uelut ratione quadam serpentem per sensus uestrós, atq; ab ipso uertice incipiēs, per interiores dilabitur medullas, lucrum magnum computans deceptiōnem uestram.

In eodem libro.

Nos ad honorē inuisibilis Dei imagines uisibiles adoramus, Quæ sit uerum quod certissime falsum est. Si enim uere uelitis Dei imaginem Dei ima colere, homini benefacientes, ueram in eo Dei imaginem cole go. retis. In omnī enim homine est imago Dei, non in omnibus uero similitudo, sed ubi benigna anima est, & mens pura. Si ergo uere uultis honorare imaginem D E I, nos uero uobis quod uerum est aperimus, ut homini qui ad imaginem Dei factus est benefaciatis, honorem & reverentiam deferatis, esuriēti cibum, sifienti poculum, nudo indumentum, ægro ministrium, peregrino hospitium, & in carcere posito necessaria misericordia, & hoc est quod uere Deo delatum reputabitur. Hac autem in tantum ad honorem Dei imaginis cedūt, ut qui ista non fecerit, contumeliā imagini diuinæ intulisse credat. Quis ergo iste honor Dei est, per lapides & ligneas formas discurre, & inanes, atq; exanimes figuræ, tanq; numina uenerari, & hominē in quo uere imago Dei est spernere? immo potius certi estote, quod qui homicidium facit, aut adulterium, & quicquid in hominum peccatum uel iniuriam, in his omnibus D E I imago uiolatur. Magis em̄ impietas in Deum est, lædere hominem. Omne ergo quod ipse pati non uis, cum facis alii, imaginem Dei iniquis moeroribus feceras. Intelligite ergo, quia latentes intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ periuaderet pios uos uideri posse, cum insensibilia colitis, & non uideri impios, cum sensibiles & rationales læditis.

In eo-

In eodem libro.

Quid certe tam impium, tam ingratum, quam à Deo beneficium cōsequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expurgiscimini & intelligite salutem uestram. Deus enim nullius indiget, neq; aliquid requirit, neq; in aliquo lēditur, sed nos sumus qui aut iuuamur, aut lēdimur, in eo quo gratia, aut ingratitudo sumus.

Numeri uigesimoquinto: Hostes uos sentiant Madianitę, & percutite eos, quia ipsi hostiliter egerūt cōtra uos: & deceperunt insidijs per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, & cætera.

Numeri tricesimotertio: Quando trāsieris Iordanem intrantes terram Chanaam, dispergite cunctos habitatores terræ illius, cōfringite titulos, & statuas comminuite, atq; omnia excelsa uaestate, & cætera.

Esaiae quadragesimoquarto: Quis formauit Deū, & sculptile conflauit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est, in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet & deficiet, non bibet aquam & lassescet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud, & fecit imaginem uiri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit illicem & quercum quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum quam pluia nutriuit, & facta est hominibus in focum. Sumpfit ex eis & calefactus est, & succendit & coxit panes: de reliquo autem operatus est D E V M , & adorauit: fecit sculptile & curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni, &

Ff de me-

de medio eius carnes coxit & comedit, coxit pulmen
tum & saturatus est, & calefactus est & dixit: Vah ec
clesi factus sum, uidi focum. Reliquum autem eius Deum
fecit, & sculptile sibi. Curuatur ante illud, & adorat
illud, & obsecrat dicens: libera me quia Deus meus
es tu, & cetera.

Sapientiae decimotertio: Infelices autem sunt, & in
ter mortuos spes illorum est, quia appellauerunt deos
opera manuum hominum aurum & argentum, artis
inventionem & similitudinem animalium, aut lapi-
dem inutilem opus manus antiquae. Aut si quis arti-
fex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius do-
cete eradat omnem corticem, & arte sua usus diligen-
ter fabricet uas utile in conuersationem uitae, reliquias
autem huius operis ad præparationem escæ abuta-
tur, & reliquum horum quod ad nullum usum facit, li-
gnum curuum, & uerticibus plenum sculpat diligen-
ter per uacuitatem suam, & per scientiam suæ artis si-
guret illud, et assimilet illud imagini hominis, aut ali-
cui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica,
& rubicundum facies fuco colorem illius, & omnem
maculam quo in illo est perliniæ, & faciet ei dignam
habitationem, & in pariete ponens illud, & confir-
mans ferro, ne forte cadat prospiciens illi, sciens quo-
niam non potest adiuuare se. Imago enim est, & opus
est illi adiutorium. Et de substâlia sua & de filiis suis,
& de nuptijs uotum facies, inquirit. Non erubescit lo-
qui cum illo qui sine anima est, et pro sanitate quidem
infirmum deprecatur, et pro uita rogat mortuum et
in adiutorium inutilem invocat, et pro itinere petit
ab eo qui ambulare non potest, et de acquirendo et de
operando, et de omni rcrum cunctu, petit ab eo qui
in omni-

in omnibus est inutilis.

Augustinus lib. decimo de Ciuitate Dei, cap. vii:

Merito illi in cœlestibus sedibus constituti immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius æternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere sancti sunt, quoniam nos mortales & miseros, ut immortales beatique simus misericorditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificari: sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Cum ipsis enim sumus una ciuitas Dei, cui dicit in Psalmo: Gloriosa dicta sunt Psalm. 36 de te ciuitas Dei, & cetera.

Theophylactus in Ioannem, capite nono.

Considera autem, quomodo dixerit, quod si quis Dei cultor fuerit, mox apposuerit, & uoluntatem eius fecerit, multi enim cultores quidem Dei sunt, uoluntatem autem Dei non faciunt. Oportet autem utraq; adesse, Dei cultum & uoluntatis diuinæ adimptionem, hoc est, fidem & opera, uel (ut Paulus nominat) fidem, & bonam conscientiam, uel breuius dicendo, theoriam & praxin. Tunc enim reuera uiuit fides, quando Cult⁹ Dei opera habet Deo placentia, è quibus bona conscientia nascitur, est secundum, sicut à malis operibus mala conscientia: & rursus, opera tunc dum illarū uiuunt, quādo fidem habuerint, separata autem ab iniuicem, uoluntatē mortua sunt, & cetera.

Augustinus in psalmū octua gesimū quintū, uersu:

Custodi animam meam, quoniā sanctus sum.

Sanctus sum cum audio, uocem domini agnosco, & hic separo meā. Certe inseparabiliter à corpore suo loquitur, cum sic loquitur: Et audebo ego dicere, quoniā sanctus sum: Si sanctus tanq; sanctificas, et nullo sanctificante indigens, superbus & mēdax: Si aut̄ sanctus sanctificatus, secūdum id quod dicitū Sacerdos nos est: Sancti estote, quoniā & ego sanctus sum, audeat & corpus dicere post Christi, audeat & unus ille homo, clamās à finib⁹ terræ cum sumus. capite suo & sub capite suo dicere, sanctus sum. Accepit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi & remissionem peccatorum. Et hęc quidem fuistis, ait Apostolus, enumerans multa 1. Cor. 6 peccata, & leuia & grauia, & usitata & horribilia: Et hęc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit, dicat & unusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingratii. Si enim dixeris

ris te sanctum esse ex te superbis es: Rursus fidelis in Christo, & membrum Christi, si te non dixeris esse sanctum, ingratus es. Etenim ex alio latere incipis injuriam facere ipsi domino nostro Iesu Christo. Si enim Christiani omnes & fideles, baptizati in illo, ipsum induerunt: sicut dicit Apostolus, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt injuriam, cuius membra sancta non sunt. Iam vide ubi sis, & de capite tuo dignitatem cape. Etenim eras in tenebræ, nunc autem lux in domino. Fueritis aliquando, inquit, tenebræ, sed nunquid tenebræ remansistis? Ad hoc illuminator uenit, ut & tenebræ remaneretis, an ut in illo lux fieretis?

Augustinus in Euangelium Ioannis tractatu uigesimotertio, capite quinto.

Hæc est religio Christiana, ut colatur unus Deus, non multas ex uno solo Deo est.

Ois sancti ti dñ: quia non facit animam beatam nisi unus Deus. Participatione Dei fit beata, non participatione sanctæ animæ fit beata infirma anima, nec participatio angelii fit beata sancta anima: sed si querit beata esse infirma anima, querat unde beata sit sancta anima. Non enim beatus efficeris ex angelo tu, sed unde angelus, inde & tu.

Origenes super Numeros, capite uigesimoseptimo, Homelia uigesima secunda.

Perterret me sanè sermo qui sequitur, & ad dicendum reddit timidum, ac trepidum, quod de magno illo Moysè famulo, ac amico Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, per quæ signa & uirtutes mirifice perpetratae sunt, tam grauia, tam pœnæ ricolosa referuntur. Quid em ei dicit Deus? Et apponeras, inquit, ad populum tuum & tu, sicut appositus est Aaron frater tuus in monte Or. Et quasi causam mortis exponit dices: Propter quod transgressi estis uerbū meum in deserto Syn, cū restituit synagoga ne me sanctificaret. Non me sanctificastis in aqua coram eis. Ergo ne in culpa est etiam Moyses? Etiam ipse transgressionis crimen incurrit, etiam ipse factus est sub peccato?

Deut. 32 Idcirco credo cum confidentia dicebat Apostolus, quia regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen. Accessit etiā usq; ad Moysen, & nec ipsi pepercit. Et ideo opinor dicebat, quia peccatum introiit in hunc mundum, & per peccatum mors, in quo omnes pecca-

Roma. 5

In eodem.

peccauerūt. Et iterum: Conclusit Deus omnes sub peccato, ut Omnes ho-
mībus misereat. Sed gratias domino Iesu Christo, qui nos minēs sunt
liberāuit de corpore mortis huius, ut ubi abūdauit delictum, peccatores
superabundaret gratia. Nam Moyses quomodo aliquem li-
berare potuisset à peccatis, cum etiam ipsi dicatur, quia trans-
gressi estis uerbum meum in deserto Syn, & non me sanctifi-
castis in aqua coram filiis Israēl, ut manifestum sit omnibus,
quod ille debeat solus requiri, qui solus peccatum nō fecit, nec
inuentus est dolus in ore eius.

Esaiae quadragesimo secundo: Confundantur con-
fusionē qui confidunt in sculptili, qui dicant conflati-
li, uos dñi nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad ui-
dendum. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi
ad quem sermones meos misi? Quis cæcus nisi qui ue-
nundatus est, & quis cæcus nisi seruus dominis? Qui ui-
des multa nōnne custodies? Qui apertas habes aures
nōnne audies? Et dominus uoluit ut sanctificaret eū,
& magnificaret legem & extolleret, ipse autem po-
pulus direptus & uaſtatus.

Esaiae quadragesimo quinto: Tantū in te est Deus,
& non est absq; te Deus. Vere tu es Deus absconditus,
Deus Israēl saluator. Confusi sunt & erubuerunt oēs
simul, abierunt in cōfusionem fabricatores errorum,
& cetera. Nescierūt qui leuant signum sculpturæ suæ
& rogan̄ Deum non saluantem. Nunquid ego domi-
nus, & non est ultra Deus absque me? Deus iustus &
saluans non est absque me.

Esaiae quadragesimo sexto: Cui assimilastis me &
ad aquastis, & comparastis me & fecistis simile? Qui
confertis aurum de fāculo, & argentum in statera
ponderatis. Conducentes artificem ut faciat Deum,
& procidunt & adorant. Portant illum in humeris,
gestantes & ponentes in loco suo, & cetera.

Origenes super Numeros, capite uigesi-

mo octauo, Homelia uigesimatercia.

Si obseruatio sacrificiorum & instituta legalia, quæ in typis data sunt populo Israël, usque ad præsens tēpus stare potuisse sent, exclusissent sine dubio Euangelij fidem, per quam ex aduentu domini nostri Iesu Christi, gentes conuertuntur ad Deum. Erat enim in illis quæ tunc oblietabantur, magnifica ceremonia quedam, & totius reuerentiae plena religio, quæ ex ipso etiam rum legis. primo aspectu obstupefaceret intuentes. Quis enim uidens il-
lud, quod appellabatur sanctuarium, & intuens altare, astan-
tes etiam sacerdotes sacrificia consummantes, omnemq; ordi-
nem quo cuncta illa gerebatur aspiciens, non putaret plenissi-
mum hunc esse ritum, quo Deus creator omnium ab huma-
no genere coli deberet? Sed gratias aduentui Christi, qui ani-
mas nostras auellens ab hoc intuitu, & considerationem ecclæ-
sticæ, & contemplationem rerum spiritualium contulit, & de-
struxit quidem illa quæ magna uidebantur in terris, cultumq;
Cultus Dei Dei à uisibilibus ad inuisibilia transiit, & à temporalibus ad
in invisi- eterna. Sed reuera ipse dominus Iesus Christus, & aures requi-
libus con- rit quæ hæc audiant, & oculos qui hæc uideant.
sistit.

**Hieremiac undecimo : Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda: & secundum nu-
merum uiarum tuarum Hierusalem posuisti aras co-
fusionis ad libandum Baalim.**

Zachariæ decimoquarto: In die illa erit dominus unus, & erit nomen eius unum.

**Esaïæ quadragesimo : Cui ergo similem fecistis DE VM, aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile confabit faber, aut artifex auro figurabit il-
lud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens, querit quomo-
do statuat simulachrum quod non moueat, &c.**

**Sapietiac decimoquarto: Et hæc fuit uita humanae deceptio, quoniam aut affectui aut regibus deseruien-
tes homines, incommunicabile nomen lapidibus & li-
gnis imposuerunt. Et non suffecerat eos errasse circa**

Dei

S A N C T O R V M.

433

Dei scientiam, sed in magno uiuentes inscientiae bello, tor & tam magna bella pacem appellant. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insanias plenas uigilias habentes, neque uitam neque nuptias mundas iam custodiunt: sed & ali us alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat, & omnia mixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus, bonorum DEI immemoratio, animarum inquinatio, natuitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiae, & cætera.

Abacuc secundo: Quid prodest sculptile, quia sculptis illud factor suis conflatile & imaginem falsam, quia sperauit in figmēto fictor eius, ut faceret simula chra mura? Væ q[uod] dicit ligno expurgiscere, surge lapidi tacenti. Nungq[ue] ipse docere poterit: Ecce iste cōpertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in uisceribus eius. Dominus autem in templo sancto tuo, fileat à facie eius omnis terra.

Quarto Regum decimo septimo: Et unaquęq[ue] gēs fabricata est Deum suum. Posueruntq[ue] eos in phanis excelsis quæ fecerunt Samaritæ, & cætera. Et nihilominus colebant dominum.

Ozeæ decimotertio: Ego autem dominus Deus tuus ex terra Aegypti, & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me.

Michæl primo: Et fundamenta eius reuelabo, & omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & idola eius ponā in perditionem, quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis reuertentur.

Hieronymus tomo quinto in Esaiā, capite secūdo,
Et repleta est terra eius idolis, & cætera.

Vbi quondam erat templum & religio Dei, ibi Hadriani sta-
tua, & Iouis idolum collocatum est, quod multi super illo te-
stimonio interpretantur quod in Euāgelio legimus: Cum au-
tem uideritis abominationē desolationis stantem in loco san-
cto, & operi manuum suarū inclinati sunt. Et homo rationale

Aes & lapi animal, æs adorauit & lapidem. Possumus secundum anago-
dem adora gen & hoc dicere, quod omne dogma cōtrarium ueritati, ado-
re non de-
bemus. ret opera manuum suarum, & constituat idola in terra sua, &
incuruet homo & humilietur uir, & se erigere nō possit, quia
sit à Diabolo colligatus, nisi illum erexerit dominus.

Idem tomo quinto, in Danielem capite tertio.

Notum tibi sit rex, quia Deos tuos non colimus & statuam,
& cætera. Siue statuam, ut Symmachus, siue imaginē aurēam,
ut cæteri transtulerunt, uoluerimus legere, cultores Dei eam
adorare non debent. Ergo iudices & principes sēculi, qui im-
peratorum statuas adorant & imagines, hoc se facere intelli-
gant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo. Et no-
tanda proprietas, deos coli, imaginem adorari dicunt, quod
utrumque seruis Dei non conuenit.

**In quarto tomo Hieronymi, Homelia Augustini
de pastoribus, Folio trecentesimo uigesimoquarto.**

Sic omnis cuiuslibet autor erroris terrena elatione intume-
scens, promittit ouibus requiem, bona pascua, & aliquādo in-
ueniunt ibi oues pascua de pluvia Dei, non de duritia montis.

**Hæretici etiam scri-
pturas &
sacramēta
habent.** Habent enim & ipsi scripturas, habent sacramenta. Non sunt
ista montium, sed cum inueniuntur in montibus, male rema-
nent in montibus. Errando enim in montibus, & in collibus
deserendo gregem, deserunt unitatem, deserit unitas cohortes
aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet Deus ipse: Reuo-
cet modo, audietis ipsum reuocantem: Errauerūt, inquit, oues

Ezech. 34 meę in omnem montem, & in omnē collem altum, hoc est, in
omnem tumorem terrenæ superbiae. Sunt enim & montes bo-
ni: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi.
Et uide quia nō tibi in montibus spes est: Auxiliū, inquit,
meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniu-
tiā facere tē montibus sanctis, quando dixeris: Auxiliū meū
non

non in móribus, sed à domino qui fecit cœlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat : Audio in móribus Dei uobis schismata fieri , ut unusquisque uestrum dicat : Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephae, ego autem Christi. Leua oculos in istum mótem, audi quid dicat : & in ipso remaneas. Audi etiā quid sequatur : Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Ergo posteaquam leuaueris oculos tuos in montes, unde uenit auxilium tibi, id est, in attores scripturarum diuina rum, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem: Domine quis similis tibi? ut securus sine ulla iniuria mótiū dicas: Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & ter ram. Non solum tunc tibi succensebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posueris cōtristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini Sanctis unni ab homine adorabatur, tanquam leuantem oculos in mon de tristitia tem: ait ille se reuocans ad dominum: Noli, inquit, facere , illū Apo. 22 adora. Nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum.

Qui sunt mótes Dei

1 Cor. i.
Psal. 120

Psal. 54

Sanctis unni
de tristitia

Apo. 22

Iudicium decimo septimo : Fuitq; eo tempore uir quidam de monte Ephraim nomine Michas, qui dixit matri suæ: Millecentum argenteos quos separ ueras, & super quibus me audiente iuraueras , ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Bene dictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri suæ quæ dixerat ei: Consecraui & uoui hoc argenteum domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atq; conflatile , & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri suæ, quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut facheret ex eis sculptile atq; cōflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædicularam quoque in ea Deo separauit , & fecit Ephod & Theraphim, id est, uestē sacerdotalem & idola. Impleuitq; unius filiorum suorum manum , & factus est ei sacerdos . In diebus illis non erat rex in Israël , sed unusquisque quod rectum sibi uidebatur hoc faciebat.

Quarto Regum decimo: Iehu occidit sacerdotes Baal, ipse tamen non dereliquit uitulos aureos qui erant in Bethel, & cætera.

Psal. sexagesimoquarto: Te decet hymnus Deus in Syon, & tibi reddetur uotum in Hierusalē. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro ueniet.

Danielis tertio: Ecce enim Deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardantis & de manibus tuis ô rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus.

Psalmo septuagesimoquarto: Confitebimur tibi Deus confitebimur, & inuocabimus nomen tuū. Narrabimus mirabilia tua & cætera.

Galatas primo: Et in me clarificabunt Deum.

Ambrosius tomo quarto, in Psalmum centesimum decimumoctauum, Sermone decimo, uersu: Qui timent te uidebunt me & lætabuntur, quia in uerba tua sperauit.

Sed qui uidet iustum debet scire quid uideat, nō illum uidet in corpore, non in uestimento, non in patrimonio, non in uultu, sed intus uidet. Non, inquam, illum uidet, nisi eius uiderit mentem, nisi eius sermonem intenderit, nisi sensus illius potuerit comprehendere, sapientiam de tractatu eius potuerit assumere. Tunc igitur lætabitur, cum ista perspexerit, cuī ista cognouerit. Ita ergo & nos sicubi audimus iustum, festinemus uidere, sicut illa mulier quæ audiuit in domo pharisei discubere dominum Iesum, & ingressa est, & eius pedes per fudit unguento, illius imitatores simus. Quia ecclesia in illa muliere figurā esse quis dubitet? Sic ergo ubi iustus sedeat, sic ubi accubat, festinemus uidere eum. Preciosum est uidere uitrum iustum, ut uideas eum secundum imaginem Dei. Quod foris est nihil prodest, qđ intus est sanat. Sanè & in eo qui foris est, illū qui intus est frequenter aspicimus, ut si uiderim⁹ ita pauperē illum ad cuius similitudinem factus est, honoremus in pau-

Quæ in
sanctis ui-
dere debe-
mus.

Lucæ. y

Honor
imaginis
Dei.

in paupere, de quo ait: Deditis mihi manducare, quia quod
 unum eorum deditis, mihi deditis. Qui enim coronat imaginem
 imperatoris, utique illum honorat, cuius imaginem coro-
 nauit, & qui statuam contempserit imperatoris, imperatori
 utique cuius statuam consputauerit, fecisse uidetur iniuriam.
 Gentiles lignum adorant, quia Dei imaginem putant, sed iniuri-
 bilis Dei image non est in eo quod uidetur, sed in eo utique
 quod non uidetur. Vides ergo quia inter multas Christi ima-
 gines ambulamus? Caeamus ne coronam imagini detrahe-
 re uideamur, quam unicuique Christus imposuit. Caeamus ne
 aliquid detrahamus his quibus debemus adiungere. Sed quod
 peius est, non solum non honestamus pauperes, sed etiam de-
 honestamus, destruimus, persequimur, & ignoramus quas Dei
 imagini congregamus iniurias, cum factos ad imaginem Dei
 putamus esse laedendos. Qui enī irridet pauperem, exacer-
 bat eū qui fecit illum. Sed aderit ille qui dicat: Esuriui, & non
 deditis mihi manducare, sitiui & non deditis mihi bibere, æger-
 eram, & non uisitastis me. Et quanto ista leuiora sunt, quam
 si dicat: Iniurias mihi fecistis, nudastis me, uerberastis me.
 Quem si quis interrogauerit, quoniam tibi iniurias fecimus, quādo
 spoliauimus, quoniam etiam uerberauimus! Dicet: Quando uni ho-
 rum minimorū fecistis, mihi fecistis. Propterea caeamus di-
 ligentius ne cui uel minimam contumeliam irrogemus, ne ipsi
 domino in illis minimis contumeliosi fuissē uideamur. Qua-
 ratione autem dixerit: Qui timent te uidebunt me & laetabū-
 tur, ipse exposuit dicens: Quia in uerba tua supersperauī, hoc
 est dicere: Intus me uiderunt, intus me tetigerunt, intus me
 aspicerunt, ubi spē assumpsi de tuis uerbis, ubi tua uerba per-
 cepi. Beati ergo qui uident iustum & laetantur, quia sperant
 in Dei uerba. Quā multi aut̄ sunt qui oderūt iustos, quia per
 Scrutantur Dei uerba qui iusti sunt, & cum aliquos doctos au-
 diunt, impie eos propter doctrinam uitare consueuerunt.

Iniuria
imaginis
Dei.

Matt. 25

Psalm. 117.

Contēptus
doctorum
uirorum,

Iudicum octauo: Dixeruntque omnes uiri Israēl ad
 Gedeon: Dominare nostri, tu & filius tuus, & cæ-
 tra. Quibus ille ait: Non dominabor uestri, nec domi-
 nabitur in uos filius meus, sed dominabitur uobis
 dominus. Dixitque eis: Vnam petitionem postulo a
 uobis

uobis: Date mihi inaures ex præda uestra. Qui responderunt, libentissime dabimus. Fecitq; ex eo Gedœphod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israël in eo, & factum est Gedœni & omni domui eius in ruinam.

Exodi tricesimo secundo: Arripiensq; uitulum quæ fecerant combussit, & contriuit usque ad puluerem, & cætera.

Quarto Regum decimo octavo: Anno tertio Osej filij Hela regis Israël, regnauit Ezechias filius Achä regis Iuda: Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpentem qneum quem fecerat Moyses. Siquidem usque ad illud tempus filij Israël adolebant ei incensum.

Quarto Regum decimo septimo: Nolite timere Deos alienos, & non adoretis eos, neq; colatis eos, & non immoletis eis: sed dominum Deum uestrum qui eduxit uos de terra Aegypti, in fortitudine magna & brachio extento, ipsum timete, & illum adorate, & cætera. Illi uero non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes iste timentes quidem dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes. Nam filii eorum & nepotes sicut fecerunt fratres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

Hierec. xvi. Quia dereliquerunt me patres uestri ait dominus: & abierunt post Deos alienos & seruirent eis & adorauerūt eos, et me dereliquerūt & legē meā non custodierūt. Sed & uos peius operati estis q; patres uestri. Ecce em̄ ambulat unusquisq; post præ uitatem cordis sui mali, ut me non audiat.

Ambrosius tomo tertio, de obitu Theodosij.

Inuenit

Inuenit ergo Helena titulum, regem adorauit non lignum **Helena** nō utiq; quia hic gētilis est error & uanitas impiorum. Sed ado lignū sed rauit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo &c. pendentē

Ioan. Chrysostomus tomo septimo, In Matthæ adorauit. um, Homelia quarta in fine.

Ideo spiritus sanctus speciem columbæ suscepit, quoniam Eadē opa præ omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis. Omnes enim externa habent species iustitiae, quas habent serui Dei in ueritate, possunt habere posse & serui diaboli in simulatione. Habet enim diabolus & sunt iusti, mansuetos & humiles, habet castos & eleemosynarios, & ieiuniasti, nos, & omnem speciem boni, quam creauit Deus ad salutem hominum, ipsas species & diabolus introduxit ad seductionem, ut inter bonum uerum, & bonum simulatum confusio fiat: ut simplices homines, qui boni ueri, & boni simulati differentiam intelligere caute non possunt, dum querunt bonos Dei Sola charitati uiros, incurant in seductores diaboli. Solam autem charitatem diuidit sancti spiritus nō potest immundus spiritus imitari. Omnis inter filios ergo species iustitiae in impostoribus inuenitur, solam autem regni & gratiam ueræ charitatis sibi soli seruauit spiritus sanctus, ut diabolus per nullius iustitiam & testimonium sic cognoscatur, ubi est spiritus sanctus, quemadmodum per gratiam charitatis.

Sapientiae decimosexto: Qui enim conuersus est, non per hoc qd uidebat sanatus est, sed per te omnium saluatorem. In hoc autem ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo.

Hester decimotertio: Cuncta nosti & scis, quia nō pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum. Libenter enim pro salute Israël, etiā uestigia pedū eius deosculari paratus essem, Sed timui ne honorem Dei mei trāsferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo.

Capite decimoquarto: Domine mihi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator alius.

Iosue

Iosue ultimo: Auferte Deos alienos de medio uestrū,
& inclinate corda uestra ad dominum Deum Israël.
Dixitq; populus ad Iosue: Domino deo nostro seruie
mus, & obedientes erimus præceptis illius.

Iudicum decimo: Ite & inuocate Deos quos ele-
gistis, ipsi uos liberent in tempore angustiæ. Dixe-
runtq; filij Israël ad dominum: Peccauimus, redde tu
nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos,
& cætera.

Exodi uigesimo tertio: Non adorabis deos alic-
nos, nec coles eos. Non facies opera eorum, sed de-
strues eos, & confringes statuas eorum. Seruieris
Domino Deo uestro, ut benedicam panibus tuis &
aquis, & cætera.

In eodem capite: Non inibis cum eis fœdus nec
cum dijs corum. Non habitent in terra tua, ne forte
peccare te faciant in me, si seruieris dijs eorum, quod
tibi certe erit in scandalum.

Iudicum sexto: Produc filium tuum Gedeonē huc,
ut moriatur, qā destruxit arā Baal, & succidit nem⁹,
& cætera. Quibus ille respondit: Si Deus est, vindi-
cet se de eo qui suffudit aram eius, & cætera.

Chrysostomus tomo secūdo, Homelia tricesima
secunda in Ioannem, ex capite tertio: Sed ueniet ho-
ra, & nunc est, quādo ueri adoratores adorabunt pa-
trem in spiritu & ueritate.

Hic et Samaritanos et Iudeos à ueris exceptit adoratori-
bus, & quamuis meliores Iudeos, uenturis tamen longe de-
terioris, quanto figura ueritate inferior est, iudicauit: ecclæ-
siam autem significat, quoniam uerus & debitus Deo cultus
ipsa est. Etenim pater quærerit tales adoratores, si ergo tales in
pridem quærebat, non omnino hunc illis morem cōstituit.
permisit tamen propter hoc, ut eos quoq; ad uerū induceret.

Qui

Qui igitur sunt ueri adoratores? Qui nullo loco diuinum cultum circunscribunt, qui Deum in spiritu colunt, sicut & Paulus, Cui seruio, inquit, in spiritu, in euangelio filij eius. Et iterum: Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum: per spiritum autem incorporeum significat. Opus est enim incorporei hunc cultum esse, & per incorporeum quod est in nobis, hoc est per animam, & animae misericordiam offerri.

De impensa funeris & sepultura mortuorum

Hieremias uigesimo secundo.

Nolite ftere mortuum, neque lugeatis super eum fletu.

Ecclesiastici tricesimo octauo: Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Et secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius: Propter de-laturam autem amare fer luctum illius uno die, & consolare propter tristitiam. Et fac luctum secun-dum meritum eius uno die uel duobus, propter de-tractionem.

Secundo Paralipomenon decimosexto: Aegrota uit etiam Asa anno trigesimono regni sui dolore pedum uehementissimo, nec in infirmitate sua quæsi uit dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Dormiuitq; cū patribus suis. Et mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui, & sepelierunt eū in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate David. Posuerunt eum super lectum suum plenum aromati-bus & unguentis meretricijs, quæ erant pigmenta-riorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia, & cetera.

Esaiae

Esaïæ uigesimo secundo: Quia excidisti tibi hoc se pulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi: Ecce dominus asportari te faciet, & cetera. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet in te terram latam & spaciosem. Ibi morieris, & ibi erit currus gloriae tuæ, & ignominia domus domini tui.

Ioannes Chrysostomus tomo secundo, Homelia octogesima quarta, ex capite Ioannis uigesimo.

Tu autem cum audieris nudum dominum resurrexisse, celsus Funeris nisi sa quæso ab insana funeris impensa. Quid sibi hoc superfluum sumius sum- uult, & inutile dispendum, quod ipsis qui faciunt, plurimum ptus repro affert detimenti, mortuis nullam utilitatem, uel damnum batur. Sumptuosa namq[ue] sepultura nonnunquam causa est, ut fures cadauer effodian, & nudum & insepultum proieciant, sed ò inanem gloriam, quantam etiam in luctu uim, quam amentiam ostendit? Multi igitur ne id accidat, tenua scindunt lintecamina, & multis implent aromatibus, ut duplice ratione inutilia furibus reddantur, ita terræ mandant. Nonne hæc insanientium, nonne furientium sunt ambitionem prese ferre, & rursus tollere? Sancte, inquit, ut nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nonne tineat & uermes consument? Et si non hi, nonne tempus & putredo? Sed esto neq[ue] fures, neq[ue] uermes, neque tempus, neque

Mortuis nihil emolumenti ex impensa fu- neris. Mortuis nihil emolumenti, cum nudum corpus resurgit. Hæc enim hic remanent, nihil illi exanimi conferunt. Sed cur inquires, id in Christo seruatum est? Merito sancte. Noli hæc humanis rebus comparare, nam & unguiculatum effudit meretrix, & sanctos pedes unxit. Quod si de hoc dicendum est: Hæc pri-

mum à non intelligentibus resurrectionis ratione facta sunt, ideo, inquit: Sicut mos erat Iudeis. Neque enim ex duodecim hæc fecerat, sed qui non multo Iesum honore prosecuti sunt. Duodecim autem non sic, sed morti, cæribus, & periculis proprie se exposuerunt, qui honor longe maior. Præterea, ut dixi, de hominibus nobis nunc sermo est: illa autem domino exhibita sunt

Lucae. 7

bita sunt, & ut intelligas nulli curæ hæc Christo esse, inquit Mat. 23
 enim: Esurientem me uidistis, & dedistis mihi manducare: Si Ambitio
 timentem, & dedistis mihi bibere: Nudum & induistis me, non & luxuria
 autem mortuum, & sepelitis: quod ego non ut sepulturā tol funeris tol
 iam dico, absit, sed luxuriam, & superfluam ambitionem. A. E. latur.
 fectus, inquit, & dolor, & mortui misericordia hæc suadet, nō
 est misericordia, sed inanis gloria: nā si uis mortui misereri,
 aliam tibi uiam ornandi funeris ostēdam, & docebo his mor
 tuum uestibus ornare, quæ simul cum eo resurgent, & conspi
 cuum reddent, hæ uestes nec tineis corroduntur, neq; tēpore
 consumuntur, neq; diripiuntur à furibus. Quænam hæ sunt? Ornamen
tū mortuo
rū est elec
mosyna.
 Eleemosynæ uestis est, quæ resurget. Eleemosyna tanq; signa
 culum cum eo. His uestibus fulgebunt, qui tunc audient: Esu
 rientem me uidistis, & dedistis mihi manducare: hæ infignes
 faciunt, hæ conspicuos, hæ securos. Præsentia eñ nihil aliud
 sunt, q; tinearum & uermium esca, non tñ sepulturam prohi
 beo, sed modus seruetur, ut tegatur corpus, non nudum man
 detur terræ. Nam si uiuentibus præcipitur, ne quid habeant
 præter uestimentū, longe magis mortuis. Neq; enim ita mor
 tuus ueste indiget, ut uiuus, dñ enim uiuimus, & frigoris gra
 tia, & caloris, & pudoris uestibus egemus, mortuis nulla ho
 rum impendet necessitas, ne nudum iaceat corpus operiendū
 est. In primis autem terram optimum habemus operimen
 tum, & ipsi corporum naturæ decentius, quod si ubi tot ne
 cessitates urgunt, nihil superfluum est inquirendū, multo mi
 nus ubi illæ cessant. Sed qui uiderint ridebunt, inquies. Quid
 tum? Quamuis ridearis, minime curandum est stulti iudicū,
 sed potius multi te admirabuntur, & doctrinam nostrā pro
 sequentur. Non enim digna hæc risu sunt, sed illa quæ nūc fa
 cimus, cum lugemus, cum plangimus, cum simul nos cū mor
 tuo defodimus, hæc & risu, & supplicio digna, in his autem & stultitia ē.
 mō sumptibus adhibendo, sapientia uti perq; laudabile est, &
 omnes nobis plaudent, & Christi uirtutem admirabitur, &
 dicent: papē quanta est crucifixi potentia? Persuasit morienti
 bus, & his qui corrumpuntur non esse mortem. Non eñ ut in
 pereuentes afficiuntur, sed ut in meliorē locū migrantes. Persua
 sit corpus hoc mortale & terrenum, uestem induere, serico &
 auro distinctam, lōge preciosiorem, hoc est immortalitatem: Sepultura
 quamobrem non multum de sepultura curant, sed sepulturā christiani

parui facere debet. optimam putant uitam optimā. Hæc si ita nos philosophari uiderint, dicent: Sin plangentes, effacematos circumstantes plorantibus mulieribus ridebunt, & exprobrabunt, & maiorem in modum reprehendent, & impensam, amentiam appellabunt: etenim hæc accusari audimus, & merito sanè. Quam enim habebimus excusationē, cum corpus tibi & uermibus mox consumendum ornamus, Christum esuriēt in nudum, errantē contemnimus? Cessemus quæso, ab hac insana dilectione, sed eam morientium curam habeamus, quæ & nobis, & illis conferat ad gloriam Dei. Largas pro eis eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima uiatica. Nam si memoria clrorum uirorum, qui mortui sunt prodest uiuentibus: Protegam, inquit, hanc ciuitatem propter me, & propter David seruum meum, longe magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quando circumsteterunt uiduae, ostendentes quæ se cerat ipsis Dorcas. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: quod si curato corpore animam neglexerimus, multa grauia perpetiemur, & multum ridebimus.

Aug.lib. Confel. ix. ca. xi. de Monica matre sua.

Frater autem meus quiddam locutus est, quo eā non peregre sed in patria defungi tanquam felicius optaret. Quo auditio, illa uultu anxiō reuerberans eum oculis, quod talia saperet, atq; inde me intuēs, uide ait, quid dicit. Et mox ambob; ponite, inquit, hoc corpus ubicung; nihil uos eius cura cōturbet, Tm illud uos rogo, ut ad domini altare memineritis meū ubi fueritis. Cung; hanc sententiā uerbis qbus poterat explicasset, conticuit, & ingrauescente morbo exercebatur. Ego uero cogitans dona tua Deus meus inuisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, & proueniunt inde fruges admirabiles, gaudebam & gratias agebam tibi, recolens quod noueram, quanta cura semper æstuasset de sepulchro, quod sibi prouiderat & parauerat iuxta corpus uiri sui. Quia enim ualde concorditer uixerant, id etiam uolebat, ut est animus humanus minus capax diuinorum, adiungi ad illam felicitatem, & cōmemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut coniuncta terra amborum coniugii terra tegeretur. Quando aut̄ ista inanitas plenitudine bonitatis tuae cooperat in eius corde non esse, nesciebam, & letabar admirās quod sic mihi apparuerit: quanq; & illo sermone nos

ne nostro ad fenestram cum dixit: iā quid hic facio? non aperuit desiderare in patria mori. Audiui etiam postea q̄ iam cū Ostijs esse mus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu uitę huius, & bono mortis, ubi ipse non aderam: Illisq; stupentibus uirtutem fœminæ, quam tu dederas ei, quærerentibus utrum non formidaret tam longe à sua ciuitate corpus relinquere, nihil, inquit, longe est Deo: neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine seculi unde me resuscitet.

De antichristo.

Danielis septimo:

Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & conculcabit & cōminuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potētior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret. Et putabit quod possit mutare tempora & leges, & tradentur in manus eius usq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et iudicium sedebit ut auseratur potentia & conteratur, & dispereat usque in finem. Regnum autem & potestas & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum, regnum sempiternū est: & omnes reges seruient ei & obedient. Hucusque finis uerbi.

Danielis octauo: Consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones & roborabitur fortitudo eius, sed non in uiribus suis, & supra quam credi potest uniuersa uastabit, & prosperabit & faciet. Et interficiet robustos & populum sanctorum

Gg 2 secund

secundum uoluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos. Et contra principem principum consurget, & sine manu conteretur.

Danielis undecimo: Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate & in rapina dierum. Cumque corruerint subleuabuntur auxilio parvulo, & applicabuntur eis plures fraudulenter. Et de eruditis ruent ut conflentur & elegantur & dealbentur usque ad tempus præfinitum, quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxta uoluntatem suam rex, & eleuabitur & magnificabitur, aduersus Deum Deorum loquetur magnifica & dirigetur, donec compleatur iracundia. Perpetrata quippe est diffinitio. Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentijs fœminarum, nec quenquam Deorum curabit, quia aduersum uniuersa consurget, & cetera.

Ex capite duodecimo: Et dixi: Domine mihi quid erit post haec? Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones usque ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij, neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent, & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatione in desolationem, dies mille ducenti nonaginta, & cetera.

Esaiae undecimo: Et percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorum renum eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Non nocebunt & non occident

Occident in uniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operientis. In illa die radix Iesse qui stat in signum populum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa, adjicet dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis & ab Aegyptio & cetera. Et leuabit signum in nationes, et congregabit profugos Israël. Et dispersos Iudeæ colliget à quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephraim, et hostes Iuda peribunt et cetera. Et desolabit dominus linguam maris Aegypti, et leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, et percutiet eum in septem riuis, ita ut transeant per eum calcianti. Et erit via resido populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israël in die illa, qua ascendit de terra Aegypti.

Esaïe nono: Iugum enim oneris eius, et uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiam. Quia omnis uiolenta prædationum tumultu, et uestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis.

Naum secundo: Diripite argentum, diripite aurum, et non est finis diuitiarum ex omnibus uasis desiderabilibus. Dissipata est et scissa et dilacerata est, cor tabescens et dissolutio geniculorum, et defectio in cunctis renibus, et facies omnium sicut nigredo oliae. Vbi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum? Ad quam iuit leo ut ingredieretur illuc catulus leonis, et non est qui exterreat. Leo cepit sufficienter catulis suis, et necauit legnis suis. Et impleuit preda speluncas suas, et cubile suum rapina. Ecce ego ad

Gg ; te di-

te dicit dominus exercituum: & succendam usque ad sumum quadrigas tuas. Et leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra prædam tuam. Et non audietur ultra uox nunciorum tuorum.

Ex capite tertio: Væ ciuitas sanguinum uniuersa mendacij dilaceratione plena. Non recedet à te rapina. Vox flagelli & uox impetus rotæ, & equi frenentis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis imperfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum. Et corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciose & gratae, & habentis maleficia, quæ uendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, et proieciam super te abominationes: et contumelijs te afficiam, et ponam te in exemplum. Et erit omnis qui uiderit te, resiliet à te et dicet: Vastata est Niniue. Quis commouebit super te caput? Vnde quærarū consolatorem tibi? et cætera. Congregare ergo ut brucus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negotiationes tuas quam stellæ sint cœli. Brucus expansus est et auolauit. Custodes tuæ quasi locustæ: et paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ confident in sepibus in die frigoris. Sol ortus est et auolauerunt, et non est cognitus locus earum ubi fuerint, et cætera usque ad finem.

Secunda ad Tessalonicenses secundo: Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum

ptimum, et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.

Prima Ioannis secundo: Filioli nouissima hora est. Et sicut audistis, quia Antichristus uenit, nunc autem Antichristi multi facti sunt.

Prima Ioannis quarto: Et omnis spiritus qui soluit I E S V M, ex D E O non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam uenit, et nunc iam in mundo est.

Hilarius libro contra Auxentium uel Arrianos.

Speciosum quidem est nomen pacis, & pulchra est opinio unitatis, sed quis ambigat eam solam ecclesie atq; euangelio Pax uera rum unicam pacem esse, quae Christi est? Quam ad apostolos Christianorum post passionis suae gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit abiturus, hanc nos fratres dilectissimi, & amissam querere, et turbatam cōponere, & repertam tenere curauimus. Sed huius ipsius temporis nostri peccata non meruerunt, nec imminentis Antichristi præquin ministriq; sunt passi, q; pæce sua, id est, impietatis suæ unitate se iactant, agentes se non ut Christi episcopos, sed Antichristi sacerdotes. Ac ne maledicis uerborū in eos uti conuictis arguamur, causam perditionis publicæ, ne cuiq; ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiā Ioanne Apostolo prædicante, cognovimus. Quisq; em Christū qualis ab Apostolis est prædicatus Proprietas negauit, Antichristus est. Nominis Antichristi proprietas est, noīs anti-Christo esse contrarii. Hoc nunc sub opinione false opinionis christi, efficitur, hoc sub specie prædicationis euangelicæ prædicat, ut dominus Iesus Christus, dum prædicari creditur, denegat. Ac primū miserari licet nostræ ætatis laborem, & præsentium temporum stultas opiniones cōgemiscere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi ecclesiam, ambitioni seculari laboratur. Oro uos episcopi, qui hoc uos esse creditis, quibus nam suffragijs ad prædicandum euangelium Apostoli usi sunt, q; bus adiuti potestatibus Christū prædicantur.

uerunt, gentesq; ferè omnes ex idolis ad Deum trāstulerunt? An ne aliquam sibi assumerent è palatio dignitatem, hymnū

Humana
Deo nō pa
trocinans.
uerunt, gentesq; ferè omnes ex idolis ad Deum trāstulerunt? An ne aliquam sibi assumerent è palatio dignitatem, hymnū
Deo in carcere, inter cathenas & post flagella cantantes? Edi-
ctisq; regis Paulus cum in theatro spectaculū ipse esset, Chri-
sto ecclesiam congregabat? Nerone se, credo, aut Vespasiano,
aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odijs cō-
fessio diuinæ prædicationis effloruit. Illi manu atq; opere se
alentes, intra coenacula, secretaq; coeuntes, uicos & castella,
gentesq; ferè omnes terra ac mari contra senatus consulta, &
regum edicta peragrantes, claves, credo, regni cœlorum non

Apostoli
in angulis
prædicabāt
cōtra regū
edicta.
Ecclesia p-
secutioni-
b^o credita
est.
habebant? Aut non manifesta se tum Dei uirtus contra odia
humana porrexit? cum tanto magis Christus prædicaretur,
quanto magis prædicari inhiberetur. At nunc, prohdolor, di-
uinam fidem suffragia terrena commendat, inopsq; uirtutis
sua Christus, dum ambitio nomini suo cōciliatur, arguitur.
Terret exilijs & carceribus ecclesia, crediq; sibi cogit, quæ exi-
lijs & carceribus est credita, pendet ad dignationem commu-
nicantium, quæ persequentiū est cōsecrata terrore, fugat sa-
cerdotes, quæ fugatis est sacerdotibus propagata, diligiq; se
gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eam mū-
dus odisset. Hæc de comparatiōe traditæ nobis olim ecclesiæ,
nunquam deperditæ, res ipsa quæ in oculis omnium est atq;
ore clamauit. Quid autem illud sit, quod ignorandum ultra
non sit, breuiter exponatur. Secundum placitam Deo plenitu-
dinem coartata sunt tēpora, incircunscripta enim ratio eorū

Aetas anti
christi nūc
est.
coelestibus libris docetur, ac necesse est in ipsam nos ætatem
Antichristi incidisse, cui secundum Apostolum ministris sata-
næ in lucis se angelum transformantibus, ab omnib; ferè sen-
su & conscientia is qui est Christus aboletur. Ut enim erroris
affirmatio certa sit, incerta ueri opinio antefertur, siq; Anti-
christi iam peruium, Christum cum esse se falleret, de quo
nuncusq; discessum sit. Hinc ille uariae opinioēs, hinc sub uni
Christi fide prædicatio plurimorum, & cætera.

Cypri. Magno, epist. sexta, libro primo.

Antichri-
tos quos
Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non mecum
colligit, spargit. Item beatus Ioānes Apostolus, nec ipse uliā
hæresum, aut schisma discrevit, aut alijs speciatim separatos po-
suit, sed uniuersos qui de ecclesia exissent, quicq; cōtra ecclesiā
facerent,

facerent, Antichristos appellavit dicens: Audistis, inquit, quia Ioānes ap̄ Antichristus uenit, nunc autē Antichristi multi facti sunt. Vn pellauit. de cognouimus quia nouissima hora est, ex nobis exierūt, sed non fuerūt ex nobis. Si em̄ fuissent ex nobis, mansisset utiq; nobiscum. Vnde apparet aduersarios Christi Antichristos oēs esse, quos cōstet, à charitate atq; ab unitate ecclesiē recessisse.

Hieronymus libro Commentariorum quarto, in Matthæum, capite uigesimoquarto.

Multi enim uenient in nomine meo dicētes: Ego sum Chri-
stus, & cetera. Audistis quia Antichristus uenturus est, nunc
autē Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas An Hæretici
tichristos esse, & sub nomine Christi ea docere, quæ contraria omnes An
sunt Christo. Nec mirū si aliquos ab his uideamus seduci, cum tichristi
dominus dixerit: Et multos seducent. sunt.

Genesim decimo: Porrò Chus genuit Nemroth.
Ipse cœpit potens esse in terra, & erat robustus uena-
tor coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium, quasi
Nemroth robustus uenator coram domino. Fuit em̄
principiū regni eius Babylon, &c. De terra illa egre-
sus est Assur, & ædificauit Ninjuen, &c.

Eadem de Ruben Simeon & Leui, Genesim qua-
dragesimonono: Et de Ruben & Iuda, primo Parali-
pomenon quinto.

Hieremiae quinquagesimoprimo: Operuit ignomi-
nia facies nostras, quia uenerunt alieni super sanctifi-
cationem domus domini. Propterea ecce dies uenūt-
ait dominus: Et uisitabo super sculptilia Babylonis,
et in omni terra eius mugiet uulneratus. Si ascende-
rit Babylon in cœlum, et firmauerit in excelsis robur
suum, ad me uenient uastatores eius.

Ezechielis decimosexto: Viuo ego dicit dominus
Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa et filiæ
eius, sicut fecisti tu et filiæ tuæ. Ecce hęc fuit iniquitas
Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis et abū-

dantia, & otium ipsius & filiarum eius. Et manū egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatae sunt et fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut uidisti.

Hieremīæ decimotertio: Propter multitudinē iniquitatis tuā reuelata sunt uerecundiora tua, pollutā sunt plantā tua.

Hieremīæ quinquagesimo: Gladius ad Chaldaeos ait dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes et ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius qui stulti erunt. Gladius ad fortē illius, qui timebūt. Gladius ad equos eius, et ad currus eius: et ad omne uulgas quod est in medio eius et erūt quasi mulieres. Gladius ad thesauros eius, qui diripientur. Siccitas super aquas eius erit et arescent, quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.

Bernardus super psalmum: Qui habitat.

Versu sexto.

Multiplicasti gentem domine Iesu, sed non magnificasti letitiam, quoniam multis sunt vocati, pauci vero electi. Omnes Christiani, & omnes ferē quae sua querunt, nō quae Iesu Christi. Ipsa quoq; ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem quæsum, & tenebrarū negotium transfiere, nec in his salus animarum, sed luxus queritur diuitiarū. Propter hoc tondent, propter hoc frequentant ecclesias, missas celebrant, Psalmos decantat. Pro episcopatibus & archidiaconatibus impudenter hodie decertatur, ut ecclesiarū redditus in superfluitatis & uanitatis usus dissipetur. Superest ut reueletur homo peccati, filius perditionis, demonium non modo diurnum, sed & meridianum, quod non solum non transfiguratur in Angelū lucis, sed extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.

Bernardus in sermone de conuersione Pauli.

Heu heu domine Deus, quia ipsi sunt in persecutōne tua primi, qui uidētur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Syon occupauerunt, apprehenderunt munitiones,

Antichristius filius perditoris dicitur.

tiones, & uniuersam deinceps libere & potestatiue tradūt in Mores ec-
cendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio, plebis tuæ misericordia de-
rabilis subuersio est. Atque utinam sola hac parte nocerent. plorat.
Eset forte qui dominica præmonitus & præmunitus exhorta-
tione daret operam, ipsorum non exempla imitari, sed obser-
uare præcepta. Iuxta illud: Quæ dicunt facite, & ad opera eo-
rum nolite respicere. Nunc autem dati sunt sacri gradus in oc-
casione turpis lucri, & quæstum æstimant pietatem. Copio-
fissimæ siquidem pietatis inueniuntur in suscipenda, immo acci-
pienda magis animarum cura, sed hæc apud eos cura minor,
& de animarum salute nouissima cogitatio est. An uero salua-
tori animarum grauior ulla esse poterat persecutio? Inique-
agunt & cæteri contra Christum, multique sunt nostris tem-
poribus Antichristi, & cætera.

Idem Bernardus super Cantica, sermo-
ne tricesimotertio.

Videte primituam ecclesiam, si non primo peruasa est acrè Persecutio-
ter nimis à timore nocturno. Erat enim nox quando omnis nesprimi in
qui interficeret sanctos arbitrabatur obsequium se præstare uę ecclesiæ
Deo. Hac autem tentatione deuicta, & sedata tempestate, incly-
ta facta est, & iuxta promissionē à se factā in breui positam in
superbiā seculorū. Et dolens inimicus, quod frustratus esset
à timore nocturno, conuertit se callide ad sagittam uolātem
in die, & uulnerauit in ea quosdam de ecclesia. Et surrexerunt
homines uani, cupidi gloriæ, & uoluerunt sibi facere nomē, &
exeuntes de ecclesia, diu eandem matrem suam affixerunt in
diuersis & peruersis dogmatibus. Sed hæc quoq; pestis depulsa
est in sapientia sanctorum, sicut & prima in patientia marty-
rum. En tempora ista libera quidem Deo miserante, ab utraq;
illa malitia, sed planè fœda à negotio perambulante in tene-
bris. Væ generationi huic à fermento pharisæorū, quod est hy-
pocrisis, si tamē hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abū Tempora
dantia non ualeret, & præ impudentia non querit. Serpit hodie nostra pe-
nitus inimicus hereticus, mitteretur foras, & areseret: si ui-
lentus inimicus, absconderet se forsan ab eo. Nūc uero quæ eit
cet, aut à q; abscondet se? Oēs amici, & oēs inimici, oēs necef-
farii

sarij, & omnes aduersarij, omnes domestici, & nulli pacifici, omnes proximi, & oēs quae sua sunt querunt. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo, honorati incedunt de bonis domini, cui domino honorem non deferunt. Inde is quē quotidie uides meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, inde aurū in frenis, in cellis & calcaribus, & plus calcaria q̄ altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis, & cyparis, inde comedationes & ebrietates, inde cithara, & lyra, & tibia, inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eruūtātia ex hoc in illud. Inde dolia pigmetaria, inde referta marupia, pro huiusmodi uolunt esse, & sunt ecclesiæ præpositi, decani, archidecani, episcopi, archiepiscopi. Nec enim hæc merito cedunt, sed negotio illi, quod perambulat in tenebris. Olim

Esaiae 38 prædictum est, & nunc tempus adimplectionis aduenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amerior post in cōfictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina & insanabilis est plaga ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, & non est Pax.

Esaiae 1 Pax à paganis, & pax ab hæreticis, sed non profecto à filiis.

Antichristus dæmonium meridianum que perambulante in tenebris. Superest ut iam de medio fiat dæmonium meridianum ad seducendos, si qui residui sunt in Christo, adhuc permanentes in simplicitate sua. Ipse enim est dianum dicatur, & extolleatur supra id quod dicit, aut quod colitur Deus, quem dominus I E S U interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, utpote uerus & æternus meridies, sponsus & aduocatus ecclesiæ.

Deuteronomij tricesimo secundo: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutare suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam cōcitauerunt. Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabant.

DE ANTICHRISTO.

479

rabant. Noui recentesque uenerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui, & cætera. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & iritaue-
runt in uanitatibus suis, & cætera. De uinea Sodomo-
rum uinea eorum, & de suburbanis Gomorræ. Vua
eorum uua fellis, & botrus amarissimus. Fel draco-
num uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile.
Nōnne hæc condita sunt apud me, & signata in the-
sauris meis? Mea est ultio, & ego retribuā eis in tem-
pore, ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditio-
nis, & adesse festinant tempora. Iudicabit dominus
populum suum, & in seruis suis miserebitur.

Sophoniæ primo: Et extendam manum meam su-
per Iudam, & super omnes habitatores Hierusalē, &
disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædi-
tuorum cum sacerdotibus, & eos qui adorāt super te
cta militiam cœli, & adorant & iurant in domino, &
iurant in Melchon, & qui auertuntur de post ergum
domini, et qui non quæsierunt dominum, nec inuesti-
gauerunt eum. Silete à facie domini Dei, quia iuxta
est dies domini. Quia præparauit dominus hostiam,
sanctificauit uocatos suos. Et erit in die hostię domi-
ni uisitabo super principes, et super filios regis, et su-
per omnes qui induiti sunt ueste peregrina. Et uisita-
bo super omnem qui arroganter ingreditur super li-
men in die illa, qui complent domum domini Dei sui
iniquitate et dolo, et cætera. Et edificabunt domos, et
non habitabūt, et plantabūt uineas et non bibēt uinū
earum. Iuxta est dies domini magnus, iuxta est et ue-
lox nimis. Vox diei domini amara, tribulabit ibi for-
tis. Dies iræ dies illa, dies tribulatiōis et angustiæ &c.

Esaie

DE ANTICHRISTO.

Esaïe uigesimotertio: Post septuaginta annos erit Tyro quasi canticum meretricis. Sume citharam, circum ciuitatem, meretrix obliuioni tradita.

Esaïe sexagesimosexto: Quia ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suum, & cætera.

Esaïe nono : Et disperdet dominus ab Israël caput & caudam incuruantem & deprauatam die una, longæuus & honorabilis ipse est caput, & propheta docens mendacium ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populum istum, & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc super adolescentulis non lætabitur dominus, & pupillorum eius & uiduarum non miserebitur. Quia omnis hypocrita est & nequam, & uniuersum os locutum est stultitiam, & cætera. In ira domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcer, & declinabit ad dexteram & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisque carnem brachij sui uorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, & simul ipsi contra Iudam.

Esaïe uigesimotertio : Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius incliti terræ? dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret uniuersos inclitos terræ.

Hieremiæ tricesimosecundo: Ecce munitiones extrectæ sunt aduersum ciuitatem ut capiatur, & urbs data est in manus Chaldeorum & in manus regis Babylonis qui præliantur aduersus eam à facie gladij & famis & pestilentiaz: & quæcunque locutus es acciderunt,

DE ANTICHRISTO.

479

runt, ut tu ipse uides. Et tu dicas mihi domine Deus:
eme agrum argento, & adhibe testes, cum urbs data
sit in manus Chaldaeorum. Et factum est uerbum do
mini ad Hieremiam dicens: Ecce ego dominus Deus
uniuersæ carnis. Nunquid mihi difficile erit omne
uerbum? Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego tra
dam ciuitatem istam in manus Chaldaeorum & in
manus regis Babylonis, & capiet eam et ueniēt Chal
daei præliaentes aduersum urbem hanc & succendent
eam igni, & comburent eam & domos in quarum do
matibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis li
bamina, ad iritandum me. Erant enim filii Israël &
filii I V D A iugiter facientes malum in oculis meis
ab adolescentia sua, filii Israël qui usque nunc exacer
bant in opere manuum suarum dicit dominus: quia
in furore & in indignatione mea facta est mihi ciui
tas hæc, à die qua ædificauerunt eam, usque ad diem
istam qua auferetur de conspectu meo, propter ma
litiam filiorum Israël & filiorum I V D A, quam fece
runt ad iracundiam me prouocantes, ipsi & reges eo
rum, & principes eorum, & sacerdotes eorum, & pro
phetæ eorum uiri I V D A, & habitatores Hierusa
lem. Et uerterunt ad me terga & non facies cum do
cerem eos, & erudirem diluculo: & nollent audire ut
acciperent disciplinam. Et posuerunt idola sua in do
mo in qua inuocatum est nomen meum, ut pollueret
eam, & ædificauerūt excelsa Baal, quæ sunt in ualle fi
lii Ennon, ut initiarēt filios suos & filias suas Moloch
quod non mandaui eis, nec ascēdit in cor meum ut fa
cerent abominationem hanc, & in peccatum deduce
rent Iudam. Et nunc propter ista hæc dicit dominus
Deus Israël ad ciuitatē hanc, de qua uos dicitis qđ tra
datur

datur in manus regis Babylonis in gladio , & in fame, & in peste. Ecce ego congregabo eos de uniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo , & in ira mea, & in indignatione grandi , & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam cōfidenter, et erunt mihi in populum , & ero eis in Deum . Et dabo eis cor unum & uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus, & bene sit eis & filijs eorum post eos.

Chrysostom⁹ in opere imperfecto in Matthæum, Homelia quadragesima octaua , ex capite uigesimo quarto. Et erunt fames & pestilentia, & cætera.

Omnia autem hæc initia sunt parturitionis, id est, pseudo christi uenientis , & auditio[n]es præliorum, & insurge[n]s gens contra gentem, & fames, & pestilentia, terræmotus. Sicut hæc omnia corporaliter intellecta, initia fuerūt malorum Iudeis, incrementum autem desolatio fuit Hierusalem : sic spiritualiter hæc intellecta, initia fuerunt Christianis, incrementum autem fuit oppressio ecclesiæ. Sicut ergo certamina hæresum initia fuerunt parturitionis, quomodo nō intelligimus, quia ex quo hæreses natæ sunt , & discessio facta est multorum, ex eo consummatio cœpit? (Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos , & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.) Aestimo quod hic iam deficit expositio corporalis, ut de tempore illo dicamus quo Hierusalem capta est à Romanis. Ex eo quod dicit: Tunc tradent in tribulationem, quoniam Apostoli, & ceteri Christiani tunc cœperunt pati persecucionem, quando illa omnia cœperunt præparari cōtra Hierusalem, & non potius ab initio, ex quo Christus ascendit, sicut Actus Apostolorum testatur: Planè igitur spiritualiter intelligere conuenit, quia quando hæc omnia cœperunt fieri cōtra ecclesiam Christi, id est, quando cœperūt esse dogmata falsa, quasi pseudochristi, quando cœperunt auditio[n]es fieri, quādo cœpit insurgere hæresis super hæresim , & episcopatus super episcopatum, quādo facta est fames uerbi in populo Christiano, quando comprehendenterunt eos pestilentia uitiorum mulierum , quando facti sunt in eis terræmotus turbationum de rebus diuinis, tunc traditi sunt patres nostri in multas tribulationes

Signa An-

tichristi ad

uentus.

Tempore
Antichri-
sti fideles
multa pa-
tientur.

Iationes persecutionum in toto mundo, & occisi sunt, & quidam odio habiti sunt omnibus gentibus, id est, omnibus hære-
fibus. (Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.) Etiam ex his uerbis ostenditur, quo modo hæc non dicuntur de tempotibus Apostolorum, quando Hierusalem fuit capienda: quoniam tunc pauci scandaliza-
bantur, pauci Christiani inuicem se tradebant, quia nec odie-
bant inuicem, sed erat omnium creditum cor unum, & ani-
ma una: Sed de nostris dicit, in quibus plures scandalizati sunt poribus.
 & scandalizantur à fide, quam confirmantur in fide. Nunc al-
terutrum & tradiderunt, & tradunt, quomodo & odiunt se al-
terutrum: ita ut nec in duobus sinceram inuenias charitatē,
non dicā in multis. (Et multi pseudoprophetæ exurgēt, & se-
ducunt multis.) Prophetæ dicuntur, nō solum qui de Christo
annuntiauerunt, nec qui omnino futura loquuntur, sed docto-
res dicunt prophetæ. Ergo pseudoprophetas, pseudodoctores Diuersa ge-
appellat hæresum diuersarū, aut illos quos modo uidemus di-
uersis argumentis religionis speciem prætendentes. Alij enim sum.
 Se dicunt neque manducare, neque dormire, neque algere, ne-
que aestuare, sed semper pendere in aëre. Alij autem uestiti cili-
cīs, aut circumdati catherinis, socia sibi dæmonia commouen-
tes: & quia gratiam Dei non habent, patrocinia dæmonū com-
mendant. Sed & hæc talia rursum sunt, & si insensatos fallit,
per hæc tamen non seducuntur sapientes. Alij autem sunt, qui
uehementer seducunt, quoniam & si mendaciter, tamen Chri-
stum prædicant, fidem annuntiant: quoniam sic ecclesias ha-
bent, sic ordines clericorum, sic fideles, sic lectiones legunt di-
uinās, eadem dare uidentur baptisata, eadem sacramēta cor ceremo-
poris & sanguinis Christi. Similiter Apostolos & Martyrēs nias habē-
colunt. Per hæc ergo ualde tenebrescere faciunt mentes non
solum mediocrum hominum, sed etiam prudentum. Quem Opera &
ex parte nō moueat Antichristus faciens opera Christi, & an miracula
te Christianos officia uniuersa explens Christianorum nisi Antichri-
 forte illum qui cōsiderat quod Apostolus ait: Cum enim ipse sti.
Satanas transfigurat se in angelum lucis. Quid magnum est, 2. Cor. ii
& si ministri eius transfigurentur, sicut ministri iustitiae, quo-
rum finis erit secundum opera eorum, non secundum schema
ta Christianitatis eorum.

Abdiæ primo: Superbia cordis tui extulit te ha-

Hh bitan-

Cap. 24
Matth. scri

bit de no-
stris tem-

sunt poribus.

.

bitantem in scissuris petrarum , exaltantem solium tuum . Qui dicis in corde tuo , quis detrahet me in terram ? Si exaltatus fueris ut aquila , & si inter sidera posueris nidum tuum , inde detraham te dicit dominus . Si fures introissent ad te , si latrones per noctem , quo modo conticuisses ? Nonne furati essent sufficientia sibi ? Si uindemiatores introissent ad te , nūquid saltem racemum reliquissent tibi ? Quomodo scrutati sunt Esau : Inuestigauerunt abscondita eius . Visque ad terminum emiserunt te , & omnes uiri foederis tui illusereunt tibi . Inualuerūt aduersum te uiri pacis tuae . Qui comedunt tecum ponent infidias subter te . Non est prudentia in eo . Nunquid non in die illa dicit dominus perdam sapientes de Idumaea , & prudentiam de monte Esau . Et timebunt fortis tui à meridie , ut intereat uir de monte Esau : Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob , operiet te confusio , & peribis in æternū . In die qua stares aduersus eum , & cetera . Et non concludes reliquos eius in die tribulationis , quoniam iuxta est dies domini super omnes gētes . Sicut fecisti siet tibi , retributionem tuam conuertent in caput tuum . Quomodo enim bibisti super montem sanctū meum , bibent omnes gentes iugiter , & absorbebunt , & erunt quasi non sint . Et in monte Sion erit saluatio , & erit sanctus , & possidebit domus Iacob eos qui se possederāt . Et erit domus Iacob ignis , & domus Ioseph flamma , & domus Esau stipula . Et succendentur in eis , & deuorabunt eos , & non erunt reliquiæ domus Esau , quia dominus locutus est , &c . Et ascendent saluatores in monte Sion , iudicare montem Esau , & erit domino regnum .

Sophoniae secundo & tertio : Hæc est ciuitas gloriosa

DE ANTICHRISTO.

483

riosa habitans in cōfidentia, quē dicebat in corde suo:
 Ego sum, & extra me non est alia amplius, quomodo
 facta est in desertum, cubile bestiæ? Omnis qui tran-
 sit per eam fibilabit, & non mouebit manum suam.
 Vx prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Non
 audivit uocem, & non suscepit disciplinam. In domi-
 no non est confisa, ad Deum suum non appropinqua-
 uit. Principes eius in medio eius quasi leones rugien-
 tes. Iudices eius lupi uespere, non relinquebant in ma-
 ne. Prophetæ eius uæsani, uiri infideles. Sacerdotes
 eius polluerunt sanctū, iniuste egerunt cōtra legem.
 Dominus iustus in medio eius, nō faciet iniquitatem.
 Mane iudicium suum dabit in luce, & non absconde-
 tur, & cætera. Quia tūc auferam de medio tui magni
 loquos superbiæ tuæ, & nō adjicies exaltari amplius
 in mōte sancto meo. Et derelinquam in medio tui po-
 pulum pauperem & egenum, & sperabunt in nomi-
 ne domini. Reliquæ Israël nō facient iniquitatē, nec
 loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eo-
 rum lingua dolosa, & cætera. Nugas quē à lege reces-
 ferant congregabo, quia ex te erant, ut ultra non ha-
 beas super eis opprobrium. Et ecce ego interficiam
 omnes qui afflixerunt te in tempore illo, & saluabo
 claudicantem, & eam quæ electa fuerat congregabo.
 Et ponam eos in laudem & in nomen, & in omni ter-
 ra confusiones eorum, in tempore illo quo adducam
 uos, & in tempore quo congregabo uos, & cætera.

Iudicium decimonono: Non ingrediar oppidū gen-
 tis alienæ, quæ non est de filijs Israël, & cætera.

Hieremij quinquagesimoprimo: Fugite de medio
 Babylonis, ut saluet unusquisq; animā suam. Nolite
 tacere super iniquitate eius, quoniam tempus ultio-

nis eius est à domino, uicissitudinem ipse retribuet ei.
Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians omnem terram. De uino eius biberunt omnes gentes,
& ideo commotæ sunt.

Amos quinto: Nunquid non tenebræ dies domini,
& non lux sed caligo, & non splendor in ea?

Zachariæ secundo: O, ô, ô, fugite de terra aquilonis
dicit dominus, quoniam in quatuor uentos cœli disper-
si uos, dicit dominus. O Sion fuge, quæ habitas apud
filiam Babylonis, & cætera.

Esaïæ sexto: Audite audientes me, & nolite intelli-
gere, & uidete uisionem & nolite cognoscere. Excae-
ca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos
eius clade, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis
audiat, & corde suo intelligat, & conuerta & sanem
eum. Et dixi: Usquequo domine? Et dixit: Donec deso-
lentur ciuitates absque habitatore, & domus sine ho-
mione, & terra relinquetur deserta, & longe faciet do-
minus homines. Et multiplicabitur quæ derelicta fue-
rat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & con-
uertetur & erit in ostensionem sicut terebinthus, & si-
cuit quercus quæ expandit ramos suos. Semē sanctum
erit id quod steterit in ea.

Proverbiorum uigesimo uno: Cum prophetia de-
fecerit, dissipabitur populus: qui uero custodit legem
beatus est.

Danielis nono: Et post hebdomadas sexaginta
duas occiderur C H R I S T U S, & non erit eius po-
pulus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctua-
rium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis
eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio: Co-
firmabit autem pactum multis hebdomada una, et in
dimidia

DE ANTICHRISTO.

48

dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, &
erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad cō
summationem & finem perseverabit desolatio.

Chrysostomus in opere imperfecto in Matthæū,
Homelia xlix. ex capite uigesimoquarto.

Cum ergo uideritis abominationem desolationis stantem,
& cetera. Hoc est, cum uideritis ea prælia iam stātia circa Hic
rusalem, quæ ante audiebatis. Similiter & in fine mundi, & in
Antichristo intelligendū est spiritualiter, quando & hæreses,
& fames, & pestilentias, & illa omnia ante præcesserūt, nouissimū
me autem abominatione desolatiōis stetit in loco sancto, id est,
exercitus Antichristi . Exercitus autē Antichristi sunt omnes Hæreses
hæreses, præcipue ista, quæ obtinuit ecclesiæ locum, & stetit in sunt exer.
loco sancto, ita ut uideatur quasi uerbum ueritatis stetisse, cū citus Anti
non sit uerbum ueritatis, sed abominatione desolationis, id est, christi.
exercitus Antichristi , qui multorū animas reddidit desolatas
a Deo. Et hoc est forte, quod Apostolus dicit: Qui aduersatur, 2. Tessal. 3
& extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colit,
ita ut in templo Dei, quasi Deus sēdeat, ostendens se quasi sit
Deus. Et sic omnia illa mala hæresum diuersarum, quæ ante
audiebantur tantum, postea steterunt in loco sancto desola
tia ecclesiam Christi . Ex quo data sibi licentia, corporunt oēs
publice habere ecclesiās. Et nos quidem exposuimus hic audi
tiones præliorum, & fames, & terræmotus, & pestilentias, au
ditiones hæresum, & inopias uerbi, & concussions Christian
orum, & corruptiones morum, quæ ante præcesserunt à tem
pore Constantini usque ad tempus Theodosij . Abominatio
nem autem desolationis diximus esse hāc ipsam hæresim, quæ
occupauit sancta ecclesiæ loca , & multos desolauit à fide , &
ipsum exercitum Antichristi , & ceteras hæreses, quæ corpe
runt publice habere ecclesiās , locum obtinentes ecclesiæ san
ctum. Si quis autem auditiones quidem præliorum, fames &
turultus, & pestilentias intelligat esse omnia hāc mala spiri
tualia, quæ facta sunt tempore Constantini simul & Theodo
sij usque nunc: abominationem autem desolationis intelligat
esse ipsum Antichristum , qui postmodum uenire speratur, & Antichris
tum obtinere loca ecclesiārum sancta sub specie Christi , & multos si regnū
fidelium desolare, non irrationabiliter dicit. Nam siue ista hæ quale erit.

refis quæ iam tenuit, siue populus ille, qui postmodum cum ipso Antichristo est futurus, recte exercitus intelligitur esse Antichristi. Et sic Prophetæ uerba significant magis de consummatione mundi: prophetia autem, sicut docet Christus, ad utrum

Danielis 9 que est dicta. Sunt autem uerba illa sic: In dimidio septimi anni auferetur iuge sacrificium, & abominatio desolationis stabit in loco sancto, usq; ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem. Illic exercitus Romanus dictus est abominatio desolationis, quia ad desolationem redactus fuerat Iudaicum cultum: hic autem Antichristus dicitur abominatio desolationis, quia multorum Christianorum

stus quare animas facturus est desolatas a Deo. Nam anteque caperent Romanii Hierusalem, in dimidio hebdomadis Christus per suam doctrinam tulit de medio iuge sacrificium Iudeorum. Nam dicitur tribus annis & sex mensibus docuisse, qui numerus facit dimidium septem annorum: ut illud sacrificium quod iugiter fuerat in usu, tolleretur de medio, & offerretur sacrificium laudis in uoce, & sacrificium iustitiae in operibus, & sacrificium pacis per eucharistiam, usq; ad finem seculi tumultus est, quia Iudaica consuetudo de sacrificiis offerendis nunquam est reparanda, &

Quid sit fure ad montes. Id est, qui sunt in Christianitate, conferat se ad scripturas. Sicut enim uerus Iudeus est Christianus dicente Apostolo, non

qui in manifesto Iudeus est, sed qui in occulto: sic uera Iudea Christianitas est, cuius nomen intelligitur confessio. Montes autem sunt scripturæ Apostolorum aut Prophetarum, de quibus dictum est: Illuminas tu mirabiliter a montibus aeternis.

Psal. 85 Et iterum de ecclesia dicit: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et quare iubet in tempore omnes Christianos conferre se ad scripturas? Quia in tempore hoc, ex quo obtinuit heresia

Ecclesia illas ecclesias, nulla probatio potest esse uera Christianitatis, Christi non neque refugium potest esse Christianorum aliud, uolentiū cognoscere fidem ueritatem, nisi scripturæ diuinæ. Antea enim multis modis ostendebarur, quæ esset ecclesia Christi, & quæ gentilium Dei. tas: nunc autem nullo modo cognoscitur, uolentibus cognoscere quæ sit uera ecclesia Christi, nisi tantummodo per scripturas. Quare? quia omnia hec quæ sunt proprie Christi in ueritate, habent & hereses illæ in schismate: similiter ecclesias, similiter & ipsas scripturas diuinæ, similiter Episcopos, ceterosq; ordines

ordines clericorum, similiter baptismum, aliter eucharistiam, & cetera omnia, denique ipsum Christum. Volens ergo quis cognoscere quae sit uera ecclesia Christi, unde cognoscat in tantæ confusione similitudinis, nisi tantummodo per scripturas?

Item ex moribus ipsis prius intelligebat ecclesia Christi, quæ In primitudo conuersatio Christianorum aut omnium, aut multorum erat sancta ecclesia etia, quæ apud impios non erat. Nunc autem aut tales, aut pecunieres facti sunt Christiani, quales sunt heretici aut gentiles. Adhuc autem & maior continentia apud illos inuenit, quæ in schismate sint, q[uod] apud Christianos. Qui ergo uult cognoscere, quæ sit uera ecclesia Christi, unde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas? Sciens ergo dominus tantam confusione rerum Vnicū con in nouissimis diebus esse futuram, ideo mandat, ut Christiani filii dñi in qui sunt in Christianitate, uolentes firmitatem accipere fidei nouissimis ueræ, ad nullam rem fugiant, nisi ad scripturas. Alioqui si ad temporibus alias respexerint, scandalizabuntur, & peribunt, non intelligunt fugere gentes quæ sit uera ecclesia. Et per hoc incident in abominationem desolationis, quæ stat in sanctis ecclesiæ locis.

In eadem Homelia.

(Si quis dixerit uobis, ecce in solitudine est, nolite exire) sed ducere enim uos uolunt. Sed dicat aliquis: Quid enim? Si fideles tunc non exierint in desertum, aut non intrauerint in domos, nunquid per hoc ipsum poterint declinare periculum, maxime cum tunc Antichristus uniuersa ubique cotineat, & intus & foris, & in ciuitate & in deserto? Sed uide quoniam haec dices Fideles erunt latentes in nouissimis temporibus. (Si quis uobis dixerit, ecce in domibus, nolite credere.) Iniuriarum enim facitis diuinitati, si in domibus illam que ritis, quæ implet cœlum & terram: aut si latere putatis, qui uenit superbis resistere, & humiles exaltare. Ostendens per haec, quomodo ex ipsis ecclesijs ueris frequenter excent seductores, propterea nec ipsis omnino credendum est, nisi ea dicant uel faciant, quæ conuenientia sunt scripturis. Vos ergo nolite exire, nolite credere. Quia sicut fumus ante ignem praecedunt, ante uictoriani pugna: sic & ante gloriam C H R I S T I, tentatio Antichristi, & cetera.

Nulli credendū præter scripturam.

Esaiae uigesimo octauo: Consummationem enim & abbreviationem audiui à domino exercituum super uniuersam terram.

Esaiae decimo: Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreviationem dominus D E V S exercituum faciet in medio omnis terræ. Propter hoc hæc dicit dñs Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur. In uirga eñ percutiet te, & baculum suum leuabit super te in uia Aegypti. Adhuc enim paululum modicumq; , & consummabitur indignatio mea & furor meus super scelus eorum. Et suscitabit super eum dominus exercituum flagellum iuxta plagā Madian in petra Oreb, & uirgam suam super mare: & leuabit eam in uia Aegypti. Et erit in die illa, aufereatur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescat iugum à facie olei, &c.

Ioannis decimo sexto: Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Absq; synagogis faciēt uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se p̄stare Deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me.

Zachariæ quinto: Et conuersus sum, & leuavi oculos meos, et uidi. Et ecce uolumen uolans. Et dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: Ecce ego uideo uolumē uolans, longitudo eius uiginti cubitorū, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terra: quia omnis fur sicut scriptum est ibi iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dñs exercituum, & ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur

bitur in medio domus eius, & consumet eā, ligna eius
& lapides eius, & cætera.

Theophylactus in Matthæum capite uigesimo-
quarto: Qui autem perseverauerit usq; in finem hic
saluus erit.

Prædicta euentura mala, animans suos discipulos per hoc
quod prædictit. Nam inexpectata terrere & turbare consue- Iacula præ-
uerunt. Præmitigat igitur timorem prædicendo futura gra- uisa minus
uia odia, inimicitias, offensiones, pseudoprophetas, qui præ- feriunt.
cursores sunt Antichristi, seducentes multos, ita ut in omni
iniquitate obstinentur. Quia autem multiplicabitur iniqui-
tas per imposturas Antichristi, exasperabuntur & efferi erūt
homines, ita ut neq; cum familiarissimis ullum seruent chari-
tatis uinculum, sed mutuum se tradant. Qui autem perseue-
raverit, & fortiter tulerit, neq; cesserit, his quæ inferētur tūc
saluus erit, & comprobabitur strenuus miles.

Theophylactus in Lucam, capite decimoctauo.

Itaq; qui docuit & monstrauit nobis quod in tempore con-
summationis seculi opus sit oratione, ut in futuris periculis Pauci fide
durare ualeamus, subdit: Nunquid filius hominis quum ueneles inuenierit,
inueniet fidē in terra? Qua interrogatiōis figura raros diuntur in
cit inueniri fideles. In tantum enim inualescet filius iniquita nouissimus
tis, ut possibile sit, quod seducat etiam electos. In raris em̄ so-
let huiusmodi interrogandi figura uti, sicut & quā dicit: *Quis*
putas fidelis est & prudens seruus? Atq; hoc loco idem signi- Matt. 24
ficans, quod pauci numero erunt, qui erga Deū & inter se fidē
seruabūt, hac interrogatione usus est. Merito autē sermoni de
oratione, sermonē de fide cōnexuit, qm̄ omnis orationis fun-
damētum ac basis est fides. Nisi enim crediderit homo, q; hoc
quod petit accepturus fit in suam utilitatem, uana est oratio
quā facit. Et propterea dominus de oratione docens, etiā fidei
meminit, declarans interim, paucorū fore tunc orare, qñqui-
dē fides in paucis inueniet. Igitur quā uenerit dominus in nu-
be, non inueniet fidem super terrā, nisi in paucis &c.

Fides ora-
tionis fun-
damētū est

Numeri decimosexto: Recedite à tabernaculo ho-
minum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos per-
tinent, ne involuamini in peccatis eorum.

DE ANTICHRISTO.

Numeri uicesimo primo: Ignis egressus est de Ese bon, flamma de oppido Seon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Væ tibi Moab, periisti popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorreorū Seon, & cætera.

Tertio Regū xxij. Helchias librū legis repperit in domo Domini, & cætera. Scribæ uero legerunt,

Iohelis primo: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. Experciscimini ebrij & flete, ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam periit ab ore uestro. Gens enim ascendet super terrā meam, fortis et innumerabilis. Dentes eius ut dentes Ieronis, & molares eius ut catuli leonis. Posuit uineā meam in desertum, & sic uineā decorticauit. Nudans spoliauit eā et proiecit, albi facti sunt rami eius. Plāge quasi uirgo accincta sacco super uirum puber tatis suæ. Periit sacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio, luxit humus, quoniam deua statum est triticum. Confusum est uinum & elaguit oleum. Confusi sunt agricolæ, ululauerunt uinitores super frumento, uino, & hordeo, quia periit messis agri, & ceter. Et clamate ad dominum: Ah, ah, ah dici, quia prope est dies Domini.

Primo Machabæorum septimo: Tu Domine ele-
gisti istam ad inuocandum nomē tuum in ea, ut esset
domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac
uindictam in homine isto & exercitu eius, & cadant
in gladio. Memento blasphemias eorum, & ne dede-
ris eis ut permaneant.

Eccle-

DE ANTICHRISTO.

491

Ecclesiastici quadragesimo septimo: In cantilenis & proverbijs, & comparationibus, & interpretacionibus miratæ sunt terræ, & in nomine domini Dei, cui est cognomen Deus Israël. Collegisti quasi auricalchum aurum, & ut plumbum complesti argentum, inclinasti fœmora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad libertos tuos, & in cæteris stultitiam tuam, ut factes imperium bipertitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet nec delebit opera sua: neq; perdet à stirpe ne potes electi sui, & semel eius qui diligit dominum non corrumpet.

August. in epistolam Ioannis, tractatu tertio.

Omnes certe qui exeunt de ecclesia, & ab unitate ecclesiae præciduntur, Antichristi sunt. Nemo dubitat, ipse enim definiens: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si sti q; sunt. fuissent ex nobis, permäfissent utiq; nobiscum. Quicq; ergo 1.Ioan. 2 non manent nobiscū, sed exēt ex nobis, manifestū est q; Antichristi sunt. Et quomodo probantur Antichristi? Ex men- Quomodo cognoscit dacio. Et quis est mēdax, nisi qui negat quoniā Iesus est Chri antichristus? Interrogemus hæreticos: Quem inuenis hæreticū? qui negat quia Iesus nō est Christus. Videat charitas uestra magnū sacramentum. Attendite quid inspirauerit nobis Deus, & qd insinuare nobis uelit. Ecce exierūt à nobis, & facti sunt Dona tistę. Interrogemus eos utrū Iesus sit Christ⁹, statim confitenatur, quia Iesus Christus est. Si ergo ille est Antichrist⁹, qui negat Iesum esse Christum, nec nos possunt illi dicere Antichristos, nec nos illos, quia & nos confitemur & illi. Si ergo nec illi nos dicit, nec nos illos, ergo nec illi à nobis exierūt nec nos ab ipsis. Si ergo non à nobis exiūimus, in unitate sumus: si in unitate sumus, qd faciunt in hac ciuitate duo altaria: quid faciunt diuisa domus, diuisa coniugia? Quid facit cōmunitas le- Differen- nes & schis- cus, & diuisus Christus: admonet nos, uult nos fateri qd uer- mata anti- est. An ipsis à nobis exierūt, aut nos ab ipsis? Sed absit ut nos ab christianorū. ipisis,

Psal. 2 ipsiſ, habemus enim testamentum dominice hæreditatis, reci-
tamus, & ibi nos inuenimus: Dabo tibi gentes hæreditatem
tuam &c. Si ergo ex nobis exierunt, Antichristi sunt: Si Anti-
christi sunt, mendaces sunt: Si mendaces sunt, negant Iesum
esse Christū. Iterū redimus ad difficultatem quæſtionis. Singu-
los interroga, conſitentur Iesum esse Christū. Coartat nos an-
gustus intellectus in hac epiftola. Videris certe quæſtione. Hæc
quæſtio & nos & ipſos turbat, si nō intelligat. Aut nos sunamus
Antichristi, aut illi sunt Antichristi. Illi nos Antichristos uo-
cant, & dicunt quod exiuiimus ab eis, nos illos ſimiliter. Sed
deſignauit hæc epiftola Antichristos: Quicunq; negat quod
Iesus non fit Christus, ipſe fit Antichristus. Iam ergo quæra-
mus quis neget, & non attendamus ad lingua, ſed ad facta.
Si enim omnes interrogentur, omnes uno ore conſitentur Ie-
ſum esse Christum. Quiescat paululum lingua, uitam interro-
ga. Si inuenēritis hoc, si ipſa scriptura nobis dixerit quia ne-
gatio eorum non tñ lingua fit ſed & factis. Certe inuenimus
multos Antichristos, qui ore conſitentur Christum, & mori-
bus diſſentiūt à Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura? Pau-
lum audi apostolum, de talibus cum loqueretur, ait: Conſite-

Titi. 1 tur enim ſe noſſe Deum, factis aut negant. Inuenimus & ipſos
Antichristos. Quisquis factis negat Christum, Antichristus
eft. Non audio quid ſonet, ſed uideo quid uiuat. Opera loqui-
tur, & uerba requiri muſt. Quiſ enim malus non bene uult lo-
qui! Iam ergo fratres, ſi facta interrogāda ſunt, nō ſolū mul-
ti anti- christi non manifeſtoſ ſunt, ſed multos nōdum
dū ſunt. quiſ Antichristos foras exiuiſſe, ſed multos nōdum
manifestoſ qd foras exierint. Quotquot enim habet ecclēſia
periuros, fraudatores, adulteros, ebrios, fœneratores, man-
goſes, & omnia quæ numerare non poſſumus, ſed contraria
ſunt doctriṇe Christi, cōtraria ſunt uerbo Dei. Verbū aut Dei
Christ⁹ eft. Quicqd cōtrariū eft uerbo Dei, in Antichristo eft.
Antichristus enim contrarius eft Christo. Et uultis noſſe q̄ aper-
te reſiſtāt iſti Christo, aliqñ eueniāt, ut aliquid mali faciant,
& incipiant corripi, quia Christum non audent blaſphemare, miſtriſos eius blaſphemant à quibus corripiuntur. Vnuſ-
quiſq; conſiderans conſciētiā ſuam, ſi mundi amator eft, mu-
tetur, ſiat amator Christi, ne fit Antichristus &c.

Oſcæ ſecundo: Dicite fratribus ueſtris populus
meus,

meus, & sorori uestræ misericordiam consecutæ. Ju-
dicate matrem uestram, iudicatæ: quoniam ipsa non
uxor mea, & ego non uir eius. Auferat fornicationes
suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberum
suorum: ne forte expoliem eam nudam, & statuam
eam secundum diem nativitatis suæ. Et ponam eam
quasi solitudinem, & statuam eam uelut terram in-
uiam, & interficiam eam siti, & filiorum illius non
miserebor: quoniam filij fornicationū sunt, quia for-
nicata est mater eorum, & cætera.

Zachariæ primo: Et leuaui oculos meos & uidi,
& ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui lo-
quebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc
sunt cornua quæ uentilauerunt Iudā & Israël & Hie-
rusalem. Et ostendit mihi quatuor fabros. Et dixit:
Quid isti ueniunt facere? Qui ait dicens: Hęc sunt cor-
nua quæ uentilauerunt Iudam per singulos uiros, &
nemo eorum leuauit caput suum. Et uenerūt isti de-
terrere ea, ut deiçiant cornua gentium, qui leuaue-
runt cornua super terram Iuda, ut dispergeret eam.

Hieremiæ decimotertio: Hæc fors tua parsq; mēn-
suræ tuæ à me dicit dominus: quia oblita es mei &
confisa es in mendacio. Vnde & ego nudaui fœmora
tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua,
adulteria tua & hinnitus tuus, scelus fornicationis
tuæ. Super colles in agro uidi abominationes tuas.
Non mundaberis post me, usquequo adhuc?

Esaïæ quadragesimosecundo: Descēde, sede in pul-
uere uirgo filia Babylon, sede in terra. Non est soliū
filia Chaldaeorum, quia ultra non uocaberis mollis
& tenera. Tolle molam & mole farinā: Denuda tur-
pitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura,
transi

transi flumina. Reuelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor noster dominus exercituum, nomen illius sanctus Israël. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldaeorum, quia non vocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum, cōtaminaui hæreditatē meam, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. Super semen aggrauisti iugū tuum ualde, et dixisti: In sempiternū ero domina. Non posuisti hæc super cor tuū, neq; recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego sum et non est præter me amplius. Non se-debo uidua, et ignorabo sterilitatē. Venient tibi duo hæc subito in die una, sterilitas et uiduitas etc.

Hieremiae quinquagesimoprimo: Ecce ego ad te mōs pestifer ait dominus, qui corrumpis uniuersam terram. Et extēdam manū meam super te, et euoluā te de petris, & dabo te in montē combustionis: et nō tollent de te lapidē in angulū, et lapidē in fundamento, sed perditus in æternum eris, ait dominus.

Micheæ primo: Principium peccati est filię Sion, quia in te inuēta sunt scelera Israël. Propterea dabis emissarios super hæreditatem Geth, domus mendacij in deceptionem regibus Israël.

Origenes in Matth. Hom. uigesima nona.

Locus sanctus est, sacra scriptura.
Et primum quidem suscipiamus uerbum de abominatione desolationis stantem in loco sancto. Debet enim qui legit diligens esse, & intelligere, ut nō seducatur à desolationis abominatione. Locus igit sanctus intelligibilis est omnis dictio scripturarum diuinæ, quā locuti sunt sancti prophetæ qui fuerūt a seculo, Moyses, & post eū cæteri. Non solū aut, sed etiam dictio euangelistarum, uel apostolorum Iesu Christi. In hoc ergo loco sancto omnium scripturarum, tam ueteris testamēti quā noui.

Antichri-

Antichristus, quod est falsum uerbum, stetit frequenter, per hoc ipsum quod stare uidetur in scripturis diuinis, ostendens se quasi sit Deus, & quasi ipse sit Christus Dei uerbum, & ipse est abominatione desolationis. Est enim frequenter uidere in aguinentationibus impijs dogmatum, apud haereses abominationem desolationis, id est, Antichristum uerbū falso abominationem desolantem à Deo omnem hominem, qui receperit eam in se abominationē aduersantē ueritati, extollentē se super omne uerbum, quod est extra eū, quod annuntiatitur esse uerbū Dei, extollentē se, & super omne quod unusquisque hominum colere uult, siue uere, siue mendaciter. Nam unumquodque haereticum dogma, non solum ueritati aduersat, sed etiam ceteris dogmatibus similiter falsis. Et quoniam sic extollitur, ut etiam in templo scripturarum sedeat, per ipsum temulum, id est, per ipsas scripturas uolens se ostendere, quoniam ipse uere est Deus uerbum: semper ergo quod diuinus legit scripturas, intelligat eas, maxime quoniam uiderit abominationē desolationis secundum ea quae diximus, stantem in eo quem exposuimus loco sancto sanctorum scripturarum. Qui autem intellexerit eū, destruet uera traditione, id est, illuminatione aduentus Christi, qui est ueritas, eum uerbum qui in alieno loco sancto stare uidetur: & intelligens talem abominationē desolationis, irritatā faciet eā, & expellat à loco sancto in quo stare uidetur. Maxime autem destruet eum Christus qui loquitur in eo uerū lumen. Iste autem Christus si in aliquo loquatur, uolenti audire & prodicari, non infirmatur, sed omne falso uerbum, quod est abominatione desolationis stans in loco sancto, & sedens in templo Dei quod est Antichristus, interficiet spiritu oris sui, per eos qui se præbuerint capaces ipsius. Quod uerbum falso frequenter non stat, sed etiam sedet in templo, quando quasi rationabiliter, & bene constructum uidetur. Qui autem uident hanc abominationem desolationis, ita ut possint de ea dicere. Non enim ueritatis eius ignoramus, in eo dum legunt intelligentes quae uera sunt, fugiant falso, & recedant ubi eos mendacium comprehendere non ualebit. Non autem potest comprehendere mendacium eos qui ex Iudea litera fugiunt ad spiritualia, & intelligibilia, & sublimes ueritatis montes & cetera.

Hæretici
etiam inuicem
contrarii
sunt.
Eadē leges
in hist. eccl.
cle. ib. 5
cap. 28.

Verbum fal-
sum aliquā
sedet in ec-
clesia.

Ezech. uigesimo octavo: Eo quod eleuatū est cor
tuum,

tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, in corde maris, cum sis homo & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non est absconditum a te. Insapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis, in multitudine sapientiae tuae & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuum in robore tuo, & cetera.

In eodem capite: In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eleci te de monte sancto Dei, et perdidisti te a cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terra proieci te, ante faciem regum dedi te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiatiois tuae polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium uidentium te.

Abacuc secundo: Qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors & non adimpletur. Et congregauit ad se omnes gentes, et coaceruauit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sumunt, et loquelam enigmatum eius? Et dicit uerba qui multiplicat non sua. Vique quo et aggravat contra se densum lutum? Nunquid non repente consurgent qui mordeant te? et suscitabuntur lacerantes te, et eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis, et iniquitatem terrae ciuitatis, et omnium habitantium in ea, & cetera.

Quia

Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit: Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat urbē in iniuitate.

Amos sexto: Detestor ego superbiam Iacob, et dominus eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem uiri in domo una, & ipsi morientur. Et tollet eum propinquus & cōburet eum, ut effera ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est: Nunquid adhuc est penes te? et respōdebit, finis est. Et dicet ei: Tace & ne recordaris nominis domini. Quia ecce dominus mandauit & percutiet domum maiore ruinis, & domum minore scissionibus. Nunquid currere queūt in petrisequi, aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiae in absinthium, qui lætamini in nihil, qui dicitis: Nunquid nō in fortitudine nostra absumpsumus nobis cornua? Ecce ego suscitabo super uos domus Israël, dicit dominus Deus exercituum, gentem, & conteret uos ab introitu Emath usq; ad torrentem deserti.

Origenes in Matthæum, Homelia trigesima.

Exurgent enim pseudochristi.

Generaliter enim unus est Antichristus, species autem illius Mat. 24 multæ, tanquam si dicamus, mendacium generaliter unū est, Antichri secundum differentias autem fallorum dogmatum, inueniū stus unus tur multa esse mendacia. Si enim mendacium nihil differt à est in gñe, mendacio, Puta Basiliidis, aut Marcionis, aut Valentini, aut Apellis, aut aliquorum similium, unum uidetur mendacium. Si autem secundum diuersa dogmata mentiuntur, multi sunt Oēs Christi qui exurgunt. Hi enim sunt Antichristi, & quicunq; post eos Christiani unū surrexerint. Sic ut autem ueri Christi, & unius facti sunt, qui à sunt, sic & seculo fuerū sancti prophetæ, pronunciantes Christi passio Oēs Antichristes, & postmodum glorias eius futuras: sic mihi intellige se- Christiani.

cundum unumquemque pseudochristum multos esse falsos prophetas. Non ergo alicuius unius mendacij doctores, sed omnium pseudoprophetæ sunt illius Antichristi, cuius falsos sermones prædicant, quasi ueros & docent. Secundum ergo hec quæ diximus, qui ecclesiastice docent uerbum, prophetæ sunt Christi: Qui autem Marcionis, uel alicuius eorum prædicant uerbum falso, prophetæ sunt Antichristi, eius qui est secundum Marcionem, id est, illius mendacij quod introduxit Marcion, & alii falsi prophetæ sunt mendacij illius quod est secundum Basiliudem, alii uero illius quod est secundum Apellem. Similiter dices & de prædicatoribus singularum hæresum. Omnia enim persuasoria quæ proferuntur ad defensionem Antichristi uerbi, signa sunt illius Antichristi & prodigia, quæcumque suggestur à sapientissimo omnium bestiarum terræ serpente, & à magno sensu principe Assyriorum signa sunt magna & prodigia, ut in errorem inducatur, si possibile est etiam electi Exaggeratiois autem sermo est, dicens: Si possibile est. Non enim pronunciauit, neque dixit, ut in errorem mittantur etiam electi, sed ostendere uult, quoniam frequenter ualde persuasoriis sunt sermones hæreticorum, & commouere potentes eriam eos qui sapienter audiunt. Sed prædicente nobis omnia saluatore, neque in solitudinem exeamus,

Ois sermo falsus anti christ⁹ est.
Mar. 13

neque qui profitetur Christū in domib⁹ esse credamus. His autem quæ diximus, adjiciamus adhuc, quoniam omnis sermo profitens se esse ueritatem, cum non sit ueritas, siue apud gentiles, siue apud Barbaros, aliquo modo Antichristus est, uolens seduce re quasi ueritas, & separare ab eo, qui dixit: Ego sum ueritas. Propterea non debemus attendere eis qui dicunt: Ecce hic Christus, non autem ostendunt eum in ecclesia quæ plena est fulgore ab oriente, usque ad occidentem, quæ plena est lumine uero, quæ est columna & firmamentum ueritatis, in qua tota totus est aduentus filij hominis, dicentis omnibus, qui ubique sunt: Ecce ego uobis sum omnibus diebus uitæ, usque ad consummationem seculi. Et ubiunque fuerit, quod est secundum dispensationem passionis eius, cadauer eius, qui ideo cecidit, ut erigat eos qui ceciderunt, Illuc congregabuntur non qualescumque, sed aquilæ discipuli. Et unde quoniam non dixit: Vbicunque fuerit cadauer, ibi congregabuntur uultures, aut corui, sed uolens ostendere magnificos, & regales esse omnes, qui in passio-

Matth. 28

Matt. 24

DE ANTICHRISTO.

499

in passionem domini crediderunt, proprie dixit: Vbi fuerit cadauer, illuc congregabuntur & aquilæ.

Hieremiacæ nono: Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nō habeat fidutiā: quia omnis frater supplātans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum deridet, & ueritatem non loquentur. Docuerūt enim linguam suam loqui mendacium, ut inique agerēt labo rauerunt. Habitatio tua in medio doli, in dolo renuerunt scire me dicit dominus.

Hiere. xiii. Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges nostri qui sedēt de stirpe Dauid super thronū eius, & sacerdotes & prophetas, & oēs habitatores Hierusalem ebrietate, & dispergam eos uirum à fratre suo, & patres & filios pariter ait dominus. Non parcā & non concedā, neq; miserebor, ut non dispergam eos. Audite & auribus percipite, no lite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino Deo uestro gloriam anteq; contenebrescat, & anteq; offendant pedes uestri ad montes caliginosos, &c.

Ecclesiastici trigesimo secundo: In uia ruinæ ne cas, & non offendes in lapides, nec credas te uiæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum. Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende.

Michælæ septimo: Ab ea quæ tecum cubat caue ne credas ei, quia filius contumeliam facit patri, filia surgit aduersum matrē, nurus contra socrū suam, inimici hominis uiri domestici eius.

Hieronymus in Michælam, tomo sexto,
capite septimo:

Omnis uiri caput Christus est, & Christus caput ecclesie, ecclesia cō huius sæpe inimici sunt, qui putatur in domo eius esse, id est, tra ecclesiā in ecclesia, & à capite quidem non recedunt, sed contra suum sentiunt Quidā in
II 2 sentiunt

DE ANTICHRISTO.

sentiunt caput, qui absque magistro, & gratia domini, scientiam scripturarum suo iudicio promittentes, inflati sunt, & nihil sciunt, & languent circa quæstiones, & contentiones pugnasq; uerborum, qui uere consenserentes in domo inimici sunt ueritatis. Scire autem debemus, quod in euangelio prope eadē uerba sunt, quæ nunc legimus in propheta & iuxta contextū illius loci alterum habere sensum, quæ utrum assumpta sint de propheta, an propria autoritate præcepta, nosse dominī est, qui & in prophetis, & in euangelijs locutus est. Ait autem illic dominus: Véni diuidere uirum aduersus patrem suum, & filiam contra matrem suam, & nurū aduersus socrum suum, & inimici hominis domestici eius. His itaq; edissertis: si tamen potuimus sensum attingere scripturarum, sanctus refrigeratam intelligens charitatem, & homines in consummatione mundi non esse amatores Dei, sed amatores sui, alris credentibus amicis, & ducibus, & uxoribus, filioq; & filia, & nuru aduersus patrem & matrem, & socrum consurgētibus, & inimici hominis domestici eius, ipse credit in domino, & omnis contemplatio ejus est in Deo suo, & quanquam tribulationibus & pressuris mundi prematur, tñ præter eū qui dicit: Nolite timere, ego uici mundū, in nullo fidutiā habens expectat Deum saluatorem suum: & credens in eo, oculosq; suos ad eum semper dirigens, sperat se exaudiendū quotiens eum inuocauerit.

Mat. 10

Inimici ho
minis do
mestici ei⁹.

Ioan. 16

Esaiæ xxiiij. Ecce dominus nudabit terram & dissipabit eam, & affligeret faciem eius, & disperdet habitatores eius. Et erit sicut populus sic sacerdos, &c.

Amos tertio: Leo rugiet quis non timebit? dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Auditū facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti, & dicite: Congregamini super montes Samariæ, & uidete insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere reatum dicit dominus, thesaurizantes iniquitatem & rapinas in ædibus suis. Propterea hæc dicit dominus Deus: Tribulabitur & circumietur terra, et detraheret ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ, &c.

Esaiæ

DE ANTICHRISTO.

501

Esaiae decimotertio : Vlulate, quia prope est dies domini, quasi uastitas à domino ueniet, propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis cōtabescet & conteretur & cætera . Ecce dies domini ueniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisq; ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum . Obte-nebratus est sol in cœlo suo, & luna non splendebit in lumine suo . Et uiscabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum . Et requiescere faciam superbiā infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo . Preciosior erit uir auro, & homo mundo obryzo . Super hoc cœlū turbabo, & mouebitur terra de loco suo , propter indignationem domini exercituū, et propter diem ire furoris eius, &c. Et erit Babylon illa ciuitas gloria in regnis inclyta in subbia Chaldaeorum subuersa, sicut subuertit dominus Sodomā & Gomorrā . Non habitabit usque in finē, & non fundabitur usq; ad generationē & generationem, &c.

Esaiae decimoquarto : Contruit dominus baculū impiorum, uirgam dominantium, cädentem populos in indignatione plaga insanabili, subijcentē in furore gentes, & persequentem crudeliter, &c. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuū . Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes . Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cœlum ascendam, supra astra Dei exaltabo soliū meū, sedebo in monte te stamenti in lateribus aquilonis . Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo . Veruntamen

Li 3 ad in-

ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te uiderint, ad te inclinabuntur te^{cum} prospiciēt. Nunquid iste est uir qui conturbauit terrā, qui cōcussit regna, qui posuit orbem desertum, & cetera.

Ioannis Chrysostomo septimo, in opere imperfecto, in Matthaeum, Ho. xxxiiij. ex capite uigesimo.

2. Joan. 2 Filioli iam nouissima hora est. Apostolus autem dicit iam aliquam partem duodecimæ horæ transisse sic: Nunc enim prior est nostra salus, quam cum credidimus. Puta erat unde **Roma. 13** Nouissima cima hora. Nostro tempore iam si non est duodecima hora in hora iā est. **tegra**, sed sine dubio modicū restat. In duodecima hora sum^{us}. Vnde putas? quia candor iustitiae iam recessit de mundo, & sol radios gratiarum in se colligens reuocauit, & totam terram nigredo iniquitatum, uel mendaciorum, quasi nox fusca copravit, nisi quia iam & ipsa duodecima hora finiatur? Vbiq; tenebras uides, & dubitas diem transisse? Prius etenim in ualibus sit obscuritas, die declinante ad occasum. Quando ergo colles uideris obscurari, quis dubitat quin iā nox est? Sic primum in secularibus & laicis christianis incipit præualere obscuritas peccatorum. Nunc autem quando iam uides, quod sacerdotes positos in summo uertice spiritualium dignitatum, qui montes & colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenet brosa, quomodo dubitetur, quia finis est mundi.

Certissimum signum non uissimum tem poris. Numeri uigesimoquarto: Robustū quidē est habitaculum tuū, sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cyn, quām diu poteris permanere? Assur enim capiet te.

Amos octauo: Venit finis super populum meum Israël. Non adjiciam ultra ut pertransēam. Et stri debunt cardines tēpli in die illa, dicit dominus Deus. Multi morientur, in omni loco proiecetur silentium. Audite hoc qui cōteritis pauperem, et deficere facitis egenos terræ dicentes: Quādo transibit messis, & uenundabimus merces, & sabbatum, & operiemus frumentum, ut minuamus mēsuram, & augeamus scilicet & suppo-

& supponam^o stateras dolosas ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quisquiliias frumenta uendamus! Iurauit dñs in superbiā Iacob. Si oblitus fuero usq; in finē omnia opera eorū. Nunquid super isto non cōmouebitur terra, & lugabit oīs habitator eius? Et ascendet quasi fluuius universus, & eijsceū & defluet quasi riu^o Aegypti. Et erit in die illa dicit dñs, occidit sol in meridie, et tenebrescere faciam terrā in die luminis. Et conuertā festivitates uestras in luctū, & omnia cātica uestra in planctum. Et inducā super omne dorsum uestrum fāccū, & super omne caput caluitum. Et ponā eam quasi luctum unigeniti, & nouissima eius quasi diē amarum. Et ecce dies uenient dicit dñs, et mittam famē in terram, non famem panis neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini. Et cōmouebunt à mari usq; ad mare, & ab aquilone usq; ad orientē circuibunt quārentes uerbum domini, & non inuenient, &c.

Chrysostomus tomo primo, in Matthæum, Ho. quadragesimaseptima, ex cap. decimotertio.

Matthæi decimotertio: Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & cætera.

Dominus autē prohibet, ne forte simul cum zizanijs herba etiā tritici euellāt, qd dicebat, ut bella & effusionē sanguinis phiberet. Nam si trucidarent heretici, absq; fordere pacis atq; inducijs bellū orbi inferretur. Duobus igitur rationibus prohibuit: Altera quia frumentis parum nocerent: altera, quia nisi sanarentur, extrema supplicia non euaderent. Quare & si puniri eos uultis, & frumentis nequaquam officere, opportunitas temporis congrua expectanda uobis est. Non prohibet autem conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquēdi concidere, uerum interficere ac trucidare.

Hæreticos
dñs occide
re phibet.

Iob decimoquinto: Ostendam tibi audi, quod uidi

ii {4 narra-

DE ANTICHRISTO.

narrabo tibi: Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans undiq; gladium. Cum se mouerit ad quærendū panem, mouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, et angustia uallabit eum sicut regem, qui præparatur ad prælium. Te tendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eū erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius ruina dependet. Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non dabitur nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terra radicē suam. Non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui ab eo. Non credat frustra errore deceptus, quod aliquo precio redimendus sit. Antequam dies eius impleatur peribit, & manus eius arescent. Ledetur quasi uinea in primo flore, botrus eius quasi oliua projiciens florē suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & uterus eius præparat dolos.

Idē capite uigesimo: Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usque ad cœlum superbia eius, & caput eius nu-

DE ANTICHRISTO.

505

ei⁹ nubes tetigerit , quasi sterquilinium in fine per-
detur , & qui eum uiderant , dicent: ubi es? Velut so-
mnium auolans non inuenietur , trāsiet sicut uisio no-
cturna . Oculus qui eum uiderat non uidebit , nec⁹ ul-
tra eum intuebitur locus suus . Filii eius atterētur ege
state , & manus illius reddent ei dolorem suum . Ossa
eius implebuntur uitijs adolescētiæ eius , & cum eo in
puluere dormient . Cum enim dulce fuerit in ore eius
malum , abscondit illud sub lingua sua . Parcer illi , &
non derelinquet illud , & celabit in gutture suo . Panis
eius in utero illius , uertetur in fel aspidū intrinsecus .
Diuitias quas deuorauit euomet , et de uentre illius ex-
trahet eas Deus . Caput aspidū suget , & occidet eum
lingua uiperæ . Non uideat riuulos fluminis torrentis
mellis & butyri . Luet quæ fecit omnia ; nec tamen con-
sumetur . Iuxta multitudinem adiuventionum suarū ,
sic & sustinebit : quoniam confringens nudauit paupe-
ris domum , rapuit & non ædificauit eam , nec est sa-
tiatus uenter eius , & cum habuerit quæ concupierat ,
possidere non poterit . Non remansit de cibo eius , &
propterca nihil permanebit de bonis eius . Cum satia-
tus fuerit , artabitur , estuabit , & omnis dolor irruet su-
per eum . Utinam impleatur uenter eius , ut emittrat in
eum iram furoris sui , & pluat super illum bellū suum .
Fugiet arma ferrea , & irruet in arcum æreum . Gla-
dius deductus & egrediens de uagina sua , & fulgu-
rans in amaritudine sua . Vident & ueniēt super cum
horribiles , omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis
eius . Deuorabit eum ignis qui non succēditur , afflige-
tur relictus in tabernaculo suo . Reuelabunt cœli ini-
quitatem eius , et terra consurget aduersus eum . Aper-
tum erit germanus domus illius , detrahetur in die furo-

DE ANTICHRISTO.

ris Dei. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas uerborum eius à domino.

Idem capite uigesimo secundo: Nunquid Deo potest cōparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest Deo si iustus fueris, aut quid ei confers si immaculata fuerit uita tua? Nunquid timēs arguet te, & ueniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimā, & infinitas iniurias tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti uestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terrā, & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti uacuas, & lacertos pupilli comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non uisurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. An cogitas quod DEVS excelsior cœlo sit, & super stellarum uerticem sublimetur? Et dicens: Quid enim nouit DEVS? Et quasi per caliginē iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Numquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt uiri ini qui, qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum? Qui dicebant DEO: Recede à nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens aestimabant eum, cum ille impleset domos eorum bonis. Nonne succisa est electio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei & habero pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.

Idem capite uigesimo quarto: Ab omnipotēte non sunt

sunt abscondita tempora , qui autem nouerunt eum,
ignorant dies illius. Alij terminos transtulerunt, diri
puerunt greges & pauperū eos . Asinum pupillorum
abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduę.
Subuerterunt pauperum uiam , & oppresserunt pa-
riter māsueros terræ. Alij quasi onagri in deserto ag-
grediuntur ad opus suum , uigilantes ad prædam præ-
parant panem liberis . Agrum non suum demetunt,
& uineam eius quem oppresserunt uindemiant. Nu-
dos dimittunt homines , indumenta tollentes , qui-
bus non est indumentum in frigore, quos imbræ mon-
tium rigant, & non habentes uelamen amplexantur
lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos. Et uul-
gum pauperum spoliauerunt. Nudis & incedentibus
absque uestitu , & esurientibus tulerunt spicas, inter
aceruos eorum meridiati sunt , & calcatis torculari-
bus sitiunt . De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, &
anima uulneratorum clamabit , & D E V S inultum
abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescie-
runt uias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Mane
primo consurgit homicida, interficit egenum & pau-
perem, per noctem uero erit quasi fur. Oculus adul-
teri obseruat caliginem dicens , non me uidebit ocu-
lus, & operiet uultum suum. Perfodit in tenebris do-
mos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lu-
cem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbrā
mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulat. Leuis
est super faciē aquę . Maledicta sit pars eius in terra,
nec ambulet per uiā uineaꝝ . Ad nimiū calorē trāsiat
ab aquis niuiū, & usq; ad inferos peccatū illius. Obliu-
scat eius misericordia. Dulcedo illius uermes. Non sit
in recordatione, sed cōteratur quasi lignū infructuo-
sum

sum. Paui enim sterilem & quæ non parit, & uiduę bēne nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua, & cum steterit non credet uitę suę. Dedit ei Deus locum pœnitentiaę, & ille abutitur eo in superbia, oculi autem eius sunt in uis illius. Eleuati sunt ad modicum, & nō subsistent, & humiliabūtur sicut omnia, & auferētur, & sicut summitates spicar, conterentur, & cætera.

Idem capite uigesimo septimo: Quæ est enim spes hypocritæ si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? Nūquid Deus audiet clamorem eius cum uenerit super eum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tēpore? Docabo uos per manum D E I quæ omnipotens habeat nec abscondam. Ecce uos omnes nostis, & quid sine causa uana loquimini? Hęc pars hominis impij apud Deū & hæreditas uiolentorum quam ab omnipotente suscipiēt. Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erūt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, se pelientur in interitu, & uiduae illius non plorabunt. Si comportauerit quasi terram argētum, & sicut lutum præparauerit uestimenta, præparabit quidem, sed iustus uestietur illis, & argētum innocens diuidet, & cætera.

Idem capite quadragesimo: Ecce Behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius, & uirtus illius in umbilico uētris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum, nervi testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius uelut fistulæ artis, cartilago illius quasi laminæ ferreę. Ipse est principiuuiarum Dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius, huic montes herbas ferunt: Omnes bestiæ agri ludēti ibi, sub umbrā dormit in secreto calami, in locis humenti-

mentibus. Protegunt umbræ umbram eius, circundant eum salices torrentis. Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fidutiam quod influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leviathan homo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid figet tecum pactum, & accipies eum seruum in sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Concidet eum amici, diuident illum negotiatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustum piscium capite illius? Pone super eum manum tuam. Memento belli, neque ultra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum, et uidentibus cunctis præcipitabitur.

Idem capite quadragesimoprimo: Non quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest uultui meo, & quis ante dedit mihi ut reddam eum? Omnia quæ sub celo sunt mea sunt. Non parcam ei uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit? Portas uultus eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido, cor pus eius quasi scura fusilia, & compactum scannis se prementibus. Vna uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhaerabit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius ut palpebrae diluculi. De ore eius lampades eius procedunt sicut teda ignis accensæ, de naribus eius procedit fumus sicut olla succense atque feruentis.

tis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius praecedit egestas. Membra carnium eius cohærentia sibi. Mittet contra eum flumina, & ad Iocum alium non ferentur. Cor eius indurabitur tanquam la pis, & stringet quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius sustinere non poterit, neque hasta neque torax. Reputabit eum quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum uir sagittarius, in stipulam ei uersi sunt lapides fundæ. Quasi stipulam estimabit malleum, & deridebit uibrantem hastam. Sub ipso erunt radij solidis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundū maris, & ponet quasi cum unguēta bulliunt. Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram portetas quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime uidet, ipse est rex super omnes filios superbiae.

Lactantius libro septimo de diuino præmio,
capite decimoquinto.

Propinquante igitur huius seculi termino, humanarum rerum statum commutari necesse est, & in deteriorius nequitia inualescente prolabi: ut iam nostra haec tempora, quibus iniqtas & malitia usque ad summum gradum crevit, insanabilis malitia comparatione felicia, et propæ aurea possint iudicari. Ita enim iustitia rarescet, ita impietas & auaritia, & cupiditas. & libido crebrescit: ut si qui tum forte fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur undiq; ab iniustis: soli autem mali opulentis fint: boni uero in omnibus contumelias atque in egestate iacentur. Confundetur omne ius, & leges peribunt. Nihil tunc quispiam habebit, nisi aut quæsitum aut defensum male: audacia & uis omnia possidebūt. Non fides in hominibus, nō pax,

non

DE ANTICHRISTO.

511

non humanitas, non pudor, non ueritas erit. Atq; ita neq; se-
curitas, neq; regimen, neq; requies à malis ulla. Omnis enim
terra tumultuabitur, fremēt undiq; bella, oēs gētes in armis
erunt, & se inuicem oppugnabunt. Ciuitates finitimæ inter se
prælabuntur, & prima omnium Aegyptus stultarum super-
stitionum luet peñas, & sanguine uelut flumine operietur.
Tum peragrabit gladius orbem metens omnia, & tanquam
messem cuncta prosterrens. Cuius uastitatis & cōfusionis hēc
erit causa, quod Romanum nomen, quo nunc regitur orbis
(Chorret animus dicere, sed dicam, quia futurū est) tolletur de
terra, & imperium in Asiam reueretur, ac rursus oriens do-
minabitur, atque occidens seruiet. Nec mirum cuiquam debet
uideri, si regnum tanta mole fundatum, ac tam diu per tot &
tales uiros auctum, tantis deniq; opibus confirmatum, aliquā
do tamē corruet. Nihil est humanis uiribus laboratuni, quod
non ab humanis æque uiribus destruti possit. Quoniam mor-
talia sunt opera mortalium. Sic & alia prius regna cum diu-
tiis floruisserent, nihilominus tamē occiderūt. Nam Aegyptios,
& Persas, & Græcos, & Assyrios proditū est regimen habuisse
terrarum: quibus omnibus destructis, ad Romanos quoq; re-
rum summa peruenit. Qui quāto cæteris omnibus regnis an-
testant, tanto maiore decident lapsi: quia plus habent ponde-
ris ad ruinam, quæ sunt cæteris altiora, & cætera.

De persecutione, & fuga Chri-

stianorum tempore Arianoorum hereticorum.

Sapientia secundo:

Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis
est nobis, & contrarius est operibus nostris, &
improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos
peccata disciplinæ nostre. Promittit se scientiam Dei
habere, et filiu Dei se nominat. Factus est nobis in tra-
ductionē cogitationū nostrarū. Grauis est nobis etiā
ad uidendū, quoniā dissimilis est alijs uita illius, & im-
mutatae sunt uiæ eius. Tanq; nugaces æstimati sumus
ab illo, & abstinet se à uijs nostris tanquam ab im-
mundis.

mundicis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemos quæ erunt nouissima illius. Si enim est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excæcauit eñ illos malitia eorum, & cætera.

Threnorum quarto: Non crediderunt reges terre & uniuersi habitatores orbis, quoniam ingredietur hostis & inimicus per portas Hierusalē. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotū eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

In codem capite: Appropinquauit finis noster, cōpleti sunt dies nostri, quia uenit finis noster. Velociores fuerūt persecutores nostri aquilis cœli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

Esaiae quinquagesimo primo: Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemiam eorum ne metuatis. Ego ego ipse cōsolabor uos, quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnū ita arescat, & oblitus es dñi factoris tui?

Ezechielis tricesimotertio: Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram, nos autē multi sumus, nobis data est terra in possessionem. Iccirco dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos uestrós leuatis ad immūdicias uestrás, & sanguinem funditis, nunquid terram hæreditate possi-

CHRISTIANORVM.

513

possidebitis? Stetistis in gladijs uestris, fecistis ab omni nationes, & unusquisque uxorem proximi polluit, & terram hæreditate possidebitis?

Hieremiac decimoctavo: Venite cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote, nec consilium a sapiente, nec sermo a propheta. Venite & percutiemus eum lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Attende domini ne ad me, & audi uocem aduersariorum meorum. Nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? & cætera.

Hieremiac uigesimosexto: Ego autem, ecce in manibus uestris sum, facite mihi quod bonum & rectum est in oculis uestris. Veruntamen scitote & cognoscite, quia si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra uosmetiplos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius.

Hieremiac decimoseptimo: Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est uerbum domini? Veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectum in cōspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me prosequuntur, & non confundar ego, & cætera.

Ezechielis septimo: Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniuritate. Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum. Et quiescere faciam superbiā potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

Ezechielis undecimo: Plurimos occidistis in urbe hac, & implestis uias eius interfectis, propterea hæc dicit dominus Deus Israël, & cætera.

Kk

Ezechie-

DE PERSECUTIONE

Ezechielis uigesimotertio: Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & perdendas animas, & auare seständo lucrā, & cætera.

Ezechielis tricesimosexto: Luxta immunditiam menstruatæ facta est uia eorum coram me, & effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram.

Idem capite tricesimoctavo: Gladius unius cuiusque in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste & sanguine, & imbre uehementi, & lapidibus immissis, & cætera.

Micheæ secundo: Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus uestris. In luce matutina faciunt illud, quoniam cōtra dominum est manus eorum. Et concupierunt agros, & uolenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur uirum & domos eius, uirum & hæreditatem eius. Idcirco hęc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiā istam malum, unde nō auferetis colla uestra, & ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super uos parabola, & cantabitur canticū cum suauitate dicentium: Depopulatione uastati sumus. Pars populi mei commutata est, & cætera.

Hieremię quinquagesimoprimo: Fugite de medio Babylonis, ut saluet unusquisque animam suam.

Ezechielis uigesimosecundo: Ecce comploſi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi, & cætera.

Coniuratio Prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens,

Rugiens, capiensque prædam animas deudrauerunt,
opes & prædam acceperunt, uiduas eius multiplicaverunt in medio illius. Sacerdotes eius cōtempserunt
legem meam, & polluerūt sanctuaria mea. Inter sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non ha-
buerunt distantiam, inter pollutum & mundum non
intellexerunt, & à sabbatis meis non auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. Principes
eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam ad
effundendum sanguinem, & ad perdendas animas &
auare sectando lucra, & cetera.

Ex historia ecclesiastica, quam Tripartitam uocant, libro quinto, capite primo.

Theodoreus.

Breui autē tēpore elapso, cū uita functus esset Occidētis Imperator Cōstans, Constantiū fautores Arij cōpulerunt, Athanasium illi in memorī reuocantes, quasi ipse suisset, qui ei fra Christia-
tēm fecerit inimicū, ita penē ut disruptis nature uinculis usq; noī fide-
ad bella descēderent. His incitationibus Conſtatū motus, nō liū semper
solum expelli, sed etiā perimi sacratissimū Athanasium impera- est pati, sed
uit. Et mittens quendā Sebastianū ducem, cū maxima militari hæreticorū
manu, uelut erit oneū iussit interimi. Quomodo aut & ille cū persecuti-
exercitu uenerit, & iste diffugerit, ipse q; passus, & mirabiliter
liberat⁹ est, meli⁹ enarrabit. Nā in Apologia suę fugę sic ait:

Veruntamen exquirāt modum etiam discessionis, & cognoscant à suis. Erant enim Ariani cum militibus concurrētes, ut Inuidia eos accenderent, & ignorantibus nos ostenderent, & licet sine Arianorū
ulla compassionē sint, uel audientes tamen confusi quiescant. in ueros si
Erat itaq; iam nox, & aliqui populorum ad uigilias uenerāt, deles.
expectabatur futura die collectio. Dux autem repente astitit,
cum militibus plusquam quinques milibus, habētibus scilicet
arma, & gladios enudatos, arcus, sagittas, & uectes: & ecclē-
siam quidem ipse circumdedit, statuens milites sibimet cohæ-
rentes, ut nullus posset egrediētum de ecclēsia eorum manus
euadere. Ego uero irrationalē iudicans, in tanta confusione
populū relinquare, & non magis ante illos pericula sustinere,

Sed si uerius residens in sede præcepi, ut diaconus Psalmum legeret, populi pectoris responderent. Quoniam in seculum misericordia eius, & sic omnes in domos suas abirent. Sed duce postea ingrediente, & militibus sacrarum circumstantibus, ut nos capere possent, clerici quidem qui sunt inuenti simul & populi clamabant, poscentes ut & nos discederemus unam cum populo. Ego uero magis è diuerso dicebam, nō nos discedere, nisi omnes sigillatim prius exirent. Surgens itaque oratione facta, sic præcepi uniuersos abscedere, melius esse dicēs, me periculo subiacere, quam in quenquam eorum excipere laesionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsequentibus, quidam monachi qui ibi nobiscum fuerant, & aliqui clericorum ascendentibus traxerunt nos, & ita testis est ipsa ueritas. Militibus alijs sacrariū circumdantibus, alijs per Ecclesiam discurrentibus, per medium eorum domino iter dante atque custodiēte, pericula cuncta transiimus, Deum magnifice glorificantes, quoniam neque populum nec tradidimus, sed etiam ut saluaretur actum est, & manus querentium nos effugere prævaluimus.

Socrates.

Quae etiam Gregorius eodem tempore in Alexandria gesserit ipsius Athanasij qui haec passus est uoce narremus. In libro enim quem de fuga sua scripsit haec ait: Igitur in Alexandria surrexerunt denuo nos querentes occidere. Et facta sunt nouissima peiora prioribus. Repente namque milites circuantes ecclesiam, pro orationibus prælia celebrabant. Ingrediēte namque quadragesima Georgius ex Capadocia ab eis missus, auxit mala, quæ illorum calliditate didicerat. Post septimanam itaque paschæ, uirgines mittebantur in carcerem. Episcopi uicti à militibus ducebantur, orphanorum & uiduarum domus diripiabantur, & inuasionses in dominibus agebantur, & noctu Christiani deponebantur, obsignabantur domus, & fratres clericorum pro fratribus pericula sustinebant. Haec quidem pessima, sed grauiora postea sunt præsumpta. Septimana emque fuit post sanctam pentecosten, populus ieunias est egreditus ad cœmiterium orationis causa, eo quod omnes communione Georgij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequissimus, ipse concitauit Sebastianum Ducem Manichæum, qui cum multitudine militum arma, gladios euaginatos, arcus, sagittasque ferentium facto impetu in ipso die dominico super populum

Nota modum perse
cutionis
Christia-
norū aduer-
sus Chri-
stianos.

pulum irruit, & paucos orantes inuenit (cum iam plurimi di-
scerissent) talia gessit, qualia ab eis decebat impleri. Incendio
nanque factō statuens uirgines fecus ignem, cogebat eas, ut se
profiterentur Arianas. Cumq; eas cerneret esse uictrices, & de
igne nullo modo cogitare, sic earum uultus lacerauit, ut uix
agnosci post tempora potuerint. Tenēs autem & quadragin-
ta uiros tormento nouiore discerpit. Sectis nanque de palma Noua tor-
uirgis, & habentibus suos aculeos eorū dorſa ita uerberibus la- mētorum
cerauit, ut quidā eorū ſæpius à medicis incisi ſunt propter ſpi- genera ab
nas, quæ eorū dorsibus inhæreabant, alij uero dum non ferrent Arianis in
tormenta, mortui ſint. Eos autē qui uiuere potuerunt, & quan ueniuntur
dam uirginem in exilium deportauit in maximam Stafim.
Corpora uero mortuorum primo quidem reddi non eſt pos-
ſus, ſed celauit, inſepulta relinquēs ea, ut quaſi tanta crudeli-
tas latere uideretur. Hoc autem agunt, qui mentis errore deiſi-
piunt. Nam cum parentes mortuorum gauderent equidē pro Gaudiu pa-
pter confessionem, fierent autem propter corpora defuncto- rentum in
rum, maiora eorum impietatis indicia personabant. Post hæc persecutio
autē ex Aegypto atq; Libyis in exilium deportauerunt Episco ne filioꝝ.
pos, Ammonium, Muium, Gaium, & cæteros: & ſic eos acer-
biffime per itinera pepulerunt, ut quidam eorum in iſis iti-
neribus, alij uero per exilia morerentur. Occiderunt autē Epi-
ſcopos plusquam triginta, habentes ſtudii ſecundum Achab,
ut ſi poſſent, amputarent penitus ueritatem.

Theodoretus.

Super hæc igitur Athanasius etiam cōſolatorios libros uir-
ginibus illis ſcripsit, quæ crudelissimas pertulerūt paſſiones, di-
cens inter hæc: Propterea nemo uerſtrum ſit triftis, licet & ſe-
pulturā uobis denegēt impiū, & prohibeat uos efferri. Nā uſq;
ad hoc nequitia peruenit Arianorū, ut portas clauderēt, & cir-
ca ſepulturā loca ueluti dæmones reſiderēt, ne quis ſepelire
tur fideliuſ dilectororū. Hæc ergo & his ſimilia Georgius in Ale-
xandria faciebat. Sanctus aut̄ Athanasius nullū locum munitū
cautelæ ſue putabat, cum utiq; aut uiuū eū deduci, aut mortuū
decollari, & caput eius Imperator ſibi iuſſiſſet afferri Pro qua-
re p̄emiuſ maximum cōpromiſit huiuſmodi aliquid nūtianti.

Sapietiae decimoctavo: Absconſe eīm sacrificabāt
iusti pueri bonorum, & iustitiae legem in cōcordiam

Sepultura
Christia-
nis ab hære-
ticis dene-
gatur.

disposuerunt, similiter & bona & mala recepturos iustos, patri omnium decantantes laudes.

Iob duodecimo: Deridetur enim iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, para ra ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipse dede rit omnia in manus eorum, & cætera.

Esaïæ octauo: Omnia quæ loquitur populus iste coniuratio est, & timorem eius ne timeatis neque paueatis. Dominū exercitū ipsum sanctificate, & ipse pauor uester, & ipse terror uester, & erit uobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in peccatum scandalū duabus domibus Israël, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem.

Hieremiacē undecimo : Tu autem domine demonstrasti mihi & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.

Tertullianus in Apologetico, capite xxxvij.

Sed absit ut aut igni humano vindicetur diuina secta, aut doleat pati in quo probatur, & cætera. Si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere.

Idem in Apologetico aduersus gentes, cap. primo.
Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Deinde malefici gestiunt latere, deuiant apparere, trepidant apprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur: certe condemnati morient, dinumerat in semetipos mentis malæ impetus, uel fato uel astris imputant: nolunt enim suum esse, quia malum agnoscunt. Christianis uero quid simile? Neminem pudet, neminem pœnitet, nisi planè retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur: si accusatur, non defendit: Interrogatus uel ultro confitet: damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturam mali non habet, timorem, pudorem, tergiuersationem, pœnitentiam, deplorationem? Quid hoc mali est, cuius reus gaudet, cuius accusatio uotū est, & pœna fe-

na felicitas? Non potes demētiam dicere, qui reuinceris ignorare. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur à uobisipsis aliter tractamur, quā in patres nostri, id est, cæteri nocentes: cum eiusdem noxæ eadem tractatio deberet prouenire? Quodcunque dicimur cum alijs dicuntur, & proprio ore, et mercenaria aduocatione utuntur ad innocētiæ suæ commendationem: respondendi, altercandi facultas patet: quādō non liceat indefensos & inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittit loqui, quod causam purget, quod ueritatem defendat, quod iudicem nō faciat iniustum. Sed illud solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non excommunicatio criminis.

Ex capite secundo: Atqui inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, cum prouinciam regerer, damnatis quibusdam Christianis, quibusdā gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus quid de cætero ageret consuluit tunc Traianum Imperatorem: allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum compcrisse, quām cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad conferendam disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibētes. Tūc Trajanus rescripsit, hoc genus inquirendo quidem non esse, oblatos uero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam: negat inquirendo ut innocentes, & mandat puniri ut nocentes. Parcit & saevit: dissimulat & animaduertit. Quid te ipsum censura circumuenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & absoluvis?

Idem capite septimo: Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticii, & pabulo Iudæ, & post coniuuiū incesto, qđ euerfores luminū, canes, leones scilicet, tenebraz & libidinum impiarum inuercundiā procurent. Dicimur tamen semper, nec uos qđ tandem dicimur eruere curatis. Ergo aut eruite si creditis: aut nolite credere, qui nō eruistis. De uestra nobis dissimulatione præscribit̄ non esse, qđ nec ipsi audetis eruere. Longe aliud munus carnificij in Christianos imperatis, & cetera. Cū odio sui coepit ueritas, simul atq; apparuit inimica esse, &c.

In historia Tripartita, libro sexto, capite xxij.

Pars libri Athanasi de satisfactione fugæ.

Verum Athanasius librum de satisfactione fugae olim à se conscriptum, tunc eis presentibus legit, cuius partes utiles, & quæ profint hic intexens, totum librum multorum uersuum querere, & legere studiosos admonet. Ait enim. Ecce huiusmodi sunt præsumptiones impiorum hæc agentes, nec erubescentes. In quibus primum contra nos mala sunt machinati, hactenus accusant quod manus eorum paratas ad necem declinare potuerimus, et amarissime potius ingemiscunt, quod nos penitus extinguere nequierunt, & imperant timoris causam: ignorantes, quod dum hoc submurmurant, in seipso magis retorquent culpam. Nam si fugere malum est, persecui multò deterius. Hic quidem ne moriantur, absconditur: hic autem persequitur, ut occidat. Et ut fugiatur quidem scriptum est, qui autem querit occidere, prævaricat legem, & magis ipse fugiendi præbet occasionem. Si ergo fugam improperat persequentes, pudeat eos potius sui ipsorum. Quiescant insidiari, & quiescent cōtinuo fugientes. Sed à malitia non desinunt sua, & comprehendere omni uirtute festinant, scientes quia fuga persecutionem patientium, indicium est maximum persequentium. Nullus enim mitem atque clementem fugit aliquando, sed magis ferocem simul & calidum.

1. Reg. 22 Omnis enim qui gemebat & uexabatur à Saul, fugiebat & ue
Hæretici niebat ad David. Sed isti propterea eos qui absconsi sunt, in
quare chri terimere student, ne ipsorum malitiam uideatur arguere. Qui
stianos occidere uo- etiam in hac parte cæcantur. Nam quanto fuga manifestior
lunt. est, tanto amplius eorum insidijs neces exiliaq; cōmissa omni
bus sunt aperta. Nam siue perimant, mors contra eos semper
exclamat: siue rursus exilia minentur, undequaq; ipsi cōtra se
mali memoriam destinare noscuntur. Et si quidem sanā habe
rent mentem, uiderent semetipso in his esse constrictos, sēcq;
in concilijs suis offendere. Sed quoniā mentem amiserunt, pro
pterea persecutione decipiuntur, & quarentes occidere, suam
non contemplantur impietatem. Nam si derogant eis qui fur
giunt quarentes occidere, quid faciant cum uident Jacob fu
gientem Esau fratrem suum, & Moysen in Madian descendisse
Exodi 2 se propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfacti fugien
ti David Saul, qui in domū misit ut interimeret eum, dum ab
sensus esset in spelunca, & mutasset uultum suum, donec de
clinaret ab Abimelech? ob quam causam inimicorū euasit in
fidias.

Hæretico-
rū impie-
tas quomo-
do manife-
statur.

Gene. 27 gientem Esau fratrem suum, & Moysen in Madian descendisse
Exodi 2 se propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfacti fugien
ti David Saul, qui in domū misit ut interimeret eum, dum ab
sensus esset in spelunca, & mutasset uultum suum, donec de
clinaret ab Abimelech? ob quam causam inimicorū euasit in
fidias.

1. Reg. 21

fidias. Quid dicant isti, qui omnia proferunt temere, uidentes maximum Heliam in oratione quidem mortuum suscitas, Reg. 17
 se, & tamen absconsim propter Achab, & fugisse propter 3, Reg. 18
 insidias Hiezabel? Tunc etiam quæsiti filii prophetarum cælati sunt latentes in speluncis apud Abdiam. Sed si hæc tanquam uetera non legerunt, saltem memoriam habeant euangeliorum. Nam & discipuli propter metum Iudeorum, recesserunt cælantes semetipsos. Et Paulus in Damasco, à principe gentis quæsitus, de muro in sporta demissus est, & manus quærerentis effugit. Hæc igitur de sanctis uiris scriptura dicente, quam putas excusationem suæ petulantiae poterūt inuenire? Siue ergo timorem improperarent, contra semetipsos tanquam uæsani loquuntur, siue contra uoluntatem Dei hoc dicant fieri, scripturarum diuinarum uidentur penitus expertes. Nam in lege præceptum fuit, ut deputarentur etiam ciuitates ad fugam, ut hi qui quærebantur ad mortem, quoquo modo liberari possent. In nouissimo uero tempore seculorū ueniens, quod Moysi loquutum est, patris uerbum, rursus hoc dedit mandatum, dicens: Cum persecuti uos fuerint in ciuitate hac fugite in aliam. Et post pauca dixit: Cum ergo uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielē prophetam stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tūc qui in Iudea sunt, fugiant in montana: qui in tecto est, non descēdat aliquid tollere de domo sua: qui in agro, nō reuertatur ad tolere uestes suas. Hæc enim scientes sancti huiusmodi habuerunt conuersationis modū. Quæ em̄ nunc præcepit dominus, hæc etiam ante incarnationem sui præsentiam in sanctis locutus est. Et hic est hominum terminus ad perfectionem ducens, ut qd Deus iubet, hoc faciant. Propterea & ipsum uerbū proprium nos Perfectio humanatum, cum quæreretur (sicuti nos ipsi) abscondi digna tum est: & iterum cum persecutionē pateretur, fugit, & insidiās declinavit. Decebat enim eum sicuti famem & situm, ita etiam hoc pati, & hoc modo seipsum ostendere humanatum. Ab initio siquidem mox ut homo factus est, cum esset parvulus ipse per angelū mandauit Ioseph, surgens sume puerū & matrē eius, & fuge in Aegyptū. Futurum est enim ut Herodes quærat animam pueri. Mortuo quoq; Herode, uidetur propter Archelaum filii eius in Nazareth fugisse, qn iam etiam Deum seipsum ostendebat, & manum aridam restituerat sa- Matt. 12

Num. 33
Iosue. 20Mat. 10
Mat. 24hominis in
q̄ consistit.
Ioā. 8. & 12
Mat. 2

nam: & pharisei quidem egredientes concilium fecerunt aduersus eum, ut eum occideret. Iesus autem sciens, discessit inde.

Ioan. ii Nam & quando Lazarum suscitauit à mortuis, ab illo, inquit, die cogitauerunt, ut occiderent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat inter Iudeos, sed abiit inde in regionem

Ioan. iii iuxta desertum. Deinde saluatore dicente: Antequam Abraham fieret, ego sum. Iudei quidem tulerunt lapides, ut mitterent super eum. Iesus autem absconsus est, & exiit de templo.

Lucæ. 4 Et transiens per medium illorum ibat, & ita discessit. Putas hæc uidentes, magis autem audientes, cum non uideant quo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi, qm contraria his, quæ dominus facit & docet, cogitant & loquuntur? Nam quando Ioannes martyrium sustinuit, eiusq; cor

Hæretici non sunt cōburēdi.

Matt. 14 M. et transiens per medium illorum ibat, & ita discessit. Putas hæc uidentes, magis autem audientes, cum non uideant quo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi, qm contraria his, quæ dominus facit & docet, cogitant & loquuntur? Nam quando Ioannes martyrium sustinuit, eiusq; corpus sepelire discipuli, audiens Iesus, discessit inde in nauem, ad deserti locum seorsum. Dominus itaq; hæc faciens, ira docebat. Sed utinam isti uel sic erubescerent, & usq; ad homines suam petulantiam declararent, & non magis ac magis infamantes uiderentur etiam ipsum arguere saluatorem, contra eum utiq; blasphemias meditantes. Sed neq; uefanorum quisquam eos poterit sustinere, cū arguantur, ne euangelia quidem ipsa nosse. Est enim occasio nostræ discussionis, & fugæ rationabilis atq; uera, quam in saluatore quidem euangelistæ posse memorari.

Quæ p̄ce dñi cap. se-
dñt
dñt
quātūr in
membris

Joan. 2 Nos autem etiam in sanctis uiris oportet talia cogitare. Nam ea quæ de saluatore humano modo conscripta sunt, eadē cōmuniter humano generi deputātur. Quæ nostra sunt ille suscepit, & passiones nostræ infirmitatis ostēdit.

Quod Ioannes ita conscripsit: Quærebant ergo eum tenere, & nullus misit in eum manus, quia nondum uenerat hora eius. Nam anteq; hæc ueniret, dicebat ipse matri: Nondum uenit hora mea. Et eis qui fratres eius appellabātur ait: Meum tempus nondum uenit. Rursus autem tempore passionis discipulis dicebat: Dormite iam & requiescite. Ecce enim approxinuauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sed neque antequam ueniret tēpus, teneri se passus est:

Eadē eccl neq; cum uenisset tempus, absconsus est, sed etiam semetipsum
sia nūc pa- tradidit aduersarijs. Sic & beati martyres in persecutiōibus
titur, quæ temporalibus custodiebant semetipcos, & dum quererentur
& tunc pas per latibula fugiebant, cum uero inuenirentur, martyrio se
fa est. subdebant. Hæc de Athanasio retulisse sufficiat.

Deuteronomij tricesimo secundo: Laudate gentes populum eius: quia sanguinem sanctorum suorum ulciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terrae populi sui.

Ecclesiastici trigesimo sexto: Contere caput principum & inimicorum dicentium: non est alius praeter nos.

Isaiæ quinquagesimo nono: Et facta est ueritas in obliuione, & qui recessit à malo, præda patuit.

Ezechielis tricesimo quarto: Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam, & cætera.

Amos quinto: Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domus quadro lapide ædificabitis & non habitabis in eis.

Michælæ tertio: Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalē in iniqtate. Principes eius in munib⁹ iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant.

Idem capite septimo: Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine infidiantur, ut fratrem suum ad mortem uenatur, maleum manuum suarum dicunt bonū. Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Et magnus locut⁹ est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eā. Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.

Ozeæ quarto: Non est enim ueritas, & nō est misericordia, & nō est scientia Dei in terra. Maledictū, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hæc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, & cæte. Nocte tacere feci matrē tuam.

DE PERSECUTIONE

Conticuit populus meus, eo qđ nō habuerit scientiā.

Primo Machab. sexto: Sunt uerba regis Antiochi.
Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni,
& in quos fluctus tristitiae in qua nunc sum qui
iocūdus erā, & dilectus in potestate mea? Nunc uero
reminiscor malorum quæ feci in Hierusalem, unde et
abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in
ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Co-
gnoui ergo, quia propterea inuenierūt me mala ista:
& ecce pereo tristitia magna in terra aliena.

Ecclesiastici xxvij. Laqueo peribunt qui oblectan-
tur calu iustorum, dolor autem consumet eos anteq;
morianū. Ira & furor utraq; execrabilia sunt, & vir
peccator continens erit illorum.

De persecutione & tribulatione Christianorum,
qui Chrysostomo fauebant.

In eadem Hist. lib. decimo, capite uigesimo.

Trāsactis itaq; diebus paucis, Arsatius Constantinopoleos
ordinat̄ episcopus, Nectari frater, ualde longæuus, & plus
quam octoginta annos habens, qui mansuetissime admodum
regebat episcopatum. Cuius opinioni derogauit postea, quod
cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cum Arsatio commu-
nicare nollent, nec orationem habere communem, sed (sicuti
dictum est) seorsum & per loca secreta ultima ciuitatis, sacra
celebrarent, hæc ille renuntiauit Imperatori. Cumq; iussisset
ut eos manu militari turbaret, lapidibus atq; fustibus populū
conuertit in fugam. Nobiliores autem & magis propenos in
amorem Ioannis coniecit in carcerem. Porro milites (ut fieri
solet) accepta licentia, prædam circa mulierum ornamenta fa-
ciebāt, zonas aureas, dextralia, monilia, lauatoria, anulos, dia-
demata, & cum ipsis auribus earū auferentes inaures. Ob quā
rem turba maxima, & gemit⁹ in ciuitate prouenit. Nec sic tñ
illi affectum deposuere Ioannis. Verum publice plurimi cōue-
nire, nec in platea, nec in balneo præsumebant. Quibusdā etiā
erat domi quoq; manere periculosum, ita ut ciuitatem decli-
narent.

narent. Multi siquidē uiri, plurimæq; mulieres nobili genere procreatae, uirginitate, atq; uirtute uitæ laudabiles, fugerēt.

Neemię nono: Nunc itaq; Deus noster magne, fortis & terribilis, custodiēs pactum & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenie nos, reges nostros, príncipes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & oēm populum tuum à diebus regis Assur usque in diem hanc. Et tu iustus es in omnibus quæ uenerunt super nos, quia ueritatē fecisti nobis, nos autem impie egimus, reges nostri, príncipes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri nō fecerunt legē tuā, & non attenderūt mādata tua, & testimonia tua, q̄ testificatus es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis, et in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latissima pingui, quā tradideras in conspectu eorum non seruierunt tibi, nec reuersi sunt à studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie seruimus, & terra quam dedisti patribus nostris ut comedenter panem eius, & quæ bona sunt eius, & nos ipsi seruimus in ea. Et fruges eius multiplicant regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis secundum uoluntatem suam, & in tribulacione magna sumus. Super om̄ibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant príncipes nostri, & sacerdotes nostri.

Ecclesiastici trigesimosexto: Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immittre timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua. Alleluia manum tuam super gentes alienas, ut uideat poten-

orientiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant te, sicut & nos cognovimus, quoniam non est Deus praeter te domine. Innoua signa & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, ut enarrant mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur, & qui pessimant plebem tuam, inueniat perditionem. Contere caput principum, & inimicorum dentium, non est aliud praeter nos. Congrega omnes tribus Iacob, & cognoscant quia non est Deus nisi tu, ut enarrant magnalia tua, & hereditabis illos sicut ab initio.

Esaiae uigesimo sexto: Domine dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine Deus noster, domini possederunt nos absq; te, tantum in te recordemur nominis tui.

Domine in angustia requisierunt te, in tribulazione murmuris doctrina tua eis & cætera.

In eadem Historia libro undecimo capite trigesimotertio.

Bella & p- Nam & bella huiusmodi dominus futura, & ecclesiæ victoriæ prædicavit. Nos tamen ipse quoque res edocent, quod christianis magis nobis utilia sunt bella, quam pax, quia pax delicatos nos facit, remissos, & timidos. Porro bellum & mentem acuit, & præsentia quasi transeuntia contemnere persuadet, & cætera.

SEQVN-

SEQ VVN

= 527

TVR HIC QVAE DAM SELECTA

ex Libro diui Augustini de Essentia diuinitatis pro intellectu obscurorum quorundam locorum Bibliorum, præsertim prophetarum utilissima.

¶ Augustinus libro de Essentia diuinitatis,

OMNIPOTENS Deus pater & filius, & spiritus sanctus, unus atq; trinus, unus uidelicet in natura, trinus uero extat in personis, solus inuisibilis, solus immensus atq; incomprehensibilis, solus incircumscrip^tus, solus immutabilis, incorporeus, & immortalis: ubique præsens, sed latens: ubique totus, sed immensus.

Inuicibilis est, qd in essentia sua uideri omnino non potest, Deus inuicibilis. Apostolo attestante qui ait: Quem nullus hominum uidit. Et sibilis. in euangelio: Deum nemo uidit unquam.

Incorporeus est quia nullis membrorum liniamentis compositus, siue compactus existit: Sicut ueritas in euangelio ait: Incorporeus. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate reus. te adorare oportet.

Immensus est, quia quantitas eius, uel qualitas à nullo ex creaturis metiri potest.

Incircumscrip^tus est, quia circumscribi nullo modo potest. Illocalis, quia à loco ad locum alium nequaquam transit. Immutabilis est, quia mutari omnino ab eo quod est non potest, ipso dicente per Malachiam prophetam: Ego dominus & nō mutor. Ideo autem Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius, ira, furor, pœnitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia nullo modo accidunt.

Immortalis quia mori nullo modo potest. Vbicunque autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros, motus in Deum animæ, seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, & alia his similia, nō carnaliter iuxta historiā à recte intelligētibus sentiēda sunt, sicut à iudeis & plerisque hereticis carnaliter

Incircumscrip^tus.
Illocalis.
Immutabilis.
Mala. 3

Immortalis.

carnaliter sapientibus, qui Deum corporalem ac localem opinantur, sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & confitenda sunt. Si quis autem in Deum humana membra, seu motus animae more humano inesse credit, proculdubio in corde suo idola fabricat.

Caput Dei Igitur ut dictum est figuraliter in Deo caput cum legimus, ipsam essentiam diuinitatis eius quae omnia praecedit, & cui omnia subiecta sunt intelligere debemus.

Capilli Capillos uero capitum eius sanctos angelos, seu uniuersos electos typice accipi oportet. Vnde in libro Danielis prophetæ scriptum est: Aspiciebam donec throni positum sunt & antiquus dierum sedet, Vestimenta eius quasi nix candida, & capilli capitum eius quasi lana munda. Hoc enim significatur per uestimentum eius cädidum, quod & per capillos capitum eius, sanctos uidelicet angelos & multitudinem sanctorum dealbatorum.

Oculi Oculos habere dicitur Deus, eo quod omnia uidet, & nihil eum latet, in cuius conspectu, ut ait Apostolus, nulla creatura inuisibilis est: Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Alter uero oculi domini respectus gratiae eius intelligitur, ut est illud in psalmo: Oculi domini super iustos. Item aliter oculi domini, præcepta eius per quæ nobis lumen scientiae subministratur, mystice accipiuntur, ut est illud in psalmo: Præceptum domini lucidum illuminans oculos.

Palpebrae Palpebrae domini, occulta atque incomprehensibilia iudicia eius, siue spiritualis in diuinis libris locutio innuitur, de quibus in psalmo scriptum est: Palpebrae eius interrogant filios hominum, id est, probant.

Aures Aures habere dicitur Deus, propter quod omnia audit, & nihil illum sub silentio latet. Sapi. 1. Auris carli audit omnia.

Nares. Nares Dei, inspiratio eius in corda fidelium. 2. Regum 22. Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctione poenitentis per inspirationem illius.

Facies. Facies Dei, est cognitio deitatis eius ad homines. Psalm. 79. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salui erimus. Hoc est, da nobis cognitionem tuam, quæ cognitio hominibus per filium innotuit. Aliter uero facies Dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filii Dei. De qua ipse ad Moysen per angelum respondens ait: Posteriora mea uidebis, faciem autem

Zutem meam uidere non poteris : Ac si diceret , incarnatio-
nem meam uidebis nouissimis diebus , diuinitatem autem me-
am uidere non poteris .

Os Dei , filius Dei patris , id est , Christus dominus , de quo Os Dei
Hieremias propheta ex persona Iudeorum effatus ait : Quia Thre. i
os eius ad iracundiam prouocauimus . Aliter uero , os domini
sermo domini , sive iussio eius accipitur . Esaiæ decimoctauo :
Os domini locutum est .

Verbum Dei , est filius Dei patris , per quod omnia facta sunt . Verbum
De quo in psalmo : Verbo domini cali firmatis sunt . Misit uer Psal. 32
bum suum , & sanauit eos .

Lingua Dei , mystice significat spiritum sanctum , per quem Lingua
Deus pater secretū suum hominibus manifestauit . Vnde psal-
mo quadragesimoquarto : Lingua mea calamus scribæ , uelo-
citer scribentis , & cætera .

Labia domini , utriusq; testamenti consonantia intelligun- Labia
tur . De quibus duobus testamentis in Proverbiis 16. scriptum
est : Diuinatio in labijs eius , in iudicio non errabit os eius .

Brachium Dei patris singulariter , eius filius accipitur . De Brachium
quo Hieremias 32. ad ipsum ait : Et nunc domine Deus meus ,
qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti ,
& brachio extento . Idcirco autem filius Dei patris , brachium
eius dicitur , quia omnis creatura electa ab ipso continetur .

Dextera Dei patris , id est , unigenitus filius eius accipitur . Dextera
De quo in psalmo centesimodecimo septimo , ex persona homi-
nis sumpti : Dextera , inquit , domini fecit uirtutem , dextera
domini exaltauit me . Aliter autem dextera domini gloriam
patris significat , id est , æternam beatitudinem . De qua in Psal-
mo centesimonono ex persona patris ad filii : Sede à dextris
meis . Dicitur autem dextera Dei etiam omnis electa creatura
in celo & in terra , sicut & per sinistram eius intelligitur re-
probra creatura , id est , dæmones & omnes impij .

Manus Dei patris , filius accipitur , pro eo quod per ipsum Manus
facta sunt omnia . Aliter uero manus Dei , potestas eius intelli-
gitur . De qua potestate in libro Hieremij scriptum est : Sicut Hier. 19
lutum in manu figuli , ita uos in manu mea domus Israel . Iterum
manus domini , flagellum ipsius accipitur . Sophonie pri-
mo : Et extendam manum super Iudam & Hierusalem . Iob
decimonono : Manus domini tetigit me .

- Digitus** *Digitus Dei singulariter spiritus sanctus accipitur, à quo spiritus sancto lex in duabus tabulis lapideis in monte Sina scripta narratur. Lu. 11. Si ego in spiritu Dei eritio dæmonia.*
- Digiti pluraliter** *Digiti uero pluraliter sancti intelliguntur prophetæ, per quos spiritus sanctus libros legis ac prophetarum sua inspiratione descripsit. Psal. 8. Videbo carlos tuos opera digitorum tuorum. Per celos libros legis & prophetarum, Per digitos sanctos prophetas accipimus.*
- Imago.** *Imago Dei patris inuisibilis, unigenitus est filius eius. De Col. 1 quo Apostolus ait: Qui est imago Dei inuisibilis.*
- Cor** *Cor Dei patris, arcanum sapientiae eius mystice innuit Psalm 44. Eructauit cor meum uerbum bonum.*
- Alæ.** *Alas habere dicitur Deus, pro eo quod amore auis electos suos tanquam pullos sub se colligit, fouet. Psalm. Sub umbra alarum tuarum protege me.*
- Scapulae** *Scapulas habere dicitur Deus, quia infirma membra patiēter quasi in scapulis suis portat, & porrando protegit. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.*
- Venter.** *Venter Dei, patris secreta origo substantiae uel scientiae eius accipitur. Psalmus centesimunono: Ex utero ante luciferum genui te. Aliter uterus Dei incomprehensibilia & occulta iudicia eius mystice insinuat.*
- Posteriora** *Posteriora filii Dei, incarnatione eius accipitur. Exodi tricesimotertio: Posteriora mea uidebis.*
- Pedes.** *Pedes Dei, stabilimentum uirtutis ac potentiae eius sunt, eo quod ubiq; præsens sit, & uniuersa illi sint subiecta. Esaiæ sexagesimosexto: Cœlum mihi sedes. Aliter: Sicut per caput, ut dictum est, diuinitas, ita per pedes figuraliter humanitas eius exprimitur. Psalmus octauo: Omnia, inquit, sub pedibus eius, oves & boves uniuersas. Aliter per pedes domini Iesu Christi, signati sunt sancti prædicatores, de quibus Deu. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius.*
- Vestimentum.** *Vestimentū filii Dei, aliquando caro eius quæ à diuinitate assumpta est accipit. Esaiæ sexagesimotertio: Quis est iste qui uenit de Edom tinctus uestibus de Bosra? Rursum uestimenta eiusdem domini, sancta accipitur ecclesia, quæ per fidem & dilectionem ei coniuncta est.*
- Pallium** *Pallium Dei, antedicta ecclesia recte intelligitur. Gene. quæ dragesimunono: Lauabit in uino stolam suam, hoc est, in sarcinæ*

DIVINITATIS.

guine passionis carnem suam, & sanguine uiae pallium suum,
id est, ecclesiam.

Calciamenta Dei, mystice significant incarnationem suam,
quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est.
Psal. 59. In Idumæam extendam calciamentum meum, id est,
plebi gentium manifestabo incarnationem meam.

Gressus domini, aduentus filii Dei in mundum est, & regressio
eius ad patrem. De quibus gressibus Psal. ait. 67. Vixi sunt gres-
sus tui Deus, ingressus Dei mei qui est in sancto.

Ascendere Deus dicitur, cum filius Dei carnem de nobis as-
sumptam in cœlum uelut captiuam duxit. Psal. 67. Ascendit
in altum captiuam duxit captiuitatem.

Abscondere faciem suam Deus legitur, cum quibusdam re-
probis eorum exigentibus culpis cognitionem suam abscon-
dit, sicut in populo Iudæorum nunc impletum hidemus &c.

Ostendere dicitur faciem suam Deus, cum respectu gratiæ
suae quibus uult, electis scilicet suis, seipsum in corda eorum
occulta inspiratione insinuat, & ad diligendum se amorem
suum infundit.

Sedere dicitur Deus, non corporaliter humano more, sed Sedere
potentialiter super omnem creaturam rationalem præsidere.
Psal. 46 Regnauit dominus super gentes. Deus sedet super se-
de sanctam suam. Sedere etiæ dominus dicitur super cherubim, qd
interpretatur plenitudo scientiæ siue multitudo, per quod si-
gnificantur sancti angeli, siue mentes spiritualium virorum
in quibus Deus inuisibiliter præsidet & regnat. In illis enim se-
det, qui sciætia eius & dilectione pleni sunt. In Prover. quippe
Salomonis scriptum est: Anima iusti sedes est sapientiæ.

Descendere Deus in mundum legitur, quando aliquid no- Descēdere.
num quod antea non fuerat in creatura humana operatur:
sicut Dei filius descendisse narratur, quando ueram carnem
ex Maria uirgine suscepit propter redemptionem nostram.
De cuius descensione, hoc est incarnatione, de ipso scriptum
est in Psalmo: Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pe- Psalm. 17
dibus eius. Cœlos inclinauit quia ante aduentum suum præ-
nuntios angelos siue prophetas misit, qui eius aduentum ho-
minibus nuntiarent. Caligo sub pedibus eius fuit, quia impii
homines à sua malitia excæcati, eius incarnationem agnosce-
re non potuerunt, sed negare nunc possunt.

Stare.

Stare Deus dicitur, cū infirmos, id est, creaturam suam ad pœnitentiam conuersione uitæ patiēter sustinet. Abacuc ter tio: Stetit & mēsus est terram, & dissoluit gentes, id est, stetit ad subueniendum, & dissoluit credentes in se à peccatorum vinculis.

Transire.

Transire dicitur Deus, cum à cordibus quorundam hominum in quibus ante per fidem inhabitare credebatur, postea surrepente perfidia, uel quolibet delicto, ab his recedit, & ad alios transit, quemadmodum à Iudæis ad gentes, & de haereticis ad catholicos: quod non localiter aut uisibiliter, sed inuisibiliter, occulto iustoq; iudicio facere consuevit.

Ambulare

Ambulare dicitur Deus, non de loco ad locum transeundo, quod impium est ita credere, sed deambulatio eius est in cordibus sanctorum delectari, sicut scriptum est: Et inhabitabo in eis & in ambulabo & ero illorum dominus. Vel certe ambulare Dei, est in sanctis prædicatoribus suis de loco ad locum transire.

Loqui.

Loqui Dei est inuisibiliter sine sono uocis, uel quolibet strepitu occulite in mentibus sanctorum uoluntatem suam atque rectum intellectum inspirare, seu futura sicut sanctis prophetis reuelare. Quæ locutio oris Dei, ut quidam uolunt, tribus modis accipitur. Primo namq; modo per subiectam creaturam, sicut ad Moysen cum rubo & igne apparuit, uel sicut ad Abraham, Iacob, siue ut iam dictum est Moysen & cæteros sanctos, quibus uoluit in angelis apparere. Secundo modo in somnis, sicut ad I A C O B & ad Zachariam prophetam & ad Joseph uirum M A R I A E, & ad alios sanctos quibus uoluit secreta reuelare. Tertio autem modo, neq; per creaturam uisibilem, neq; per somnum, sed occulta tantum inspiratione, inuisibiliter corda sanctorum tangendo loquentes efficit, quæ admodum in libris prophetarum legitur, cum ipsi prophetæ diuino subito afflati spiritu exclamabant dicentes: Hæc dicit dominus.

Videre.

Videre Dei, est acta bona approbare, sicut illud in Ge. Vedit Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona, id est intelligentibus bona esse demonstrauit. Aliter uidere Dei, est mala hominum sciendo reprobare, sicut est illud in Es. 59. Et uidit dominus, & apparuit malum in oculis eius. Item aliter uide Dei, est nos uidentes, id est, scientes facere. Psal. 138. Proba me do-

DIVINITATIS.

533

me domine & scito cor meum & cætera. Et uide si uia iniquitatis in me est. Job uigesimo octavo: Tunc uidit illam, & narravit & inuestigauit, id est, uidentes fecit atq; prædicatæ & inuestigantæ atq; alij annuntiantes.

Cognoscere Dei, est cognoscentes facere, sicut ait ipse ad Abraham Genesis uigesimo secundo: Nunc cognoui quod tibi meas dominum. Neque enim ille ex tempore nouit qui scit omnia antequam fiant. Sed cognoscere Deus dicitur, cognoscentes facere, ut qui prius de se quales essent incogniti erant, per eius interrogationem, id est, probationē fibimeti ipsi manifesti fierent. Tale est & illud in lege Moysi de populo Israelitico, Deuteronomij decimotertio: Ut tentem, inquit, eos, utrum custodiant mandata mea, an non.

Nescire Dei, est quosdam reprobos reprobare, sicut in euangelio: Nescio uos unde scitis, recedite a me qui operamini ini- Lucæ. 13
quitatem.

Zelare dicitur Deus, cum creaturam suam quam non uult perire, saepe castigat, corripit, atq; flagellat, & flagellando ad se reducit. Vel certe zelare Deus dicitur, cum nullum peccatum impunitum uult relinquare.

Irasci dicitur Deus, non animi motu, uel qualibet perturbatione, quæ illi omnino accidere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est, hominibus impijs & peccatoribus iustum inferre dicitur ultionem, hoc est enim illis reddere quod merebantur, & sic ultio diuina, & ira & furor eius dicitur.

Pœnitere Deus dicitur, non quod more hominū pro transactis operibus suis pœnitentiat. Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro præteritis factis suis pœnitere non potest. Sed pœnitentia Dei, est statuta mutare, ut quod prius aliter inchoatum fuerat, in aliud mutare, id est, aut de bono exigentibus culpis in malum, sicut de Saule legitur pœnituisse dominum, quod constituit eum regem. Hanc uero mutationem de bono ad malum, siue de malo ad bonum, quæ occulto iustoq; iudicio Dei, seu per seueritatem iustitiae, seu per misericordiam eius fiat, pœnitentiam Dei dicimus.

Non pœnitere Dei, est statuta nullo modo mutare. Ut est il- Non pœni-
lud in Psalmo: Iurauit dominus & non pœnitabit eum, id est, tere.
pater ad filium: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos patris dictus est filius Dei, non

secundum diuinitatem, sed propter humanitatem, in qua se pro nobis per passionem & mortem suam acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset sacerdos qui & sacrificium.

Obliuisci

Obliuisci dicitur Deus, cum quibusdam impiis & peccatoribus non miseretur, quod utiq; non facit per crudelitatem, que in Deo non est, sed per occultum iustumq; iudicium suum.

Indurare

Indurare Deus dicitur, quorundam corda, sicut de Pharaone scriptum est, non quod omnipotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impium ita credere, sed exigentibus eorum culpis, cum duritiam cordis quā ipsi fibi mala perpetrando nutriunt, non aufert, quasi ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari finit.

Dormire

Dormire Dei, est cum unigenitus filius patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est. Cuius mors recte dulcis somnus praedicatus est. Alter dormire dicitur Deus, cum fides eius inter prospera huius mundi in quorundam fidelium corda non uigilat, sed dormit. Hanc dormitionem saluator noster in se significauit, Matthaei octauo: cum in naui inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire Dei, est electis suis in tribulationibus huius mundi positis tardius subuenire. Psal. quadragesimotertio: Exurge quare obdormis domine.

Vigilare

Vigilare Dei, in defensionem electorum suorum & in ultionem inimicorum suorum se manifestum demonstrare.

Hæc omnia que prædicta sunt, & alia his similia que de Deo iuxta historiam sacra scriptura narrat, non secundum literam, sed figurativa locutione accipienda sunt, quia omnipotens Deus in essentia diuinitatis suæ spiritus est, non caro inuisibilis atq; incorporeus, nullisq; humanis membris compositus est. Et idcirco non de oculis carnis,

sed de oculis cordis contemplandus est. Bea-

ti mūdo corde, quoniam ipsi Deum

uidebunt. Videre enim Deum,

est recte in illum crede-

re, & ex corde il-

lum dili-

gere.

Epilogus libelli vtilionis. Pto⁵³³

Unitate et Pace Ecclesie.

Romanorum decimoquarto:

I Tagi quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificatio-
nis sunt inuicem custodiamus.

Primo Corinthiorum decimoquarto: Non em
dissensionis est Deus, sed pacis.

Secundo Corint. xij. De cetero autem fratres gau-
dete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pa-
ce habete, & Deus pacis & dilectionis erit uobis.

Ephe. iij. Supportantes inuicem in charitate soli-
citi seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.

Hebræ. xij. Pacem sequimini cum omnibus, & san-
ctimoniam sine qua nemo uidebit Deum.

Tertullianus in apologetico aduersus gentes, ca-
pite tricesimonono:

Hæc coitio christianorū merito sanè illicita, si illicitis par-
merito damnanda, si quis de ea queritur, eo titulo, quo de fa-
ctionibus querela est. In cuius perniciem aliquā conuenimus.
Hoc sumus cōgregati, quod & dispersi. Hoc uniuersi, quod &
singuli, neminem lædentes, neminem contristantes. Cum pro-
bi, cū boni coeunt, cum pīj, cum casti congregantur, non est
factio dicenda, sed curia. At è contrario illis nomen factionū
accōmodandum est, qui in odium honorum & proborum cō-
spirant: qui aduersum sanguinē innocentū conclamant: pre-
texentes sanè ad odiū defensionē illam quoq; unitatem, qđ
existiment omnis publicæ cladis, omnisq; popularis incōma-
di christianos esse causam: Si Tyberis ascēdit in mœnia, si Ni-
lus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fa-
mes, si lues, statim christianus ad Leonem acclamatur &c.

Ex capite quadragesimo primo.

Etiam sequit, ut omnes seculi plagæ, nobis forte in admoni-
tionē, uobis in castigationē à Deo obueniat. Atqui nos nullo Vnum hoc
modo lædimur, in primis, quia nihil nostra refert in hoc quo, christiano
nisi de eo quam celeriter excedere. De hinc, quia si quid aduer nob̄ refert

de hoc mū si infligitur, uestris meritis deputat. Sed & si aliqua nos quoq;
do q̄ celer, perstringunt, ut uobis cohærentes, lætamur magis recogni-
tione diuinarum prædicationum confirmantium scilicet fi-
rime exce- dutiam, & fidem spei nostræ. Si uero ab eis quos colitis, oia
dere. uobis mala eueniunt nostri causa, quid colere perseveratis
tam ingratos, tam iniustos? qui magis uos in dolorem Chri-
stianorum iuuare, & asserere debuerant, quos separare debe-
tent à meritis Christianorum.

Lactantius Firmianus diuinarum institutionum
aduersus gentes, Libro quinto, capite uigesimo ad
Constantium imperatorem.

Discant igitur & suarum, & alienarum interfectores ani-
marum, q̄ in expiabile facinus admittant. Omnia, & cæca de-
mentia. In ijs putatur mala mens esse, qui fidem seruare co-
natur, in carnificibus autē bona: in ijs ne mala mens est, qui
contra ius humanitatis, contra fas omne lacerant. An potius
in ijs, qui ea faciunt in corporibus innocentium quæ nec saeuissi-
mi latrones, nec iratissimi hostes, nec immanissimi Barbari
aliqui fecerunt? Adeōne etiā sibi mentiuntur, ut uicissim boni
ac mali nomina transferant & immutent? Quid ergo non diē
noctem uocat, solē tenebras? Alioquin eadem impudētia est,
bonis malorū nomen imponere, sapiētibus stultorū, iustis im-
piorū: quinimō, si qua illis fidutia est, uel in philosophia, uel
in eloquentia armēt se, ac refellant hæc nostra. Si possunt, cō-
grediantur cominus, & singula quæq; discutiant. Decet eos su-
scipere defensionem deorū suorū. ne si nostra inualuerint (ut
quotidie inualescunt) cū delubris suis, ac ludibrijs deserantur.
Et qm̄ ui nihil possunt (augeatur enim religio Dei, quanto ma-
gis premitur) ratione magis, & hortamētis agant. Non opus
est ui & iniuria, quia religio cogi non potest. Verbis potius
qua uerberibus res agēda est, ut sit uoluntas, disstringant aciē
ingeniorum suorum: si ratio eorum uera est, afferatur, parati
sumus audire, si doceant tacentibus certe nihil credimus, sicut
ne saeuētibus quidē cedimus. Imitent nos, aut rationē totius
rei exponent. Nos enim non illicimus (ut ipsi obiectant) sed
docemus, probamus, ostendimus. Itaq; nemo à nobis retineat
inuitus, inutilis est enim Deo qui fide ac deuotiōe caret. Et tñ
nemo discedit ipsa ueritate retinente. Doceant isti hoc modo,
si qua

Si qua illis fidutia ueritatis est, loquantur, discant, audeant inquam disputare nobiscum aliquid eiusmodi, iam profecto ab aniculis, quas contemnunt, & a pueris nostratis error illorum ac stultitia irridebitur. Quid igitur saeuunt, ut stultitiam suam, dum minuere uolunt, augeant? longe diuersa sunt carnisicina, & pietas, nec potest aut ueritas cū ui, aut iustitia cum crudelitate cōiungi. Sed merito non audēt de rebus quicq̄ docere diuinis, ne à nostris derideātur, & à suis deferantur. Nam forte uulgaris, cui simplex incorruptumq; iudicium est, si mysteria illa cognoscat, in memoria mortuorū constituta damna-
bit, aliudq; uerius, quod colat, queret. Hinc fida silentia sacris sanctorū, Memoria
instituta sunt ab hominibus callidis, ut nesciat populus quid
colat. Cum autem nos in corde doctrinis uersemur, cur nobis,
aut nostris non credunt, qui utrumq; nouimus? aut inuident,
quia falsis uera prætulimus? Sed defendenda sunt, inquiunt,
publice suscepta sacra. O q̄ in honesta uoluntate miserī errāt.
Sentiunt enim nihil esse in rebus humanis religione præstan-
tiis, eamq; summa ui oportere defendi: sed ut in ipsa religio-
ne, sic in defensionis genere falluntur. Defendenda cū religio
est, non occidendo, sed monēdo, non saeuitia, sed patientia: nō
scelerē, sed fide. Illa em̄ malorum sunt, hęc bonorū. Et necesse
quidem est bonum in religione quidē uersari, non malū. Nam
si sanguine, si tormētis, si malo religionē defendere uelis, iam
non defendetur illa, sed polluetur, & uiolabitur. Nihil em̄ est
tam uoluntariū, q̄ religio: in qua si anim⁹ sacrificatiis auersus
est, iam sublata, iam nulla est. Recta igitur ratio est, ut reli-
gionem patientia, uel morte defendas: in qua fides cōsecrata,
& ipſi Deo grata est, & religioni addit autoritatem.

In eodem libro, ex capite uigesimoprimo.

Libet igitur ex his querere, cui potissimum præstare se pu-
tent cogendo inuitos ad sacrificium. Iisne quos cogunt? at nō
est beneficium, quod ingeritur recusanti. Sed consulēdum est
etiam nolentibus, quando quod bonum sit, nesciunt. Cur er-
go tam crudeliter hexant, debilitant, cruciant, si saluos esse uo-
lūt? Aut unde pietas tam impia, ut eos miseris modis, aut per-
dant, aut inutiles faciant, quibus uelint esse consultum? An ue-
ro dīs præstant? At non est sacrificium, quod exprimitur ab
inuito: nisi enim sponte, atq; ex animo fiat, execratio est: cum
homines proscriptione, iniurijs, carcere, tormentis adacti fa-
ciunt.

ciunt. Si dij sunt isti qui sic coluntur, uel propter hoc solum colendi sunt, quod sic coli uolunt, digni scilicet detestatione hominum, quibus cum lachrymis, cum gemitu, cum sanguine de membris omnibus fluente libatur. At nos contra, non expetimus, ut Deum nostrum, qui est omnium creator, uelit, nolit, colat aliquis iniustus: nec si non coluerit, irascimur. Confidimus enim maiestati eius, qui tam contemptum sui possit ulcisci, q[uia] seruare suorum labores & iniurias. Et ideo cum tam nefanda perpetuamur, ne uerbo quidem reluctamur. Sed Deo remittimus ultionem.

Ex capite uigesimosecundo: Non ergo ideo aduersus nos insaniunt, quia dij non coluntur a nobis (a multis enim non contumescunt) sed quia ueritas penes nos est, quae (ut est uerissime dictum) odium parit.

Ex capite uigesimotertio: Nempe magna & precipua uirtus est patientia, quam pariter & uulgi publicæ uoces, & philosophi, & oratores summis laudibus celebrat. Quod si negari non potest, quin summa sit uirtus, necesse est iustum & sapientem virum in potestate esse hominis iniusti, ut capiat patientiam. Patientia est enim malorum, quæ aut inferuntur, aut accidit, cum æquanimitate perlatio. Ergo iustus ac sapiens, quia uirtutem capit, habet in se patientiam: qua carebit omnino, si nihil patientur aduersi: Cum ergo iniuriam nulli faciat, & nec aliena cupiat, nec sua quoq[ue], si ui auferantur, defendat: cum sciat etiam illatam iniuriam moderate ferre, quia uirtute prædictus est: necesse est iustum hominem subiectum esse iniusto, & contumelij ab insidente affici sapientem: ut & ille peccet, quia iniustus est: & hic in seruitutem abeat, quia iustus est. Quomodo enim potest imperator militum suorum probare uirtutem, nisi habuerit hostem? Et illi tam aduersarij exurgit multo, quia mortalis est & uinci potest. Deo autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nomini suo excitat, non qui contra ipsum Deum pugnant, sed contra milites eius, ut deuotionem ac fidem suorum uel probet, uel corroboret, donec pressuræ uerberibus desfluentem corrigat disciplinam. Est & alia causa, cur aduersus nos persecutiones fieri finat, ut Dei populus augeatur. Aliqui cupiunt scire, quidnam sit illud bonum, quod ad mortem usque defenditur, quod omnibus, quæ in hac uita iucunda & chara sunt prefertur, a quo nec bonorum nec

lucis

Iucis amissio , nec dolor corporis , nec uiscerum cruciamenta deterrent. Valent hæc plurimum, sed illæ maximæ causæ nostrorum numerum semper auxerunt. Audit circunstans populus inter ipsa tormenta dicentes, nolle sacrificare lapidibus humana manu factis, sed Deo uiuo, qui sit in cœlo. Multi hoc utrum esse intelligunt, et in pectus admittunt. Deinde, ut fieri solet in rebus incertis , dum inter se iniucem querunt , quæ sit huius perseverantiae causa , multa quæ ad religionem pertinent, diuulgata , ac per rumorem uicissim aucupata discutuntur: quæ quia bona sunt, placeat necesse est. Præterea ultio consequuta, sicut semper accidit, ad credendū uehementer impellit.

Sapientiæ decimoctauo: Digni quidem illi care re luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant sanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.

Idem Lactantius libro quinto, capite uigesimoquarto.

Quicquid ergo aduersum nos mali principes moluntur, fieri ipse permittit. Et tamē iniustissimi persecutores, quibus Dei nomen contumeliae, ac ludibrio fuit, non se putent impune laturos, quia indignationis aduersus nos eius quasi ministri fuerunt. Punientur enim iudicio Dei, qui accepta potestate supra humanum modum fuerint abusi, & insultauerint etiam Deo superbius, eiusq; nomen æternum uestigij suis subiecerint im pie nefarieq; calcandum. Propterea vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum bestias malas de terra. Sed idem quamvis populi sui uexationes, & hic in præsenti solet uindicare, tamen iubet nos expectare patienter illum cœlestis iudicij diem, quo ipse pro suis quenq; meritis, aut honoret, aut puniat. Quapropter non sperent sacrilegæ animæ cōtemptos & inultos fore , quos sic obterunt. Veniet rabiosis & uoracibus lupis merces sua, qui iustas, & simplices animas nullis facinoribus admissis excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus, ut ab hominibus nihil aliud in nobis, nisi sola iustitia puniatur. Demus operam totis viribus, ut mereamur à Deo & ultiō passionis, & præmium,

Hiero-

HIERONYMVS.

Hieronymus tomo quinto in Hieremiam,
capite uigesimo sexto:

Quod ueritatis odium sit perferendum, præcipue
sacerdotum.

Si quando igitur propter mandata domini, & fidei uerita-
tē, uel sacerdotes nobis uel pseudoprophetē, uel deceptus po-
pulus irascitur, non magnopere curemus: sed exequa-
mur sententiam DEI, ne quaquam præsen-
tia mala, sed futura bona ani-
mo cogitantes.

F I N I S.

¶ Errata quæ lectorem remorari possent sic restituuntur:

Columna 69 linea 4 infirmata

Columna 72 linea 26 forma

Columna 78 linea 1 in margine, pro concupiscen-
tia lege, continentia.

Coloniæ apud IOANNEM GYMNI-


CVM, Anno M. D. XXXI.


Mense Septembri.

EPISTO- LA A D L E C T O R E M.



V V M N VNC NOSTRO SECV-
lo luce clarius uideremus optime lector, q̄ plu-
res libellos, innumerabilesq; nouosq; libro-
rum tractatus ac copias in lucem prodire,
qui lectoris animum nō solum obruere, sed
ad schismata ac pestiferas factiones pertra-
here uidentur, ideo mihi præclarius faci-
nus esse uidebatur, ueterum autorum monimēta, temporum
iniuria, scribarumq; temeritate collapsa restituere, q̄ noua uc-
lumina cedere. Quantum em̄ autoritatis in æstatibus senectus
& in exemplis antiquitas, tantum apud nos merentur habere
disciplinae, præsertim quæ ab insigni stirpe originem ducunt,
a bono falso scaturiūt, & ab optimo fonte profiliūt. Cuiusmo-
di sunt illæ quæ a promptuarijs antiquorę catholicorum do-
ctorum prodierunt, quæ sub delecto uerbo flumine, nescio
quod latens numen, uitæq; spiraculum profundunt, quo cun-
ctæ mortaliū animæ educatæ, uitæ immortalitatē, boni ma-
liq; agnitionem perfacile suscipiunt: & ubi primum uelut ar-
gumentosæ apes, ex delectis istis graminibus floribusq; sancto-
rum patrum rorem ambrosia præstantiorem suxeritis, inq;
uestræ mentis alueum instillaueritis, sient in uobis proculdu-
bio flumina aquæ uiuæ salientis cū impetu in sitibundas Chri-
sti ecclesias. Habet præterea unumquodq; propositū suos prin-
cipes, & quos imitetur duces, qui omnem nostram actionē ad
perfectum gradum citissime expeditissimeq; conducant, quo
uel nunq; uel serius q̄ par sit, nostrum ingeniu nos perduxis-
set. Sicut sanè illum callem, qui prætereuntium uestigij signa-
tus est, certius ambulamus, ita in communī mortalitū uita alie-
nis exemplis promptius inhæremus, atq; (ut dici solet) nostri
animi imaginem uiuis spiritualibusq; disciplinis & uirtutibus
perfacile effigiamus. Hinc Hieronymo teste, Romani Camil-
los, Fabricios, Scipiones, duces imitantur. Philosophi Pytha-
goram, Socratem, Platonem, Aristotelē sibi proponunt. Poë-
tæ æmulantur Homerum, Vergilium, Menandru, Terentii.
Historici Thucydidem, Sallustium, Herodotum, Liuium. Ora-
tores





de tempore
temporibus
marit mea
soam
et uia
in obitu
non obtemper
nox in oblati
tempore con
me decesserat
m ual tua qd
m ual m
ad obtemper
Sed nū adq; s
tū illū et
m ueridū vna
ad oī oī
confutariā

2445

